

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
X.L.V
4
NAPOLI

Digitized by Google



P. Fidelis á Sigmaringa ordinis S. Franciſci Capucin-
orum primus Miſſionarius de propaganda, ab hæreticis
in odium fidei interfectus die 24. Apr. Anno 1622.

Sacra Rituum

CONGREGATIONE

Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. Card.

CIENFVEGOS

PONENTE

Conſtantien., ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis

SIVE

Declarationis Martyrij

VEN. SERVI DEI

FR. FIDELIS

A SIGMARINGA

Sacerdotis Profeſſi Ordinis S.Franciſci Capuccinorum Primi ex Miſſionarijs Sacræ Congregationis de Propaganda Fide ab Hæreticis in odium Fidei interempti.

POSITIO

SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, necnon de Signis, ſeù Miraculis in caſu de quo agitur.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Romæ, Typis Reu.Cam. Apoſtolicæ 1728.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Conſtantien., ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis

SIVE

Declarationis Martyrij

VEN. SERVI DEI

FR. FIDELIS

A SIGMARINGA

Sacerdotis Profeſſi Ordinis S. Franciſci Capuccinorum Primi ex Miſſionarijs Sacræ Congregationis de Propaganda Fide ab Hæreticis in odium Fidei interempti.

INFORMATIO

SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, necnon de Signis, ſeù Miraculis in caſu, de quo agitur.

Beatiſſime Pater.

CAuſa hæc propoſita fuit in Congregatione præparatoria die 18. Iunij anni 1726. habita ſuper Dubio = *An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij* = factaque per Reuerendiſſimos Conſultores accurata, vt moris eſt, eiuſdem Dubij diſcuſſione, communis ferè illorum ſenſus extitit (quantum ſalua ſecreti religione reſcire licuit) Cauſam huiuſmodi verſari in eo ſtatu, vt ſpes non dubia vigeret optatum complementum illam conſecuturam, quo inclyti Herois capiti Corona de lapide pretioſo in totius Eccleſiæ conſpectu imponatur.

Cum autem ob Sedis Apoſtolicæ ſtylum celeriter procedendi in Cauſis Martyrum, & in ijs quandoque aſſumendi ſimul diſcuſſionem alterius Dubij ſuper Miraculis, viſum fuerit ad hunc finem Clementiſſimi Pontificis auctoritatem implorare, vt præmiſſo Dubio = *An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij* = vniri poſſet, ſeù accumulari examen alterius = *An conſtet de Signis, ſeù Miraculis* = facultate hac obtenta iuxta Reſcriptum, quod datur in *Summ. Num.* 1., cum Reuerendiſſimo Promotore concordatum fuit præinſertum Dubium complexiuum tam Martyrij, eiuſque Cauſæ, quàm Signorum, ſeù Miraculorum, quod nunc diſcutiendum proponitur; atque hinc Poſtulatores humillimè ſupplicant reaſſumi Poſitionem diſtributam dicta die 18. Iunij, eidemque Dubio reſponderi = *Affirmatiuè in omnibus* = prout voti compotes ſe fieri ſperant.

Quod enim ſpectat ad priorem partem Dubij ſuper Martyrio, & Cauſa Martyrij, ea, quæ in prænotata Poſitione plena manu deducta fuerunt, concludenter demonſtrant, in cede Serui Dei Patris Fidelis à Sigmaringa ad muſſim concurrere ſingula requiſita, quæ ad conſtituendum verum Martyrium neceſſaria ſunt, illam nempè fuiſſe ab Hæreticis patratam in odium Catholicæ Religionis; eaque propter, ne in hac parte inutili repetitione actum agere videar, conſultò à referendis iam deductis quoad Martyrium, eiuſque Cauſam ſuperſedeo, remiſſiuè me in vniuerſum ad eamdem Poſitionem habendo.

Quo verò ad alteram partem eiuſdem Dubij reſpicientem Signa, ſeù Miracula præmittendum videtur, quod, ſi abſolutè loquamur, eorum diſcuſſio in Cauſis Martyrum non requiratur; poſita enim declaratione, quod conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, ſtatim intelligitur approbatus actus conſummatæ Charitatis, quo tota legis perfectio completur, qualibet excluſa dubietate ſuper eo, an, qui Martyrium paſſus eſt, cœleſte premium aſſecutus fuerit, nec ne; dum proprium effundenti ſanguinem in obſequium Creatoris ſupernum ſine mora debetur Brauium.

At quoniam apud Sedem Apoſtolicam inoleuit praxis exigendi Signa, ſiue Miracula in ijſdem Cauſis, vt dictum eſt ſupra, id alio fine inductum fuiſſe non videtur, quàm vt allegatis Signis, ſeù Miraculis, Martyrij veritas magis illuſtretur. Diſertè hoc Sacræ Rotæ Auditores indicarunt in Relatione Cauſæ B. Ioſaphat Archiepiſcopi Polocenſis *par.* 4. *in princ.*, ibi = *Quamuis in Canonizatione Martyrum Miracula ſimplicitèr, & abſolutè non exigantur &c. attamen Miraculis magis etiam illuſtrari Martyrium certum eſt &c. Deus enim mira opera faciendo circa Sanctorum Corpora Martyrum, teſtimonium perhibet, ſibi non perire, quod moritur &c.* = Quare licet in præſenti caſu concludens Martyrij probatio interueniat, adeout etiamſi fieret ſola diſcuſſio Dubij ſuper Martyrio, eiuſque Cauſa tantùm, fauorabilis reſolutio facili negocio proditura eſſet, adhuc tamen libentiſſimè cum prælaudata praxi accumulandi alterum Dubium proceditur, vt veritas Martyrij, Signorum, ſeù Miraculorum teſtimonio accedente, clarior reddatur.

Hoc præmiſſo, & morem gerendo eiuſmodi praxi, quoad Signa, ſeù Miracula, quæ in hac Cauſa deducuntur ad maiorem Martyrij illuſtrationem, aduertere operæpretium eſt, quod in Informatione

con-

confecta ſuper Dubio Martyrij, ea in numero viginti duorum recenſentur, vt ibidem euincitur à *pag.17. ad 28.*, in Reſponſione autem *Facti; & Iuris ad quaſdam difficultates* ad ſeruandam breuitatem, quæ opportuna erat, dum de plena Signorum, ſiue Miraculorum diſcuſſione non agebatur, nonnulla tantùm ex eis fuerunt expoſita, quibus adnexum fuit Signum, ſeù Miraculum Conuerſionis ad Orthodoxam Fidem Ioannis Iodoci Rhæti peſſimi Prædicantis, vt in dicta Reſponſione videre eſt à *pag.61. ad 66.*, & tandem in eadem Reſponſione ſub particulari titulo enarrata fuerunt Miracula, quæ noniſſimè ſuperuenerunt *pag.66. & ſequen.*, eaque propter cum formalis de iiſdem Signis, ſeù Miraculis diſcuſſio, ſtante prænotato Dubio, in præſens aſſumenda ſit, ideò congruæ breuitatis methodo retenta, quando tamen illorum numerus, & ponderoſitas ampliorem quidem ſubminiſtrarent materiam examinis, ſeptem ſolummodò ex memoratis Signis, ſeù Miraculis ſelecta ad prædictum finem hic ſubijciuntur, quæ nimirum ſunt ſequentia.

Primum Signum, ſiuè Miraculum.

Extinctionis Incendij Arcis Maienfeldæ ſtatim poſt inuocatam Serui Dei opem ſecutæ.

Expoſitio Signi, ſiuè Miraculi.

Rebellionis facinus à Rhætis Heterodoxis anno 1622. tentatum Archidux Auſtriæ Leopoldus vindicaturus non longè à Serui Dei Martyrio militares copias ſub Comitis Sultzenſis regimine in Rhætiam miſerat; cum autem illæ, menſe Octobris eiuſdem anni labente, partim in Ciuitate Maienfeldæ, partim extra illam ſtationem haberent, media quadam nocte fortuito igne accenſo eadem Ciuitas conflagrare cepit. Periculo hoc Sultzenſis Comes Exercitus ſupremus Præfectus excitatus, timens, ne caſus ab hoſtium fraude prouenirer, milites ad arma parari iuſſit. Interea verò ipſe, vbi periculum incendij magis vrgebat, accurrens, qua potuit, auctoritate, ac opere tanto huic malo mederi curauit, ſed omnis induſtria eum fefellit;& ſolum hoc,ipſo adiuuante,peractum eſt,quod Corpus Ven. Serui Dei in quadam Domo prædictæ Ciuitatis pro temporis opportunitate ex cauſa tranſportationis reconditum aliò tunc deferri potuerit.

Itaque cum ignis totam ferè Ciuitatem abſumſiſſet, iamque illius Arcem innadens, ligneum Portæ munimentum, quod vocant = *Riuellino* = in cinerem penitùs redegiſſet,eiuſdemque Arcis partes reliquas corripuiſſet;præcipuè verò cum in loco,vbi puluis tormentarius

rius ſeruabatur, ſcandulæ candentes ſuper dictum puluerem caderent, conſeruationis eiuſdem Arcis, ac propinqui exercitus ſpes adempta erat; eò enim ob annonam militarem, magnamque dicti pulueris quantitatem repoſitam, ſi paulò plus ignis penetraſſet, tota militaris annona, ipſeque vniuerſus Exercitus manifeſtè combuſtioni profectò expoſita fuiſſent.

Hoc in rerum diſcrimine verſans memoratus Comes Sultzenſis, fiducia in Dei Seruum, quem tanquam Martyrem venerabatur, impulſus, clara voce, necnon pluribus audientibus Militibus, qui aderant, & ſimilia pronunciarunt, Deum ex corde rogauit, vt ſi Pater Fidelis verus eſſet Martyr, Arcem præſeruare vna cum militari Annona vellet. Mirum dictu? Vix hæc pius Ductor protulerat, cum ecce de repente ventus, qui prius in Arcem magno impetu ferebatur, in oppoſitum flexit; quo pacto incendij periculum penitùs ceſſauit, & Arx immunis, ac libera euaſit, omnibus Deum in eius Seruo, ac Martyre glorioſo ob miram incendij extinctionem collaudantibus.

Probatio Signi, ſiuè Miraculi.

INſigne hoc Miraculum concludenter quoad omnia Extrema probatur. Primum ergo, quod Arx Ciuitatis Maienfeldæ propter ſupradictum Incendium maximo in periculo eſſet conſtituta, perſpicuè deducitur, ex quo nocte illa circa medium menſis Octobris anni 1622., vel (vt ait Comes Sultzenſis VII. Teſtis Proc. Mediolanenſis) nocte antecedenti diei 21. eiuſdem menſis in Ciuitate grauiſſimo eodem incendio excitato, illa cito conſumpta fuerit. Sic habetur ex LXII. Teſte Proceſſus Curienſis in *Summar. num* 2. §.12. V. Teſte Proceſſus Conſtantienſi, *ibidem* §.13. de viſu, ibi = *Et quidem adeo magnum, & horrendum illud erat, vt Ciuitas Maienfeldenſis infra ſpatium vnius horæ, excepta Arce in cineres, ac fauillas redacta ſit* = V. Teſte Proceſſus Mediolanenſis *ibidem* §.29. VII. Teſte §.38., & ſparſim in ſequentibus, & §.47.; quodque præcipuè Ciuitatis conſumptio ob rapidam venti vim euenerit, ait IX. Teſtis *ibidem* §.48. vbi ſignanter = *Vidi, quod ventus vehemens incendium portabat, vnde Ciuitas illa, quæ multis ex lignis conſtructa erat, cito conflagrauit* = X. Teſtis de viſu *ibidem* §.54. ibi = *ſoffiaua in quella notte vn gagliardiſſimo vento, e queſto fece, che l'incendio ſi dilatò preſtamente per la Città di modo che l'abbrugiò irremediabilmente* = XII. Teſtis de auditu à Comite de Sultz *ibidem* §.62. XIII. de viſu, *ibidem* §.68. & 69.

Quod vlterius igne conſumpta Ciuitate, cum venti vehementia continuaret, ille Arcem verſus deferretur, iamque Arx eadem cremari cęperat, affirmant Teſtes in *Summar. num*.2. V. ex Proceſſu Conſtantienſi §.14. II. ex Proceſſu Mediolanenſi §.20. V. Teſtis de viſu §.29.30. & 32. VII. Teſtis de viſu Comes Sultzenſis *ibidem* §.40., IX. pariter de viſu *ibidem* §.49. & 50. XII. de auditu à dicto Comite, *ibidem* §.62. XIII. de viſu §.69. ibi = *Io mi ricordo, che quando brugiaua la Città di Maienfelda, allora ſoffiaua vn vento ſpauenteuole, il quale portaua la fiamma nel Caſtello, e noi altri Soldati*

guar-

guardauamo lì, temendo, che quando ſi accendeſſe la poluere, non ſi rompeſſe il Torrione del Caſtello ei daſſe la morte = XVIII. de viſu §.74. Et præcisè quod ignis munimentum ligneum nuncupatum *Riuellino*, necnon Turrim comprehenderit, ſic narrant Teſtes in *Summar. num.*2. de viſu §.2.3.20.55. *&* 56., *&* §.12. de auditu.

Et propterea certiſſimum erat periculum conflagrationis eiuſdem Arcis, cum ibi magna vis pulueris tormentarij aſſeruaretur, vt vberrimè concludunt Teſtes in *dicto Summario num.*2. §.2. *&* 6. de auditu §.11. de auditu §.14. de viſu, ibi = *Quandoquidem in eadem Arce, ac Turri aliquot centena pulueris tormentarij pondera collocata permanebant* = §.17.18. de viſu §.44. de propria experientia §.48. de viſu §.55. *&* 56. de auditu §.66. de auditu à milite, qui fuit præſens. Quinimmo cum pridie eius diei, quo ſucceſſit incendium, dicti pulueris diſtributio Militibus facta fuiſſet, non modica illius copia humi diſperſa erat, vt enarrat Teſtis de viſu *dicto num.*2. §.14., ibi = *& quia pridiè Militibus cuique portio pulueris diſtributa fuerat, in efferendo, plures hinc inde in terram eeciderant*, *&* §.12. Comes Sultzenſis de propria experientia, ibi = *e il giorno auanti ſi era diſtribuita la monizione à Soldati, e nel pauimento di detto luogo ſi era ſparſa tanta poluere, che in molti luoghi, e ſpeſſi vi era vn dito alta* = & alter Teſtis §.66. de auditu à Milite, qui viderat.

Præcipuè verò iàm ſcandulæ candentes contignationis loci, vbi puluis cuſtodiebatur, necnon prunæ, ac ignis ſuper eumdem puluerem ceciderant, proùt ijdem Teſtes proſequuntur *dicto num.*2. §.14. de viſu, & §.17. *&* 18. vbi Teſtis hæc notabiliter ait = *inſinuatum incendium, non ſolùm proprijs ſpectaui oculis, verùm etiam ingreſſus ſum prædictam Arcem, in qua munitio militaris totius aſſeruabatur Regimenti, vt, ſi poſſibile foret, à flammarum globis, deflagrationeque, quantum valerem, eam tuerer, atque defenderem. Poſtquam verò Magiſter Armamentarij mihi oſtendit, & ego ipſe vidi, imò ſuper accenſas ſcandulas, ſeù aſſulas, ſcintillaſque ignium, quæ ſupra ſparſos hinc inde pulueres, & ipſa vaſa tormentarij pulueris ceciderant, inceſſi, pedibuſque conculcaui, tantus horror, ac timor me inuaſit, vt per aliquod ſpatium temporis in Cellarium quoddam, ſeù fornicem me abdiderim* = Alter §.23. *&* 25. de auditu à tormentorum Bellicorum Libratore, ſiue *Bombardiero*, qui eo tempore manſerat in ipſa Arce. Alter §.32. *ad* 34. de auditu à videntibus cum recognitione, quæ poſtridie facta fuit, loci præciſi, vbi ſeruabatur puluis, & reliquiarum ignis inibi exiſtentium. Alter §.40.43.*ad* 45. de auditu ab ipſo pulueris cuſtode; & demum alter Teſtis §.66. de auditu à milite, qui fuerat præſens.

Vnde cum his omnibus poſitis periculum conflagrationis ipſius Arcis foret euidens, milites iuſſi à Comite Sultzenſi curare ignis extinctionem, facere id detrectarunt. Sic de propria experientia teſtatur ipſe Comes *in Summario num.*2. §.40. ibi = *In queſto viaggio io viddi, che il fuoco portato dal vento entrò nel Caſtello, & vſciuano alcuni Soldati per timore di abbrugiarui dentro, allora io domandai, e comandai ai Soldati, che veniſſero, & ammorzaſſero il fuoco del Caſtello, mà ne pure vno volle obbedire, perche il fuoco già brugiaua il Caſtello da molte parti, e ſingolarmente perche il fuoco cadeua giù doue*

ſtaua

ſtaua la poluere = ; & concordat miles Teſtis de viſu *in Summario d. num.2.* §.*69.* vbi expoſito metu, qui commilitonum animis ſe inſinuauerat, ne puluere accenſo Turris ipſius Arcis diſrumperetur, idque necem ijs inferret, ſic ait = *Io mi ricordo, che allora il Signor Conte di Sultz commandò à Soldati, che andaſſero ad ammorzare il fuoco del Caſtello, mà viddi ancora, che niuno ardiua di entrare, ne di fermarſi preſſo, perche dubitauano, che ſubito ſi accendeſſe la poluere, & andando all'aria, il Caſtello l'ammazzaſſe.*

Porrò hinc indubitatum videtur, quod Arcis periculum proculdubio erat præſentiſſimum, & ſecluſo Miraculo prorſus ineuitabile; ſi enim ea nocte ventus vehementiſſimus ſpirabat. Si ex cauſa huius venti vniuerſa Maienfeldæ Ciuitas igne deleta fuerat. Si rurſus idem ventus adhuc ſpirans ignem in Arcem inferebat, iamque ignis partem aliquam eiuſdem Arcis combuſſerat. Si pariter locum interiorem, vbi puluis recondebatur, corripuerat, ac denique ſi ſcintillæ ignis in ipſum puluerem delapſæ erant, quid certè metuendum reſtabat, niſi vt Arx ipſa combuſtionis pabulum fieret? Id ſine dubio ſtatus huiuſmodi, & circumſtantiæ patentiſſimè oſtendunt, vt de vera incendij pręſentia dubitari non poſſet. Profectò ignis naturalis proprietas cuique nota eſt, vt materiam aptam ſibi proximam inueniens eam inceſſanter deuoret, ac in ſui ſubſtantiam conuertat, ni obſtaculum intercedat.

Medium inuocationis probatur quoque ex Dicto Teſtium, quo ſanè diſertius dari non poteſt. Habetur enim ex illorum depoſitione, quod Summus copiarum Præfectus poſt incendij tentatam extinctionem, eamque fruſtratam ineuitabile Arcis excidium aſpiciens, inter cordis intimas anguſtias Diuinum feruidè auxilium implorauerit, inuicti Martyris patrocinio interpoſito, ea vſus conteſtatione, quod *ſi Dei Seruus eſſet Martyr, Arx ipſa incendio ſalua fieret.* Sic deponunt Teſtes *in Summario dicto Num.2.* §.4. de viſu, & auditu immediato §.9. de auditu à Comite §.12. de auditu à pluribus Militibus §.20. de auditu §.35. de auditu, & fama publica eodem tempore patrati Miraculi §.41., vbi rem totam explicans Comes Sultzenſis de facto proprio inquit, ibi = *In queſta afflizione mi ricordai del B. Padre Fedele, onde riuolto à Dio con tutto il cuore, così pregai, e feci orazione, dicendo. O' Signore Iddio, ſe il Padre Fedele è veramente Santo, fate, che per li meriti di lui reſti libero il Caſtello con la monizione; così orai, e ſotto à quel nome di Santo io intendeuo, ſe il Padre Fedele ammazzato dagli Eretici è ſtato nella ſua morte vn vero, e Santo Martire, perche io mi ricordauo di lui, come di quegli, ch'era morto per la noſtra Santa Cattolica Romana Fede, e ſe ciò non foſſe ſtato, cioè che egli foſſe morto per la Fede, io in quel punto non l'auerei inuocato* = Et conueniunt alij Teſtes §.52. de auditu §.58. & 59. de publica voce in Exercitu §.63. de auditu ab ipſo Comite.

Quodque ſimultaneam cum Supremo Belli Duce alij copiarum Præfecti, & Officiales Exercitus inuocationem fecerint, narrat XIII. Teſtis Proceſſus Mediolanenſis *in Summario dicto Num.2.* §.70. ibi = *In queſto frangente io viddi il Signor Conte di Sultz, che ſi poſe in atto di fare orazione, viddi ſimilmente altri Capitani, e Tenenti, che ſi poſero à fare orazione, & io ſimilmente gionſi le mani, e pregai*

Dio,

Dio, che per li meriti del Beato Martire Fedele liberaſſe il Caſtello da quell'incendio, & nell'iſteſſo tempo io ſentij altri Capitani, ed Officiali, che con voce aſſai alta, e da me ſentita pregauano Iddio, che per li meriti del Beato Martire Fedele liberaſſe il Caſtello, e la monizione da quell'incendio. Queſta ſteſſa orazione io hò ſentito, che il Signor Conte di Sultz fece allora, perche io ſtauo vicino à eſſo Signor Conte, e ſentij alcune parole, dalle quali parole io conobbi, che pregaua Dio, acciò per li meriti del Santo Padre Fedele preſeruaſſe il Caſtello, e la monizione da quell'incendio.

Præter mox dictam Serui Dei peculiarem inuocationem ponderanda eſt etiam ad huiuſmodi finem circumſtantia illa, quod tunc temporis Serui Dei Corpus è Cœmeterio Seuiſiano, vbi tumulatum fuerat, alio tranſuehebatur, ac in dicta Ciuitate Maienfeldæ fuerat depoſitum; hoc enim probatur à Teſtibus *in Summario Num.2.* §.5. de communi fama §.11. de auditu à militibus §.17. de viſu §.39. Comes Sultzenſis de facto proprio §.61. de viſu §.76. de auditu; adeoùt ipſi inuocationi ſingularis patrocinij præſtatio per Dei Seruum facta in huiuſmodi præſeruatione correſpondens fuiſſe videatur exiſtentiæ Sacri eius Corporis in eodem loco.

Alterum Extremum inſtantaneæ præſeruationis ſæpedictæ Arcis comprobatur, ex quo ſtatim, ac Sultzenſis Comes, alijque Belli Duces, & Officiales illuſtris Martyris opem modo ſupra recenſito inuocarunt, ventus in oppoſitum inclinauit, eiuſque vis, quæ priùs in Arcem ignem ferebat, extra illam delata eſt. Palam id, ac vnanimi ore fatentur Teſtes *in Summario Num.2.* §.4. *&* 5. de viſu, & auditu immediato §.9. de auditu ab ipſo Comite §.11. *&* 12. de auditu à militibus §.15. de viſu §.20., *&* 21. de auditu ab eodem Comite §.31. 35. *&* 36. de viſu, & fama communi in Exercitu §.41. *&* 42. Comes ipſe de propria experientia, ibi = *In queſta afflizione mi ricordai del B. Padre Fedele; onde riuolto à Dio con tutto il cuore così pregai &c. fatta dunque queſta Orazione ſubito ſi riuoltò il vento, in modo che doue prima portaua il fuoco nel Caſtello, così di ſubito per contrario lo portaua fuori* = §.51., *&* 52. de viſu, & auditu reſpectiuè §.58. *&* 59. de eadem cauſa ſcientiæ, §.63., *&* 64. de auditu ab ipſo Comite §.70. *&* 71. de viſu, & auditu immediato; quo pacto venti vehementia verſus Arcem remiſſa, hæc à manifeſtiſſimo incendij periculo præſeruata remanſit, proùt concludunt Teſtes locis mox allegatis.

Et hanc Arcis præſeruationem concomitatur illa notabilis circumſtantia, quod licet in loco, vbi puluis tormentarius ſeruabatur, quinimmò etiam ſuper puluerē ſcandulæ candentes, prunæ, ac ignis, cecidiſſent, inibique reperirentur, adhuc tamen eiuſdem pulueris accenſio non contigit, nullamue læſionem idem puluis admiſit. Quod ſanè referunt Teſtes *dicto num.2.* §.10. de auditu à Comite, & ab alijs militibus, qui viderant §.14. 18. *&* 19. de viſu §.23. 24. *&* 25. de auditu à Bellicorum tormentorum Libratore, ſiue *Bombardiero*; necnon etiam in aliquibus de viſu §.32. *ad* 35., de viſu, & auditu à vidente, ac de fama publica in Exercitu, §.44., *&* 45. Comes Sultzenſis de auditu ab ipſo Cuſtode pulueris §.59. de fama publica §.66., *&* 67. de auditu à milite, qui viderat §.72. de auditu à videntibus.

Reſe-

Releuantia Signi, ſiuè Miraculi.

PRobationem euidentiſſimi Signi, ſiue Miraculi ſubſequitur examen releuantiæ. Maior verò illa, quæ in caſu interuenit, dari equidem non poteſt. Quid enim ad eam oſtendendam certiùs, quam, quod facta inuocatione ſtatim ventus in oppoſitum flexerit, ignemque verſus aliam partem tulerit? Operatio quidem inſtantanea naturæ in illa præcisè circumſtantia inuocationis ſine diuina ope adeo tempeſtiuè dari non poterat. Exploratiſſimum enim eſt hac in materia, quod ſi in corpore naturali ad inuocationem alicuius Serui Dei, & ſine operatione naturaliũ principiorum inſtantanea fiat mutatio, hæc verum importet Miraculum. Ita duo exempla Sanationis Febris, & emiſſionis pluuiæ afferens *D.Thom.* 1.1. *q.*105.*art.*8. *in Corp.* docet, ibi = *Tertio modo excedit aliquid facultatem naturæ quantum ad modum, & ordinem faciendi. Sicut cum aliquis ſubitò per virtutem diuinam à febre curatur abſque curatione, & conſueto proceſſu naturæ in talibus, vt cum aer ſtatim diuina virtute in pluuias denſatur abſque naturalibus cauſis, ſicut factum eſt ad preces Samuelis, & Eliæ* = Et ſatis proximè ad caſum, de quo agitur, *Card. de Lauræa de Miraculis diſp.*20. *artic.*20. *num.*879. de prodigioſis euentibus tertij generis, ſeù quoad modum extra ſphæram Sanationum, agens, ijs repentinam ceſſationem procellæ venti à Chriſto, cum eſſet in naui cum Apoſtolis, patratam accenſet, poſteaque ſubdit = *Certè nihil magis conſuetum in Mari, quod poſt tempeſtatem ventorum, & fluctuum ſequatur malacia, ſeù tranquillitas; non tamen ſtatim, & incontinenti ceſſat totaliter ventus, neque fluctus vehementes ſtatim totaliter conquieſcunt, ſed paulatim, ac ſucceſſiuè, vt experientia manifeſtum eſt, ideo iſtud fuit Miraculum.*

Verum enim verò Miraculi pondus illuſtrius dignoſcitur, quotiès venti facta inclinatione adhùc ignis accenſus in Arce remanebat; ille quippè partem aliquam abſumpſerat, eiuſdem nempè Arcis munimentum ligneum, nuncupatum *Riuellino*; jàmque inuadere exſperat ipſam Turrim, & locum ipſum, vbi puluis ſeruabatur, penetrauerat; & nihilominùs vltrà progreſſus non eſt, quando natura ipſa ignis hoc ipſum exigit, vt proximo ſubiecto applicatus illud indiſpenſabiliter depaſcat, prout obſeruarunt Auditores Rotæ in Relatione Cauſæ S. Ioannis de Deo, vbi de primo Miraculo in Vita. Quarè ſi poſt patrocinij cæleſtis inuocationem operatio ignis è veſtigio ceſſauit, Miraculo id tribuendum. Ità materiam ſibi propoſitam, vbi ſuprà, *Card. de Lauræa ſub num.*880., latiùs explicans concludit = *Sic de alijs euentibus, qui poſſunt à natura prouenire, vt tenebræ, Bruchi &c. cum quotidiè à natura hæc adueniant, quia tamen in his circumſtantijs ad ſupplicationem hominum, & ſtatim accidunt, miraculoſa ſunt*. Sic Eminentiſſimus Eccleſiaſticorum Annalium Parens ad annum 397. *num.*12. prænobile Miraculum extinctionis incendij per Sanctiſſimi Signi Crucis particulæ factam expoſitionem recenſet, ibi = *Quod rursùm ad idem lignum Sanctiſſimæ Crucis à Melania Paulino datum ſpectat, ingens planè ex ipſo contigit edi Miraculum, cum incendio flagrante fæno referta caſa,*

in

in Paulini ipſius Hoſpitium conuerſa flamma cuncta impetu violento depaſcente, oblato ab ipſo globis igneis eodem ligno Crucis incendium protinùs reſilierit, atque penitùs extinctum fuerit.

Quibus etiam concordat communis Teſtium opinio, qui vel mirabili præſeruationi aſtitere, vel illam ab alijs videntibus perceperunt. Omnes quidèm inſpectis circumſtantijs venti ſæuiſſimè flantis, conflagrationis totius ferè Vrbis ſecutæ, inchoatæ combuſtionis Arcis, exiſtentiæ nitrati puiueris modo ſuprà recenſito, dictam præſeruationem verum extitiſſe Miraculum autumant, interceſſioni Serui Dei illud adſcribentes, *Summar. num.2.* §.1. 7. 10. 11. 12. necnon §.13., *&* 17., vbi Teſtis de viſu ità inquit = *firmiter cenſeo, atque æſtimo ſæpiùs repetitum Caſtrum non ſine magno, ac ſupernaturali Miraculo, & quidèm vti erat communis opinio, & fama, omnium militum, per interceſſionem dicti B. Patris Fidelis (cuius Corpus è Domo Gugelberger exportatum fuit) conſeruatum eſſe* = §.24. *&* 26. 27. de auditu §.35. ibi = *E queſto Miracolo fu tanto euidente, che niuno di noi potè dubitare* = §.42. *&* 46., vbi Comes Suitzenſis hæc præcipuè habet = *Io hò ſempre riputato queſto per gran Miracolo, & adeſſo nuouamente proteſto, e confeſſo, che ſenza Miracolo non era poſſibile di ſaluare il Caſtello, e molto meno la monizione, perloche di nuouo riconoſco queſta grazia per vero, e ſegnalato Miracolo operato da Dio per i meriti, & interceſſione di detto B. Martire Fedele* = Et alter Teſtis §.58. 60. 64. ibi = *hæc, & ſimilia tunc enarrauit mihi Dominus Comes; & hæc eadem ego ab alijs Catholicis militibus, qui ibi tunc aderant, ſæpiùs audiui; & in Exercitu noſtro loquebantur de hoc quidèm milites noſtri tanquàm de vero, & indubitato Miraculo, quod Deus ob merita, & interceſſionem Patris Fidelis veri, & Sancti Martyris feciſſet nobis* = Idemque Teſtis ibidem §.67. de auditu à quodam milite, qui fuerat præſens, ità inquit, ibi = *Hæc mihi retulit ipſe miles Croaria, & ſemper quando iſta mihi referebat, magnoperè ſtupebat, & dicebat, ſe credere, & non poſſe aliter arbitrari, niſi quod hoc fuit maximum Miraculum, & aiebat, quod credebat, quod Deus fecerat hoc Miràculum ob merita, & interceſſionem Sancti Martyris noſtri Patris Fidelis* = *&* §.71. 72. *&* 71. vbi ſignanter = *Queſto Miracolo fu tanto euidente allora tra noi ſoldati, che chiaramente conoſceſſimo, che il Santo Martire Fedele aueua liberato il Caſtello, e la monizione da quell'incendio* = & deniquè §.75. Ac huiuſmodi opinio fuit adeò certa, vt indè veneratio ergà Dei Seruum tanquàm verum Martyrem apud milites ſummoperè aucta fuerit *dicto Summar. num.2.* §.9. 37. 60. Cæterum huiuſmodi communis opinio, & fama veritatem, ſiuè pondus Miraculi demonſtrat, per ea, quæ dixerunt Auditores Rotæ in Relatione Cauſæ Canonizationis S. Thomæ de Villanoua penès *Contelor. de Canonizat. pag.*488. *& ſeq.*

Secundum Signum, ſiuè Miraculum

Conuerſionis Ioannis Iodoci Rhæti peſſimi Prædicantis ad Fidem Catholicam.

Expoſitio Signi, ſiuè Miraculi.

ILluſtre quidèm fuit Miraculum hactenùs expoſitum ſub peculiari Serui Dei patrocinio patratum, at excellentius illud eſt, quod modò ſubnectitur. Quæ namque Deus in ordine inuiſibili, & gratiæ operatur, præſtant longè ijs, quæ infrà ordinem naturæ, ac viſibilem ſe continent; illius ergò generis habetur ſequens Miraculum. Ioannes Iodocus Rhætus Heterodoxus, cum in Pontreſinæ Suburbio Engadinæ inferioris, Prædicantis, vt aiunt, munere fungeretur, ac prætereà publicus Hæreſis Profeſſor in Collegio Oppidi Sondrij erigendo eſſet deſtinatus, notitiam primò habuit de Sanctitate Vitæ, quam D. S. Fidelis à Sigmaringa Miſſionarius in Valle Prætergouiæ agebat, illamque miratus eſt; tum poſteà heroicæ fortitudinis, & hilaritatis, qua ille mortem ab Hæreticis inflictam oppetijt, cum certior factus eſſet; hinc eius mens argumentum pro Catholicæ Religionis veritate aſtruenda deduxit. Quid enim clarius, vt ipſe arguebat, quod Fides Catholica eſſet vera, cum magnam fortitudinem, & hilaritatem in perferenda morte ipſa ſubminiſtraret? Poſtmodùm verò Serui Dei Cadauere è Cæmeterio Seuiſiano ad Curię Ciuitatem ſolemni pōpa triumphi ad inſtar translato, quid occaſione hac expletum eſſet, audiens ipſe Iodocus, ſuperno quodā impulſu moueri ſe illicò ſenſit, adeout, nullo extrinſeco accedente auxilio, Catholicam Fidem neceſſariò veram eſſe concludens, ei nomen dare deliberauerit. Opportunè hinc inſtructus Conuerſionem, ejurata Hæreſi, abſoluit, quamuis Hæretici ipſius Vitæ inſidias parauerint. Quarè beneficium propriæ Conuerſionis, & liberationis ab Hæreticorum machinis retulit ipſe in Dei Seruum, aſſiduas pro tanto beneficio grates Deo rependens.

Probatio Signi, ſiuè Miraculi.

UT Signum hoc, ſiuè Miraculum probatum remaneat, tria demonſtranda ſunt; terminus à quo, ſtatus nimirùm ſpiritualis peſſimus, in quo Iodocus reperiebatur; Medium tranſitus, auxilium videlicèt ſpirituale, quo illuſtratus Catholicę Fidei veritatem promptè agnouit; ac tandèm terminus ad quem, cum ſcilicèt huiuſmodi veritatem admiſit, Hæreſique deindè ſolemniter eiu-

rata

rata Fidem publicè profeſſus eſt. Porrò hæc omnia ex eius relatione comprobantur; dùm de re agitur, quam aliundè nemò ſcire poterat; etiam quoad Iodoci præcedentem impietatis ſtatum, Hæreſim videlicèt. Eòque magìs, dùm veriſimile non eſt, alitèr ſe rem habuiſſe, cum propriæ ignominiæ contineat reuelationem.

Quod pertinet ergò ad terminum à quo, ſiuè impietatis ſtatum, apertè depromitur à relatione ipſius Teſtis *in Summario num. 3.*, vbi propriam conditionem exponens, ſic ait ibidèm §. 1. *Io ſono oriundo dall' Agnedina baſſa nell' Alſatia, e doppo eſſere ſtato aſſente per cauſa delli Studij in varij Paeſi, ritornando finalmente nell' Anno mille ſeicento dicidotto, ſicome per ignoranza mia, e cecità io ero Proteſtante, così per maggior mia diſauuentura fui fatto Predicante dell' Agnedina alta, è doppo quel mio ritorno mi fermai circa ſei meſi in Sernez mia Patria, e poi andai à quella infelice reſidenza nell' Agnedina alta in vn Borgo chiamato Pontreſina. Quiui penſando, che la Setta Caluiniſta foſſe la vera Euangelica, mi fermai pur troppo* ==, & §. 2. narrat tempus, quo in munere Prædicantis perſtitit, ibi == *ad' ogni modo ingannato da quel peſſimo Seduttore di Caluino, perſeuerai ſino all' Anno mille ſeicento ventitrè.*

Prætereà cum Hæretici Fidei Catholicæ progreſſum vndequaque præpedire in animo habentes, in Terra Sondrij Collegium, vbi eorum praua doctrina palam explicaretur, decreuiſſent erigere, *Summario num. 3. §. 11., & 12.*, ibi ipſe Teſtis, repetitis, quæ ſuprà depoſuerat de ſui deſtinatione in publicum d. Collegij Profeſſorem, ſequentia hæc ſubdit, ibi == *L'vltima attione di quella maledetta Aſſemblea* (Cætus videlicèt Hæreticorum) *fù l'eſame mio, doppo il quale fui coſtituito Miniſtro cieco per cadere nella foſſa con li detti, e fui deſtinato, come ſopra hò detto à Pontreſina, e creſcendo tuttauia la mia diſauuentura, doppo l'eſame fui anche coſtituito per vno de' Miniſtri Seduttori, i quali doueſſero inſegnare nel Collegio di Sondrio, quando foſſe fabricato, e con queſta occaſione io ſeppi quel tanto ſi era trattato sì per fondare queſto Collegio, come per dare la morte al ſudetto Sig. Arciprete &c.*

Cumque vlteriùs eo tempore Capuccini Miſſionarij, & ſignantèr Dei Seruus tàm Religioſæ Vitæ exemplis, quàm Verbi Dei feruenti Prædicatione Fidem Catholicam in illis partibus maximoperè propagarent, *Summario dicto num. 3. §. 4., 6., & 7.*, & Hæretici è contra conſilia inter ſe de illorum vlteriori progreſſu impediendo inirent, *dicto num. 3. §. 5.*; immò diligentijs non parcentes, quo minùs ab ijs Regionibus Catholica Fides omninò ablegaretur, ob id Populis duo puncta ſuadere ſtatuiſſent, quod videlicèt Sereniſſimo Leopoldo Auſtriæ Archiduci, ac Rhætiæ tunc Domino Oratores mitterentur pro conſequenda propriæ Sectæ libertate, ac ſimùl quod ab audiendis Capuccinis, eorumque conuerſatione ijdem Populi abſtinerent, idque ipſum Prædicantes præſtare paritèr deberent; In omnibus Colloquijs de hiſce rebus habitis affirmat ipſe Teſtis, ſe interueniſſe, *Summario nu. 3. §. 13.*, ibi == *Il colloquio, al quale io doueuo conuenire nell' Agnedina alta, ſi faceua ora in Souz, ora in Samanda, ora in altri Luoghi, ſecondo voleua il Capo del Colloquio* ==, & paulò infrà ==

frà =: *col Conſeglio di coſtui* (ſcilicèt Præſidis) *adunque fù riſoluto in quei peſſimi noſtri Colloquij, doue anche io per ordinario interueniui, che ſi perſuadeſſero alli Popoli due coſe* =:, & deindè pluribus pergit narrare duo puncta ſuprà relata.

Ex his verò ſimùl iunctis, patet, Ioannem Iodocum à Natiuitate fuiſſe Heterodoxum, in eius Secta deputatum fuiſſe Prędicantem, ac Profeſſorem, qui Hæreſim eſſet docturus, impium Prædicantis Officium quinquennio ab illo fuiſſe exercitum, tùm deniquè vnà cum alijs tractatus habuiſſe, & Conſilium præſtitiſſe, vt Catholica Fides ab ijs Regionibus amandaretur, ac ſignantèr modus illam à Capuccinis hauriendi præcluderetur. Hæc autem omnia quanti habenda ſint in recognitione peſſimi ſtatus Io: Iodoci, nemò planè ignorat, quando ſolius crimen Hæreſis ſatis ad hunc finem cenſendum eſt =: *Grauius* =:, vt ait *Diuus Thomas* 2. 2. *quæſt*.10. *Artic*.6. *in Corp*. =: *Contra Fidem peccat, qui Fidei renititur ſuſceptæ, quàm qui renititur Fidei non ſuſceptæ* =:, & hinc ipſi Hæretici peiores Iudæis, qui Gentiles nequitia ſuperant, habentur, eorumque infidelitas maiorem culpæ rationem ſecumfert, ac peſſima eſt, vt concludit *Diuus Thomas* ibidèm, & conſentijt *Gonzalez. in cap. Ad abolendam num*.11. *de Hæretic.*, vbi relatis concordantibus ait =: *Qui omnes conſentiunt, Hæreſim omne in ſe malum complecti, & eſſe completam quandam malitiam, vel potiùs malorum quoddam compendium*.

At quantò nequior huiuſmodi ſtatus in hypotheſi euincitur; cum idem Hæreticus Prædicantis Officium ageret, necnon ad alios in peruerſis dogmatibus imbuendos delectus eſſet; ipſe certè hoc pacto de numero illorum erat, qui omnium maximè Chriſti Eccleſiam affligunt, quales ſunt Prædicantes, & Magiſtri Hæreticorum, à quibus olim ſeriò admodum Chriſtus Dominus cauere quemquem iuſſit, dicens =: *Matth*.7. *verſ*.15. =: *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis Ouium, intrinſecus autem ſunt Lupi rapaces* =:, *& Diuus Paulus in* 2. *ad Tit. verſ*.11. *Qui vniuerſas Domos ſubuertunt, docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia* =:. Potiſſimè verò illius nequitia, dum procurabat vnà cum alijs omnimodam Catholicæ Fidei expulſionem, ac remotionem illorum mediorum, quæ lumen veritatis introducere poterant. Quid verò nequius eo cogitari poteſt, qui Anteſignanum impietati ſe ipſum præbet, aliorumque Seductorem ſe conſtituit, quiue etiam veritatis agnoſcendæ modum anteuertit; Profectò Aſſumptum hoc adeò certum eſt, vt probationem non requirat.

Medium, ſiuè ſpirituale auxilium, quo Anima ipſius Iodoci ad veritatis agnitionem, & ſucceſſiuam acceptationem meritis Serui Dei peruenit, in lumine conſiſtit, quo illuſtratus, vitæ laudabilis P. Fidelis inſtitutione audita, de falſitate propriæ Sectæ dubitare cæpit, *Summario num*.3. §.14., habitaque exindè notitia de violenta eiuſdem P. Fidelis nece, ac hilaritate, qua is tunc temporis ſe geſſit, Deo internè operante, ad Fidei Catholicæ veritatem ponderandam motus fuit, *Summario dicto num*.3. §.2. 15., *&* 16., necnon ſolemnem tandèm cum Sacri Corporis tranſlationem ſecutam percepiſſet, confeſtim nullo externo interueniente

Digitized by Google

nienre impulſu, peculiariter ad proprium ſtatum recogitandum ſe ipſum reuocauit, prout ipſe luculentèr narrat *ibidem* §. 17. == *Auuenne poi, che di nuouo li Cattolici l'Anno iſteſſo mille ſeicento ventidue nel Meſe di Settembre ricuperarono il Paeſe, e che di poi nel Meſe di Nouembre fù tranſlatato il Corpo del Beato Martire in Coria cont anta ſolennità, E quando Io inteſi di queſta ſolennità, che pareua il trionfo della Cattolica Fede, allora in ſentire l'onore fatto alle Reliquie di eſſo P. Fedele, mi commoſſi talmente, che cominciai da vero à penſare à caſi miei &c.*

Secundus terminus ad quem, ſiuè ſtatus, in quo Iodocus poſteà manſit, in eo verſatur, quod mox relata interna motione excitatus, ac ei obſecundans, Catholicæ Fidei veritatem promptè admiſit, Hæreſique abrenuntiare deliberauit. Id ſanè ipſe depoſitionem proſequens aperit, ibi == *così vedendo, che la Cattolica Romana Fede era conforme alla Scrittura Santa, alli Santi Padri, e Concilij, & era antichiſſima, e vera, mi riſolſi di farmi Cattolico* ==; Et quamuis inchoata communicatione ad finem conſequendi debitam inſtructionem cum Miſſionario Ordinis Capuccinorum, ipſi Hæretici, re comperta, eundem Iodocum in proprijs cœtibus accuſaſſent, illiuſque Vitæ inſidias ſtruxiſſent, is tamen in deliberatione iàm capta perſeuerans poſt debitam inſtructionem Hæreſim eiurauit, *dicto num. 3.* §. 3. 18., & 19., & tunc ijdem Hæretici nouo correpti furore, cum à proprio ſeparatum conſortio, ac præ cæteris vnus in eius cædem conſpirauit, Deo tamen, eiuſque Seruo, ne ille vmquàm læderetur, protegentibus, *dicto num. 3.* §. 20.

Releuantia Signi, ſiuè Miraculi.

IVſtificationem Impij reuerà eſſe opus miraculoſum, dubitari non poteſt; ſiuè enim terminus ipſius operis inſpiciatur, illo quid maius non datur, cum in Bonum æternum Diuinæ participationis, vt ad finem tendat; ſiuè modus operandi attendatur, & in eo Omnipotentiæ Diuinæ Virtus præcipuè manifeſtatur, in qua præcipuè Miraculi notio reſidet. Quarè cum *D. Auguſtinus Tractat. 72. in Euangelio Ioannis*, exponens illud == *Maiora horum faciet* == affirmauerit, *quod maius opus eſt, vt ex impio iuſtus fiat, quàm creare Cælum, & Terram* ==; & creatio Mundi magnum inuoluat Miraculum, compertum proptereà ſit, multò magis Impij iuſtificationem eſſe miraculoſam, vt optimè innuit *Card. de Laurea in Tract. de Miracul. diſput. 20. Art. 2. num. 28.*

Quamobrèm Iodoci conuerſio Miraculo tribuenda eſt, idque ipſum Beati Martyris Interceſſione referendum, cum illius mutatio non alio motiuo contigiſſe pateat, quàm huius Sanctitatis, ac Martyrij, gloriæque indè ſecutæ. Sic iuſtis laudibus Eccleſia S. Iacobum Apoſtolum proſequitur in ſecunda Lectione Officij Breuiarij ad diem 25. Iulij, hæc aiens == *Quem cum is, qui eum duxerat ad Tribunal, fortiter Martyrium ſubeuntem vidiſſet, ſtatim ſe, & ipſe Chriſtianum eſſe profeſſus eſt* ==; Nec diuerſimodè in 9. Lectione

ad

ad diem 16. Septembris laudat S. Luciam, *quæ cum ferro, plumboque onerata per Vrbem duceretur, Geminianum Nobilem Virum conſtantia Fidei, & Martyrij ad Chriſtum conuertit*. Eoque certiùs Miraculi pondus perſpicuum redditur, dum Conuerſio non contigit in perſona illius, qui ob Diuinæ legis tranſgreſſionem Charitate tantùm exciderat, ſed in eo, qui Hæreſi infectus, Prædicantis Officio fungens, & Profeſſor in Schola ad Hæreſim ſpargendam delectus hoc modo aliorum Seductor conſtitutus erat, maioremque in Hęretica prauitate pertinaciam contraxerat, cum genus hominum huiuſmodi ſoleat eſſe pertinacisſimum, ideòque maximà cum difficultate ad veritatis agnitionem dabatur ipſi peruenire; *quia flagitioſorum conuerſio facilis non eſt*, vt ait *S. Gregorius lib.5. in 1. Reg. cap.8. Tom.1.*

Quod ſi Conuerſio huiuſmodi ad tramites legis ordinariæ Diuinæ Gratiæ perpenſa fuit miraculoſa, quanto potiori Iure Miraculi ratio in ea dignoſcenda erit, quotiès conſtat, eamdem Conuerſionem modo prorſus mirabili fuiſſe patratam, dùm nempè Deus præter omnem aliam humanam expectationem de repente Iodocum ad ſe conuerrit illuſtrando, commouendo, & immutando cor eius. Supernam hanc Gratiæ operationem graphicè ipſe Iodocus ob oculos ponit, *Summario num.3. §.15., & 16.*, necnon §.17., vbi ſic ait == *E quando Io inteſi di queſta ſolennità* (translationis nempè Cadaueris Serui Dei) *che pareua il trionfo della Cattolica Fede, allora in ſentire l'onere fatto alle Reliquie di eſſo Padre Fedele mi commoſſi talmente, che cominciai da douero à penſare à i caſi miei, così vedendo, che la Cattolica Romana Fede era conforme alla Scrittura Santa, alli Santi Padri, e Concilij, & era antichiſſima, e vera, mi riſolſi di farmi Cattolico &c.* Eo igitur ipſo, quod confeſtim, & gloriæ Serui Dei contemplatione, illuſtrante Domino, Conuerſio facta fuit, nemò non videt veri Miraculi pondus in ea eſſe agnoſcendum. Huius generis argumentum tractans, *Pignatell. Conſult.177. num.39., & ſeqq. Tom.10. ſub num.46.*, ſic ait == *Vt ergò ſuorum Seruorum mirabilem Sanctitatem Dominus commendaret, cæteris eius Miraculis hoc adiungit Miraculorum genus altiſſimum, Conuerſiones ſubitas rebellium voluntatum, quæ quidèm inter prodigia Supremo Apoſtolico Examini ſunt proponenda.*

Tertium Signum, ſiuè Miraculum.

Inſtantaneæ extinctionis incendij in Pago Vveiſſenthanni exorti.

Expoſitio Signi, ſiuè Miraculi.

DOmum quandam in Pago Vveiſſenthanni die 20.Maij,qua peruigilium Dominicę Aſcenſionis recurrebat, anno 1626. ignis cor-

corripuerat; cum autem vehemens ventus per id temporis efflaret, manifeſtum Domibus contiguis, quæ decem numero cenſebantur, incendium imminebat, quinimmo rabidi ignis fauillis ad vnam ex ijſdem Domibus remotiorem impetu venti delatis, pluribus in locis ea comburebatur. Quid in hiſce anguſtijs ageret Parochus Loci, qui aderat, probè ignorabat, verùm exemplo ſedati Incendij Arcis Maienfeldenſis confortatus, P. Fidelis patrocinium implorare in animum induxit. Primò hinc particulam Cinguli Serui Dei, quam ipſe deferebat, in ignem iniecit, deploratiſſimum Pagi ſtatum illi commendans. Poſtea ex Eccleſia venerabili Altaris Sacramento ad incendij locum allato, idem Parochus Altiſſimum hac oratione deprecatus eſt, vt ſi in eius conſpectu Pater Fidelis eſſet acceptus, Pagi liberationem ab incendio illius meritis largiretur. Quibus vix pronunciatis, ventus illicò ad aliam partem flexit, flammasque alio aſportauit, ac tunc Domo, quæ iàm concremabatur, ſolo æquata, reliquæ ab incendio præſeruatæ ſunt.

Probatio Signi, ſiue Miraculi.

PRimum Extremum combuſtionis vnius Domus, quæ in vigilia Dominicæ Aſcenſionis die 20. Maij anno 1626. occurrentis in prædicto Pago euenerit, cum manifeſto periculo, quod ob ventum vehementer flantem alias Domos contiguas ignis inuaderet, quodque reuerà Domum remotiorem propter fauillas illuc delatas iàm comprehenderit, adeoùt certa videretur totius Pagi concrematio, probatur ex depoſitione XLVII. Teſtis de viſu ex ProceſſuCurienſi in *Summ. num.*4. §. 1, 2, necnon confirmatur eadem combuſtio cum ſupradicto periculo ab alio Teſte pariter de viſu, qui eſt XLVIII. *in Summario dicto num.*4. §. 9. *ad* 11. vbi referens inſtantaneam incendij extinctionem, ſtatum prædictæ combuſtionis admittit, ibi = *audiui, & vidi, quod ventus vehemens, qui flammas incendij in reliquas ædes deportabat, ſtatim, & incontinenti ſe retrorſum vertit, & Domus, quæ ardebat, penitus ſtatim concidit.*

Medium inuocationis Serui Dei, ac applicationis Reliquiarum, deſumitur quoque à Dicto eorumdem Teſtium; vnus enim de facto proprio narrat, particulam Cinguli P. Fidelis ſe in ignem iniecisse, illius interceſſioni, quæ tunc vrgebat, neceſſitatem commendans & deinceps venerandum Euchariſtiæ Sacramentum in conſpectu incendij, ſiue Domus flagrantis detuliſſe, ac Serui Dei patrocinium ſub illa formula inuocaſſe, quatenus nimirum P. Fidelis Deo eſſet acceptus *dicto Summario num.*4. §. 3. 4., & 5.; & compendiosè idipſum autumat alter Teſtis de viſu, *ibidem* §. 9., cui ſanè patrocinij deprecationi motiuum præſtitiſſe notitiam ceſſationis incendij Turris Maienfeldenſis ait XLVII. Teſtis *d. num.*4. §. 7.

Secundum Extremum ſubitaneæ extinctionis incendij, ac retroceſſionis flammarum cum ruina illius Domus, vbi incendium exortum fuerat, & præſeruationis aliarum Domorum, quamuis in earum aliqua ignis iàm fuiſſet accenſus, probatur ab ijſdem Teſtibus *in Summario num.* 4. §. 6., & 10. vbi de prædictis omnibus vnanimi ore ambo Teſtes deponunt; quin etiam addunt prodigioſum euen-

tum.

rum tributum fuiſſe communiter ab incolis Pagi patrocinio Serui Dei, *Summario dicto num.*4. §.8, *&* 12.

Releuantia Signi, ſiue Miraculi.

QVæ ſuperius in probatione releuantiæ primi Signi, ſiue Miraculi extinctionis inchoatæ conflagrationis Arcis Majenfeldenſis deducta fuerunt, optimè hic applicantur; pondus enim Miraculi certiſſimum videtur, cum Serui Dei ſecuta inuocatione, ſtatim ventus in aliam partem declinauerit, quod ſine Diuinæ Omnipotentiæ virtute in illa circumſtantia fieri non poterat, ac propterea cum ignis pariter ceſſauit, naturalem id virtutem procul excedit, quod vis natiua elementi operationem non contineat in ſubiecto, cui applicatum reperitur. Quarè cum his procedendo, iuremerito pronunciandum videtur, miraculoſam pariter fuiſſe incendij ceſſationem in ſupradicto Pago, quod ipſum etiam Teſtes, ac Loci Incolæ eiuſmodi euentus apprimè inſtructi tempore obtentæ liberationis fecerunt.

Quartum Signum, ſiuè Miraculum.

Subitæ Sanationis inflammationis, ſiue ſuſpicionis Cancri in dextera Mamilla Sororis Cęciliæ Munſingerin Sanctimonialis.

Expoſitio Signi, ſiuè Miraculi.

CVm in Monaſterio B.Mariæ Virginis Ordinis Ciſtercienſis in Valle Liliorum Deo dicata conuiueret Cęcilia Munſingerin, hæc decimo quarto die ante Feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ anno 1626. acerbiſſimis doloribus in Mamilla dextera cruciari cępit. Ipſis verò continuantibus vndecim dierum ſpatio acutas, & aſſiduas lancinationes Cæcilia paſſa eſt, adeoque vehementes diu noctuque fuerunt dolores, vt eo tempore, & ſignanter octiduo, niſi nocte intempeſta, ſomnum capere potuerit, tunc verò quies vix mediam horam attigit; triduo autem ſubſecuto cum dolores creuiſſent, noctes omninò inſomnes duxit. Mamilla quoque rubore tota ſuffuſa, & valdè tumefacta extitit; vnde morbus adeo malignus proximam exulcerationem minitabatur.

Patiens igitur Virgo, licèt grauem Corporis ægritudinem experiretur, connaturali nihilominùs modeſtiæ ſe conformans illam prædicto tempore patefacere diſtulit, poſteà verò agnoſcens, quod Cancri malignitas ſublateret, in peruigilio Feſti S.Mariæ Magdalenæ

Cænobij Præfectæ ſe præſentans, prædictum morbum ipſi aperuit, ſe commendans, vt ei opportuna ſubueniret euratione. Audiens morbum, eumque pariter intuens Præfecta, infirmæ Virgini opem aliam non tulit, quàm ſaluberrimum conſilium; vt ſcilicèt cœleſtis alicuius remedij vſum terreno cuique anteponeret. Particulam ergo religioſi Habitus, quo P.Fidelis viuens induebatur, & cuius applicatione mira etiam patrata ferebantur, Præfecta eidem Sanctimoniali dedit, pia hortatione addita, vt ea tumorem tangeret.

Conſilium hocce Infirma libenter amplexa traditam ſibi ſub veſperam particulam ſuſcepit, eamque præmiſſa Patris Fidelis inuocatione, fide in Deum conſtanti Mamillæ, quæ morbo laborabat, applicuit. Vix ægram partem Sacra Reliquia tetigerat, cum ſtatim dolor omnis remiſit, quo pacto media eadem Reliquia Crucis ſignum ſuper Mamilla efformatum eſt, quando antea ſinè ſenſu doloris tangi non poterat, morboſam infectionem ea quodammodo abſtergente. Cubitum deinde cum Virgo perrexiſſet, nocte integra quietum ſomnum habuit. Manè poſtea è lecto ſurgens, nèc dolorem ampliùs,nec lanciuationes ſentiens tumorem omnem, & ruborem Mamilla abſceſſiſſe comperit, quarè lætitia exultans Præfectam acceſſit, eique prodigioſum ſanationis euentum enarrauit, reique fidem fecit Mamilla oſtenſa. Tunc verò Præfecta Serui Dei meritis completum aſpiciens Miraculum, ſanatæ Virgini ſuaſit, vt in gratiarum actionem certas preces perſolueret, proùt illa ſubſequenter præſtitit.

Probatio Signi, ſiuè Miraculi.

PRimum Extremum conſiſtens in inflammatione, ſiuè ſuſpicione Cancri in dexterà Mamilla Sanctæ Sanctimonialis, probatur ex ipſius Patientis Dicto; affirmat enim, ſe magno, intenſoque dolore in ea parte fuiſſe correptam, ac poſtea illum quatuordecim dierum ſpatio diu, noctuque continuaſſe cum internis lancinationibus, quo in ſtatu ſe vndecim noctibus per mediam horulam leuiſſimo ſomno dari potuiſſe; alijs verò tribus, quæ Feſto S.Mariæ Magdalenæ proximæ erant, nullum ab ea captum ſomnum, vt in *Summario num*.5. §.1., & hæc omnia comprobantur tàm ex depoſitione Præfectæ Cænobij de auditu ab Ipſa Patiente. *Ibidem* §.9., quàm ex depoſitione alterius Monialis, quæ audiuiſſe conqueſtiones, & ſimul exteriora ſigna doloris acerrimi in Cæcilia obſeruaſſe ait, *ibidem* §.14.

Et veritas eiuſdem Extremi vna ſimul cum grauitate,ac periculo morbi plenius oſtenditur, ex quo Patientis Mamilla tumefacta fuerat, ac ſimul rubicunda tota euaſerat, adeoùt iuſtiſſimè timeretur exulceratio, proùt ipſa Patiens faſſa eſt in *Summario dicto num*.5. §.2. ibi = *Cumque tàm integro octiduo hoc ita perduraſſet, doloreſque Mamillæ ſemper creuiſſent, illa multum intumuit* = & paulò poſt *ibidem* §.3. ait = *Ad hac cum in peruigilio Feſti Sanctæ Mariæ Magdalenæ conſpexiſſem inſinuatam dexteram Mamillam meam penitùs rubicundam effectam eſſe, egoque non aliud arbitrarer, quàm quod*

 illa

illa exulceraretur; vndè, & eadem Patiens morbi ſtatum Abbatiſſæ manifeſtauit, proùt habetur *ibidem dicto* §.3., & conſonat Abbatiſſa *ibidem* §.9.; & hæc referens prius de auditu, ibi = *Cumque inſuper dicta Mamilla non ſolùm multum intumuerit, ſed etiam tota iam appareat rubicunda* = poſtea ſubdit de viſu = *Itaque quantum neceſſitas exigebat, illam audiui, & examinaui, cumque ego ipſe conſpexiſſem vera eſſe, quæ nihil de tumore, ac rubore Mamillæ ſuæ narrauit, hinc facilè ei fidem adhibui, quod nimirum intenſis doloribus torqueatur, & de facili maius aliquod malum ſequi poſſit, niſi bonis medijs præcaueatur ibidem* §.10., & confirmat pariter altera Monialis de viſu, *ibidem* §.15. Quarè dubitari non poterat de morbo admodum graui, & periculoſo ex nimis intenſa inflammatione, quæ circa partem nobilem verſabatur. Sic enìm ait *Dolæus Encyclopæd. Chir. Rat. lib.5. cap.2.* = *Quo inflammatio eſt intenſior, & partes occupat nobiliores, eo curatu difficilior exiſtit &c. Dolores, quò ſunt vehementiores, eo etiam difficilior eſt; quo autem partes minus rubent, eo etiam facilior eſt &c.*

Medium inuocationis, ſeù applicatiònis Reliquiarum Serui Dei eruitur ex eo, quod per Cænobij Præfectam Sanctimoniali patienti propoſito conſilio, vt humanis medicamentis poſthabitis, recurſus ad cæleſte auxilium fieret per implorationem patrocinij P. Fidelis, & applicationem particulæ Habitus religioſi, quo ipſe vtebatur, hoc ſanè conſilium ipſa Infirma promptè admittens, executioni deinceps dedit. Factum hoc plenè probatur ex depoſitione ipſius patientis, cuius verba, vt magna fides tùm proponentis, tùm acceptantis pium conſilium inſpiciatur, præſtat hìc referre in *Summario dicto num.5.* §.4. ibi = *Quæ* (ideſt Præfecta Cænobij) *cum dicto adhùc Veſperi antè Feſtum S.Mariæ Magdalenæ neceſſitatem, ac defectum Vberis ipſamet conſpexiſſet, me ſic affata eſt: En mea filia Cæcilia, antequam naturale aliud medium, ſeù medicamentum adhibeamus, priùs ſpirituali medio vti volumus, dixitque, habeo particulam de Beati Patris Fidelis Capuccini, & Martyris habitu, quam mea Soror germana in Muſterlingen. mihi honoris ergo donauit, illam in hunc finem tibi tradam, vt cum deuotione, ac firma fide ſuſcipias, illaque Mamillam perlinias, ac deſuper ponas; hæc enìm ipſa particula plura iam mira effecit. Poſtquam ergo dicta mea Gratioſa Domina illo adhùc Veſperi præcedente Feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ Reliquias eiuſmodi, ſeù particulam de Patris Fidelis glorioſæ memoriæ habitu mihi tradidiſſet, ego hora octaua, antequam Cubitum iui, B. Patrem Fidelem inuocaui, ac dictis Reliquijs meam dexteram, ac multum tumeſcentem, & rubicundam Mamillam firma fide, & bona deuotione vti ſuffragijs Patris Fidelis bonæ recordationis mediantibus, iterùm ſana efficerer, in forma Crucis liniui, ſeù tetigi, & poſtmodum deſuper poſui* = & in omnibus quoad præſtitum conſilium, & Reliquiæ traditionem concordat ipſa Cænobij Præfecta in *Summario dicto num.5.* §.11., & de auditu ab eadem Præfecta deponit altera Monialis, *ibidem* §.16.

Alterum Extremum inſtantaneæ ſanationis, ſiue liberationis à dicto Morbo euincitur ex depoſitione dictorum trium Teſtium; Sanata enìm poſtquam narraſſet actum applicationis Sacræ Reliquiæ, de huiuſmodi ſanatione ſic loquitur in *Summario d. num.5.* §.5. ibi =

Quam-

Quamprimum id præſtiti, incontinenti omnis dolor receſſit, itaut Mamilla, quam antea ſine ſenſu doloris taugere nequiui, inſinuata particula, ſeù Reliquijs poſtmodum ſine vllo dolore in modum Crucis hinc inde delinire potuerim, imò non aliter res ſe habebat, ac ſi illis Reliquijs omnem prorſus defectum Vberis abſtergerem = ac deindè proſequitur exponere, quod nullum amplius dolorem ſenſerit, quodue tota nocte dormierit; quando triduo ante ſomnum capere nunquam potuerit, necnon quod mane facto, ipſum tumorem, ac rubedinem abijſſe compererit, *ibidem* §. *6.*; aitque vlterius, ſe vberem ſanatum Cænobij Præfectæ oſtendiſſe, totius ſanationis ſerie illi expoſita, ac ab ea in gratiarum actionis retributionem conſilium reportaſſe certas preces quotidie, in honorem Serui Dei recitandi. *Ibidem* §.7., *&* 8.

Hæc eadem liberationis inſtantaneitas vberrimè comprobatur ex alijs Teſtibus; licèt enim Sac. Reliquiæ applicationi præſentes non fuerint, adhùc tamen illam optimè concludunt; Cænobij enim Præfecta fatetur, ſe veſpere diei præcedentis Feſto S. Mariæ Magdalenæ Mamillam patientis vidiſſe in deploraro ſtatu, de quo ſupra, *Summario dicto num.*5. §. 6., *&* 10.; & alia Sanctimonialis primò aiens tempore proximo ipſi Feſto audiſſe, ac ſimul vidiſſe ſtatum relati morbi, *dicto Summario num.* 5. §. 15., ſubiungit poſtea, tempore veſpertino Feſto præcedenti eius oculis ſtatum Mamillæ fuiſſe expoſitum, quem referens *ibidem* §.17. ſic inquit = *Quod etiam poſtmodum euenit; quamuis enim tàm ego ipſa quàm aliæ Sorores, & in primis D. Abbatiſſa tempore adhùc veſpertino præcedenti ſolemnitatem Sanctæ Mariæ Magdalenæ dictæ Sororis Cæciliæ Manſinguerin Mamillam conſpexerimus grauiter intumeſcentem, ac inde eam multum cruciari, & affligi, ſollicitæque inſuper fuerimus, ne peius, ſeù grauius aliquod incurrat periculum* = Cohærenter verò ad hæc ſequenti mane ipſius aſpectui gaudio exultantem ſe præſentaſſe Cæciliam nullo amplius dolore oppreſſam, dexteroque potitam vbere ad naturalem, & conſuetum ſtatum redacto, omnique tumore, ac rubedine expertem, ſibiq; prodigioſi euentus ſeriem expoſuiſſe ipſa Cænobij Præpoſita enarrat, *Summario dicto num.5.*§.12.; vndè eadem Præpoſita in gratiarum actionem certas preces in honorem Serui Dei fundendas inſinuauit, Miraculo liberationis P. Fidelis adſcripto, *ibidem* §.13., & cum prædictis quoad recognitionem eiuſmodi liberationis ſubſtantialitèr concordat altera Monialis. *ibidem* §.18.

Si ergo ex duorum Teſtium Dicto indubiè conſtat, ſerò vnius diei Cęciliam prædicta ægritudine laboraſſe, mane verò ſequenti ſanam viſam, ac ægritudinis vitio penitùs liberam, quid manifeſtius prò euincenda Inſtantaneitate adduci poteſt? Profectò cùm de infirmitate paulò ante Sanationem docetur, & exindè aliud tempus non interceſſit, quo illam videre Teſtes non potuerunt, quàm vnica nox, hinc eadem Sanatio ex Dicto eorumdem Teſtium in momento impetrata dici debet, proùt ſanè Rotæ Auditores ponderarunt in Relatione Cauſæ Sancti Andreæ Auellini *par.* 3. *in* 4. *Miraculo verſ. Fuiſſe*, ibi = *Ad quem effectum, vt ſtatim recuperata dici debeat, ſufficeret etiamſi mane ſequenti ſana inuenta fuiſſet*. Quod eo fortiùs procedit, dùm Cęcilia ſanata quoad inſtantaneitatem de propria experientia, vt mòx ſuprà viſum eſt, deponit; ac potiſſimè

quià omnes Teſtes in eo conueniunt, quod ob huiuſmodi rationem verum extiterit Miraculum Serui Dei meritis adſcribendum, *Summario dicto num.5. §.8. 13., & 19.*

Releuantia Signi,ſiuè Miraculi.

QVæſtio nulla hìc eſt, an morbus in Mamilla generatus, fuerit nec ne curabilis, id enim vltrò admittitur; è contra verò tota Miraculi quidditas in Sanatione, quæ in inſtanti completa fuerit, verſatur. Poſito autèm morbo, cuius curatio naturaliter dari potuit, curſu nimirùm temporis, vel medicamentorum ope, ſi Sanatio in inſtanti euenit, ea Miraculo adſcribitur; inſtantanea namque operatio naturæ vires omninò ſuperat *Zacch. Quæſt. Medic. legal. lib.4.tit.1. quæſt.2.num.16., & quæſt.3.num.8., & Pignattell. Conſult. Canonic. tom.5. Conſult.20. num.3.*

Hìnc iure meritoque dicitur in caſu præſenti verum interueniſſe Miraculum; cùm enìm qualitas morbi tempore decurrente, aut medicamentis adhibitis tolli poſſet, nihilominùs liberatio in inſtanti proceſſit, ac in huiuſmodi inſtantaneitate Miraculum ſtetit; excluſo quippè quolibet humano remedio patiens Virgo pio Prępoſitæ conſilio vſa, Fideque ſola in Deum, ac meritorum glorioſi Athletæ ſuffulta, maximum ſanitatis beneficium promeruit. Sic ore proprio rem pandidit = *Ego hora octaua antequàm cubitum iui, B. Patrem Fidelem inuocaui, ac dictis Reliquijs meam dexteram, ac multùm tumeſcentem, & rubicundam Mamillam firma fide, & bona deuotione vti ſuffragijs Patris Fidelis bonæ recordationis mediantibus, iterùm ſana efficerer, in forma Crucis linivi, ſeù tetigi, & poſtmodùm deſupèr poſui. Quamprimùm id præſtiti, incontinenti omnis dolor receſſit &c.* = Tanti ergo apud Deum fuit meritum Patris Fidelis, tanti Fides Patientis in eum conſtans, vt momento morbi malignitate depulſa perfecta interueniret Sanatio. Et hoc pacto cùm Mulier Hęmorrhoiſſa fimbriam veſtimenti Diuini Redemptoris tetigiſſet, inſtantaneam liberationem à morbo, fideique propriæ commendationem reportauit apud *Matth. cap.9. verſ.20. & ſeqq.* = *Acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Dicebat enim intrà ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus, & videns eam dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt Mulier ex illa hora.* Magna verò infirmi fides manifeſtius reddit Miraculum *Pignattell. Conſult. Canon. 177. num. 31. tom. 10.*

Quintum Signum, ſiuè Miraculum.

Subitaneæ reſtitutionis dexteri Oculi ferè omninò deperditi in perſona Infantis Pauli Franciſci Papuſſin.

Expoſitio Signi, ſiuè Miraculi.

CVm Euphroſina Papuſſin è Ciuitate Veldkirchij prima die Martij anno 1627. filium peperiſſet, qui Paulus Franciſcus appellatus eſt, triduo elapſo dexter illius oculus diffluere cœpit, necnon pellicula quadam prorsùs obduci, ac ſimul paruum in eo foramen apertum eſt, adeoùt ille viſus facultate omninò deſtituendus crederetur. Ægritudo hæc ſeptem hebdomadum ſpatio durauit; cùm verò plura medicamenta Mater ipſa fruſtrà tentaſſet, necnon conſilij quæſiuiſſet, quæ tamèn inutilia fuerunt, ipſeque morbus in deterius abiret, ad implorandum Patris Fidelis patrocinium ſe conuertit, ac propterea Infantem vouit ſe delaturam ad Eccleſiam Patrum Capuccinorum eiuſdem Ciuitatis, vbi Serui Dei Caput per id temporis publicæ Veneratoni proſtabat; ac etiàm pari voto ſe obſtrinxit, quotannis diem anniuerſariam obitus P. Fidelis ſe tanquàm feſtiuam celebraturam. Adueniente igitur hac die Mater promiſſionem exſolutura, Infantem ad Eccleſiam detulit, vbi factâ quadam Ceræ, ac Veli oblatione, fuſiſque precibus, præmiſſa Confeſſione ſacramentali, Euchariſtiam deuotè ſuſcepit; quibus impletis, Infans repente conualuit, omniſque in eius oculo defectus ſublatus eſt, ſicque poſteà ille perſtitit.

Probatio Signi, ſiuè Miraculi.

PRimum Extremum, quod nimirùm paucos poſt dies à natiuitate dexter oculus Infantis Pauli Franciſci Papuſſin diffluere, ac pellicula ceperit obduci, probatur ex depoſitione eius Matris Teſtis de viſu in *Summario Num.6.* §.2., necnon Auiæ de viſu, *ibidem* §.7., & alterius Teſtis paritèr de viſu, *ibidem* §.13.. Quodque itidèm præter dicta cęcitatis Signa indubitatum aliud extiterit, foramen videli èt in eodem oculo efformatum, fatentur duo ex prædictis Teſtibus Auia de viſu in *Summario dicto num.6.* §.8., & alter *ibidem* §.15., quod ipſum admittitur etiàm à Matre, dùm in oculo inquit, fuiſſe magnam deformitatem. *Ibidem* §.2., & agens de Sanatione prodigioſa fatetur, filium adeò conualuiſſe, vt ipſi in oculo

oculo

oculo nìl deficèret. *Ibidem* §.6. Quodque adhibitis pluribus medicamentis, ea nil profuerint, ſed ipſius oculi ſtatus in deterius ſempèr abierit, deducitur ex ijſdem Teſtibus, *ibidem* §.3. & 8., & ſpecialitèr ex iudicio Medici, qui curæ adſcitus eam ſuſcipere noluit, de morbi qualitate plenè diffidens. *Ibidem* §.1., atque ità oculi ægritudo ſeptem hebdomadum ſpatio durauit, proùt perhibent Teſtes, *ibidem* §.2. & 10. Quodque tandèm grauitatem in morbo Infantis augebat, illud eſt, quod huiuſmodi vitium in oculo erat hæreditarium; cùm Parens, & Auus oculorum vno caruerint, proùt vnanimitèr affirmant duo Teſtes in *Summario dicto num.6.* §.9. & 18.; quarè magna inerat ſuſpicio, ne Infans ipſe defectu hoc laborare deberet; cùm morbi hęreditarij maiorem infectionis ingerant ſuſpicionem *Zacch. Quæſt. Medic. legal. lib.9. tit.10. quæſt.3. num.8.*

Medium inuocationis, ſiuè applicationis Reliquiæ Patris Fidelis eulncitur, ex quo Infantuli Mater, oculi ſanationem deploratam agnoſcens votum emiſerit, filij ad Capuccinorum Eccleſiam deferendi, preces ibidem ad Dei Seruum fundendi, ſinguliſque annis anniuerſariam illius obitus diem feſtiuè celebrandi, proùt de facto proprio ipſa Mater affirmat in *Summario num.6.* §.4., & de auditu ab eadem Matre alij duo Teſtes, *ibidem* §.11. & 16., quod punctualitèr adimpletum fuit, dùm eadem Mater dicta die ſecum deferens Infantem ad Eccleſiam perrexit, ibique nonnullis factis oblationibus preces fudit, Sacramque percepit Euchariſtiam, vt in eius examine proſequitur, *Summario dicto num.6.* §.5.

Alterum Extremum inſtantaneæ Sanationis prędicti oculi concluditur ex depoſitione Matris, quæ ſic ait = *Quo facto* (nempè voti implemento) *ſtatim Infans cępit conualeſcere, & viſum recipere in prædicto ocello, & talitèr omninò conualuit, vt nunc ipſi in eodem nihil omninò deſit, ſicutì ad oculum euidentèr patet* = *Summario dicto num.6.* §.6., & concordat Auia, *ibidem* §.12., & alter Teſtis, *ibidem* §.17. aiens = *Et poſtquàm ſæpèdictus Infans tali voto, vt ab ipſa Matre intellexi, adimpleto, talitèr ſanatus fuerit, vt nullus ampliùs defectus, proùt ego etiàm obſeruaui, in eius viſu appareat.*

Releuantia Signi, ſiuè Miraculi.

QVatenùs memorata Sanatio morbo prædicto tanquàm arte, vel tempore curabili applicari velit, prò miraculoſa omninò habenda eſt, eo quià in momento contigit; cùm videlicèt piæ Matris voto impleto, oculi vſum Filiolus felicitèr recuperauit, proùt comprobant paulò ante expoſita in ſecundo Extremo. Optimè ſiquidèm hìc adaptantur, quæ reſpectu præcedentis Miraculi releuantiæ ſub §. *Quæſtio, & ſequen.* adducta fuerunt.

Sed intimius rem perſcrutando, abſolutum id eſt in caſu, quod non agebatur de morbo curabili, ſed de eo, qui omninò curationem reſpuebat; oculus quippè Infantuli ab ipſa natiuitate in organo vitium contraxerat. Quid enim aliud indicant Teſtes, cum aſſerunt, oculum diffluere, pellicula occupari, foramen habere, illumque in eo ſtatu reperiri, vt Infantulus terrena luce quoad eum frui-

fruiturus non eſſet? Certè Signa hæc apertè dant intelligere, oculi organum fuiſſe vitiatum, nulla artis ope ſanandum, quotiès enìm in hominis oculo ab ipſa natiuitate organi corruptio contingit, facultas naturæ adimitur illud ad congruum ſtatum reducendi, ſoli Diuinæ Virtuti ea reſeruata, proùt ad rem obſeruat *Zacch. Quæſt. Medic. legal. lib.14. tit.1. quæſt. 8. num.48.* Quamuìs enìm ipſe de perfecta cæcitate agere videatur, attamèn morbi incurabilitatem fundat in organi vitio, quod etiàm præſenti hypotheſi commune eſt. Sic ergo ait = *Affectus autèm oculorum proprius, qui à natura ſit, & qui dicitur Cæcitas, arte medica nunquàm ſanari poteſt, cùm oblaſum ſit ipſum videndi organum in ſua ipſius plaſmatione; ſolus ergo is, qui illum plaſmauit, ad rectum, & ſibi debitum munus reuocare poteſt. Viſus namque organum multis modis deprauari poteſt tam reſpectu principalis partis, quàm reſpectu aliarum huic inſeruientium, qualecumque autèm fuerit, vitium huiuſmodi à natura tolli nequaquàm poteſt.*

Cum ergò ex his morbus omninò eſſet incurabilis, indè ſequitur, longè præſtantiſſimum habendum eſſe ipſum Miraculum, tùm quià in eius implemento Diuinæ placuit Omnipotentiæ beneficium Sanationis in temporis momento impertiri, quando ſubitaneus operandi modus neceſſarius in morbo incurabili non fuiſſet; tùm etiam quia rectus organi vſus à natura denegatus, & naturalitèr recuperatu impoſſibilis, conceſſus fuit; quibus concurrentibus certum eſt, Miraculum reuocari non poſſe in dubium, illudque accenſendum ſecundo Miraculorum generi per ea, quæ tradit *Card. de Lauræa de Miracul. diſput.20. artic.20. num.867., & ſeqq., & præcipuè* 874.

Sextum Signum, ſiuè Miraculum.

Liberationis Catharinæ Knupfflerin à Spiritibus immundis.

Expoſitio Signi, ſiuè Miraculi.

ANna Knupfflerin cum Catharinam Filiam peperiſſet, hanc Muliercula quædam Menta nuncupata, quæ malefica erat, Obſtetricis loco in ipſo partu excipiens, dæmoni deuouit, poſteàque pulte cocto eſui tradito, malo ſpiritui obnoxiam reddidit. Sexennio adhùc non elapſo, ob mulierculæ carcerationem ſecutam de maleficio Mater certior facta, exorciſmis Filiam liberari, opera tamen irrita, curauit. Catharina hinc duodecimo in ætatis anno conſtituta, dum venerandum Chriſti Corpus prima vice ſumeret, malignis ſpiritibus ſe occupatam ſenſit; Diuinam ſiquidèm eſcam degluti-

glutire vix potuit, quam difficultatem ſucceſſinè pluriès experta eſt, cum ipſi eiuſmodi cibus dulcedine, & gratia plenus nauſea fieret, ac vomitus periculum.

Sexto decimo ætatis anno Eremum quamdam Deiparæ dicatam cum adijſſet, interno quodam ligamine præpedita eius lingua, propria peccata in Sacra exomologeſi pandendi impos euaſit; interea nequiſſimi Spiritus grauem in obſeſſa excirarunt tentationem, vt ſibi, Matrique chariſſimæ violentas manus inferret; ipſa verò, vt moleſtia huiuſmodi ſe eximeret, prædictam Eremum ſingulis hebdomadibus frequentare, Sacraque Communione refici conſueuit, quod nihilominùs non ſine perdifficili deglutitione, ac vomitus metu fiebat. Occultas item, & remotas res quandoque manifeſtauit, quæ fuerunt vti tales comprobatæ. Solemnioribus diebus, conſtrictis faucibus, paululum cibi, & potus vix ſumebat, quo per octiduum contenta, nil aliud exindè comedebat, quàm calcem è muris, & arenam è riuis. Nonnullis proptereà naturalibus ei applicatis remedijs; cum hæc non prodeſſent, Religioſi Viri conſilio ijſdem remedijs renunciatis, tota ſpes in Sacrorum Exorciſmorum vſu repoſita eſt; ſed eorum effectus etiam ad Sepulcrum Sancti Caroli Borromæi, quò Puella peregrinationem ſuſcepit, fruſtratus extitit.

Miſerrimo in hoc rerum ſtatu audiens Puella Martyrij, & Miraculorum Serui Dei famam, ſingularem indè hauſit fiduciam ob Martyris meritum propriæ aſſequendæ liberationis; cumque ob id, renitentibus licèt immundis Spiritibus, ac vehementèr, & diuerſimodè in itinere eam vexantibus, Veldkirchium perducta fuiſſet, dæmone adhùc reluctante, Capuccinorum Eccleſiam ingreſſa, ſex deinceps diebus pias preces in Cappella, vbi Serui Dei Cranium eo tempore aſſeruabatur, effudit. Eo autem tempore, tertio nimirum die melius ſe habere cœpit, ligneamque fiſtulam è corpore emiſit; ac tandèm vltimo die omnibus moleſtijs ceſſatis Puella ſe ab omni vexatione liberam, & immunem agnouit, edito etiam à Spiritibus exteriori liberationis Signo per rubiginoſæ Clauis emiſſionem, ſicque ipſa poſtmodùm quieta perſeuerans, propria naturæ munia obire, Sacris intereſſe functionibus, ac præcipuè Corpus Dominicum ritè ſuſcipere potens, planè oſtendit prodigioſam interceſſiſſe liberationem.

Probatio Signi, ſiuè Miraculi.

PRimum Extremum, ſiuè Maleficium ex adminiculis probatur, agitur etenim de re, quæ vtpotè cauſam habens occultam, probari aliundè nequit; cum verò illa plura ſint, inuicem vnita plenam conſtituunt probationem, ad tradita communitèr per *Doctores in cap. Prætereà de Teſtibus*, præcipuè cum ſint manifeſta, & innegabilia; vndè quoad maleficij veritatem dubitationi locus non ſupereſt.

Primò igitùr ſe offert Confeſſio ipſa Mulierculæ, quæ cum carceribus mancipata reperiretur, maleficium occaſione leuandi Prolem recentèr natam à ſe perpetratum manifeſtauit cum ea circumſtantia,

quod

quod Infantem Dæmoni deuouiſſet, ac per pultem coctum in illius corpus malorum Spirituum ingreſſum dari procuraſſet; de huiuſmodi verò Mulierculæ confeſſione, & carceratione teſtantur ipſa Puella de auditu à Matre, *Summario Num.7. §.1.*, & alius Teſtis de publica fama, *ibidèm* §.23.; & horum Teſtium depoſitio ea veriſimilitudine confirmatur, quod Mulieres obſtetricis artem affectantes, maleficijs operam dare aliquandò ſolitæ ſint, vt obſeruat *Martin. del Rio Diſquiſit. Magic. lib.3. quæſt.4. ſect.2.*

Secundò, frequentes, ac immanes corporis agitationes, quæ Puellæ ſexum, ac ætatem excedebant; ſic enim Teſtis LXXXIX. eaſdem agitationes tempore liberationis referens *in Summario Nu.7. §.17.*, de illis ità loquitur == *Tunc crudelitèr exagitare cœperunt* (Dæmones videlicèt) *miſeram illam mulierem, itàut quatuor Viri vix illam continere potuerint* ==, *&* §.19. == *Ego optimè vidi, & aduerti varios, & diros cruciatus, quos miſera illa patiebatur, qui adeò violenti, inconditi, & præter naturales erant, vt meo iudicio, non potuerint eſſe, niſi à Dæmonibus illam obſidentibus* == Teſtis XC. *ibidèm* §.24. narrans diſtinctè alias exagitationes, ſic ait == *Et illa quidèm, vt ego etiam vidi, multotiès à malignis Spiritibus adeò crudelitèr exagitata fuit, vt faciès illius, & collum intantum intumuerit, itàut neque verbum vnicum ampliùs proferre potuerit* ==. Vlterius idem Teſtis alias exagitationes, quas in itinere Veldkirchium verſus, & in Eccleſia Patrum Capuccinorum Puella perpeſſa eſt, quæue Diabolicum furorem præſeferebant, accuratè ſatis exponit. *Ibidèm dicto Nu.7. §.26., & 27.*. Et conſonè ad hæc Teſtis XCI. agens de prædicto itinere ait *ibidèm* §.37. == *Sed vix noſtrum magno cum labore eandem Energumenam in equo collocatam ligauimus, vbi autem in itinere Veldkirchium verſus perueninus ad veterem Ciuitatem, tunc eadem Energumena tantis furijs agitata eſt, vt eam vſque Veldkirchium perduci poſſe planè deſperauerimus. Ipſa enim vincula violentèr diſſoluit, ac rupit, chirothecaſque abiecit, & vix tandèm cum magno labore, & difficultate eam de nouo ligare, & ex vtraque parte continere potuimus. Alij autem, qui tunc miſerrimam hanc Creaturam ſpectarunt, vel clamantem audierunt, territi è via receſſerunt, ſeque Signo Sanctæ Crucis munierunt* ==. Hæ verò Corporis agitationes euidens ſunt Signum dæmoniacæ obſeſſionis, vtì ponderat *Pater Brognol. in Alexiac. Tom.2. diſput.4. Artic.5. de Signis, quibus Malefic., & Obſeſſ. cognoſc. quæſt.2. pagina* 198. *num.*27., *&* 28.

Tertiò, quod Puella ſibi necem inferre vellet, crinium floccos ſibi euelleret, caputue parieti crudeliſſimè allideret, ac ſi ponderoſus malleus muro impingeretur. Sic ait XCI. Teſtis de viſu, & auditu proprio, ac mulieris videntis, *Summario Num.7. §.34., & 36.*, & in aliquibus concordat ipſa Patiens, *ibidèm* §.5., *&* 7., propria verò cædes quomodocunque tentata, dùm alicuius tribulationis, vel perſecutionis cauſa deficit, quem eſſe Spiritibus obnoxium manifeſtè indicat, proùt *idem Pater Brognol.*, ait *vbi ſupra citat. Artic.5. quæſt.1. pag.193. Col.2. in princ. num.1., & pag.195. Col.1. in fin. num.1.*

Quartò, ex quo moleſtiſſima tentatione interimendi Matrem propriam, quam intimè diligebat, diù vexata fuit, proùt ipſa Patiens

 ple-

plenè aſſerit, *Summario dicto Num.7. §.5., & 7.*; quæ ſanè tentatio præſentiam dæmonis in eam patiente arguit, ad tradita per *Patrem Brognol.*; *vbi ſupra quæſt.1. pag. 194. Col.2. num.1.*

Quintò, quia Patiens frequentèr, & ſolemnioribus etiam Feſtis occurrentibus, in gutture inuiſibilitèr conſtringebatur, vt cibis appoſitis ves ci optans non poſſet, calcem tamen è muris, & arenam è riuis comederet, ac in dicta ciborum ſumendorum difficultate pluribus diebus continuaret. Sic omnia hæc ipſa Patiens deponit *in Summario Num.7. §.9.*, & quoad nonnulla conſentit XCI. Teſtis de viſu *in Summario dicto Num.7. §.33.*, ibi == *Spectaui inſupèr ſæpiùs, quod infrà octauum integrum non tantam cibi, ac potus ſumpſerit quantitatem, quanta alicui homini vel pro vna vice ſufficeret, & quidèm paruam illàm quantitatem cibi, ac potus priùs à Patribus Capuccinis benedictam, iiſque perſuadentibus ſumpſit, ego tamen vnà cum alijs domeſticis vidi eamdem, ſumptum cibum, ac potum ſemper euomuiſſe. Nos autem, qui eidem cohabitabamus, nunquàm potuimus illi perſuadere, vt illam refectionem temporalem ſumeret; e contra verò ſpectauimus, & vidimus, quod ipſa Energumena acceptam, & raptam è muris calcem loco ciborum deuorabat; vndè omnes valdè mirabamur, quomodò tamdiù vitam poſſet protrahere* == Et id pro certo Signo dæmoniacæ poſſeſſionis habetur, vt tradit *Pater Brognol. pag.196. Col.1. ante finem.*

Sexto, qua ipſa obſeſſa duodecimum agens annum Panem Angelicum primò ſumptura, illum deglutire vix potuit, quod ſucceſſiuè poſt ſextum decimum ætatis annum contigit etiam cum frequenti Stomachi nauſea, & vomitus periculo, cum Eremum Beatæ Virginis Mariæ frequentaret, quinimmò prima vice, qua illùc ſe contulit, propriæ conſcientiæ labes, ac ſi lingua vinculis foret obſtricta, Sacerdoti in Sacra Exomologeſi pandere ipſi interdictum fuit, proùt deponit, *Summario dicto Num.7. §.4., & 6.*, & aliquatenùs concordat Teſtis XC. de auditu, *ibidèm §.24.*; quibus accedit vehemens renitentia migrandi Veldkirchium, ac ingrediendi Sacram Ædem, vbi Serui Dei Cranium ſeruabatur, quo tempore Spiritus immundi Puellam vehementèr afflixerunt, proùt innuit ipſa Patiens, *dicto Num.7. §.12.*, & Teſtis XCI. de viſu *ibidèm §.38.*, ac deniquè additur; quod Sacro Aduentu recurrente maiori turbulentia, & furore agitabatur, proùt refert Teſtis XCI; *dicto Summario Num.7. §.32., & 35.*; quando autem quis abſquè cauſa rebus ſacris abhorret, ac magìs triſtatur in Vigilijs, & Solemnitatibus Eccleſiæ, id pro dæmoniacæ vexationis ſigno habetur, vt optimè ad rem ponderarunt Auditores Rotæ in Relatione Cauſæ Sancti Caroli Borromæi *in Mirac. XVII. verſ. Rursùs &c.*

Septimò, ex quo remedia per Medicos adhibita pro Puellæ ſanatione fuerunt inutilia, ideoque illi à Religioſo viro, qui exorciſmis illam probauerat, inſinuatum fuit, aliam ineundam eſſe viam, implorationis nimirum cæleſtis Patrocinij; vnde ipſa Energumena peregrinationem ad Diui Caroli Tumulum ſuſcepit. Sic refert Puella ſanata in *Summario dicto num. 7. §. 8.*; eiuſmodi verò medicamentorum inutilitas morbum dæmoniacum oſtendit. *P. Brognol. vbi ſupra pag. 198. col.2. in princ.*; prout etiam ad illius veritatem

di-

dignoſcendam confert periti Sacerdotis Iudicium. *Pignatell. Conſult. Canonic.* 108. *num.* 4. *tom.* 4.

Octauò, quia ipſa Puella de rebus remotis, ac omninò incognitis, quæ tamen effectu poſtea comprobatæ fuerunt, loquebatur, vt aſſerit LXXXIX. Teſtis de proprio auditu, & experientia. *Summario dicto num.* 7. §. 20. Quod ſignum tanquam certum dęmoniacæ obſeſſionis ponderat *P. Brugnol. vbi ſupra pag.* 196. *col.* 1. *ad fin. n.* 5., & admittit etiam *Pignatell. Conſult. Canonic.* 108. *num.* 12. *tom.* 4.

Nonò, eo quod ipſe Dæmon per os Puellæ conqueſtus fuerit, nimium ſe torqueri, ac vri à Seruo Dei, dum ad Cappellam, vbi Cranium illius recondebatur, preces funderentur; proùt de proprio auditu autumat XC. Teſtis *Summario dicto num.* 7. §. 28. & 29., additque hæc ſequentia: *contra quem* (nimirum Dei Seruum) *idcircò nimium indignabatur, & interdum etiam dixit, ſe iam multos ex Socijs amiſiſſe*: Porrò hæc quid indicant, niſi dæmoniaci morbi, ac Martyrij veritatem? Similis Dæmonis confeſſio in *lection.* 3. Officij S. Vitalis Martyris ad diem 28. Aprilis habetur; ibi quippè ex ore Dæmonis dicitur: *Tu me nimium Vitalis Chriſti Martyr incendis*.

Decimò, mirabilis modus, quo è corpore Puellæ duo inſtrumenta Maleficij eiecta fuerunt, alterum videlicèt in lignea fiſtula conſiſtens, de qua loquuntur duo Teſtes oculati XC., & XCI. *Summario numero* 7. §. 29., & 40., & alterum de quo ſermonem habet LXXXIX. Teſtis pariter de viſu, *dicto num.* 7. §. 18. Huiuſmodi verò inſtrumentorum eiectionem plenè comprobare ſæpedictam obſeſſionem, tradit *Martin. del Rio Diſquiſit. Magic. lib.* 3. *quæſt.* 4. *ſect.* 6. *per tot.*; illorum ſiquidem generatio in humano corpore nullam cum eo affinitatem habet, *Pignatell. Conſult. Canonic.* 108. *num.* 5. *tom.* 4., quod admiſerunt etiam Auditores Rotæ in Relatione Cauſæ B. Gregorij X. *in* 9. *Miracul.* §. *fin.* ibi: *Quia euomuit multa, quæ humana natura non patitur*: & Ven. Catharinæ Ricciæ in 3. *Miracul.* §. *Quod igitur, poſt medium*.

Medium Inuocationis, ſiuè Recurſus habiti ad Patrocinium Serui Dei de facto proprio deponit ipſa Puella; vbi enim in *Summario dicto num.* 7. §. 11. retulit, ſe, audita Martyrij, & Miraculorum fama, liberationis conſequendæ P. Fidelis meritis ſpem concepiſſe, immediatè ſubiungit, ſe Veldkirchium perductam fuiſſe, ac ibi commorantem ſic ſe geſſiſſe: *Interea nihilominùs tantam etiam gratiam recepi, vt per ſex illos dies, quibus menſe Ianuarij anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo Veldkirchij ob id verſata fui, tunc pluries mentis meæ compos, & bene mihi præſens orauerim ante Cappellam in Eccleſia Patrum Capuccinorum, in qua Caput dicti Patris Fidelis beatæ memoriæ aſſeruatur, vbi eiuſdem Serui Dei opem, deuotione, qua potui, inuocaui*: *Summ. d. n.* 7. §. 12., & conueniunt in ſubſtantialibus duo Teſtes, qui Puellæ Socij fuerunt in itinere Veldkirchium verſus, deponentes de ſpe liberationis concepta, de itinere, ac de oratione ſimul cum Puella expleta tres, vel quatuor dies in prædicta Cappella, *Summ. d. n.* 7. §. 25. 28. 37., & 39., & alter Teſtis de viſu, qui erat Veldkirchij Senator, *ibid.* §. 15.

Alterum Extremum liberationis habetur ex prædictorum Teſtium depoſitione; ipſa enim Catharina refert, à ſexto ætatis anno, cùm

primum in eius perſona maleficium factum innotuit, propriam liberationem per exorciſmos fruſtrà fuiſſe tentatam *Summ. d. nu.*7. §.2., deindéque poſt ſextum decimum annum pluries ad Eremum B. Mariæ Virginis, ac rurſus Religioſum Ordinis S. Galli in Oppido Roſchachij, necnon Sepulchrum D. Caroli Borromæi adeuntem Sacros ſe exorciſmos admiſiſſe, quæ omnes piæ induſtriæ in irritum ceſſere, *Summ. num.*7. §.4. & 7.; tandem verò cum eadem Catharina Veldkirchium ducta fuiſſet, ibique triduo iam moraretur, & ante præfatam Cappellam Eccleſiæ Patrum Capuccinorum preces funderet, Dęmonum vis imminui cæpit, ac ſimùl primum maleficij inſtrumentum, quod lignea erat fiſtula, redditum eſt, illo è corpore eiuſdem Obſeſſæ emiſſo, proùt de viſu affirmant duo itineris Socij, qui poſtea, liberationis complemento non expectato, Veldkirchio receſſerunt, *Summ. d. num.*7., vbi ſignanter XC. Teſtis §.28. & 29. expoſito acceſſu ad ſæpedictam Cappellam ſubdit: *Quam Orationem ſequentibus diebus Dominico, & Lunæ continuauimus, & quantum ego aduertere potui, quo magis orationem, & deuotionem noſtram continuabamus eò magis Dæmonum vis imminuebatur, itaùt per os Energumenæ loquens Dæmon conquæretur &c., & interdum etiam dixit, ſe iam multos ex Socijs amiſiſſe. Et de facto cum adhuc ante Reliquias dicti Patris Fidelis in eadem Eccleſia Capuccinorum Veldkirchij, & deuotionem noſtram continuaremus &c. mox ceſſante vexamine Diabolus reddidit primum maleficium, fiſtulam ſcilicet ligneam, quæ miro modo à corpore dictæ Catharinæ in Terram cecidit, verumtamen nec dum præfata Catharina plenè libera rèmanſit*: & hiſce, compendioſè loquens, conſentit XCI. Teſtis, *ibidem* §.39. & 40.

Perſeuerans hinc in Oratione præfata Puella, ſexto die ipſius moræ Veldkirchij, qui fuit vigeſimus ſeptimus Ianuarij, plenam liberationem obtinuit, proùt ipſa refert in *Summ. dicto num.*7. §.13. ibi: *Cumque hanc orationem, & deuotionem meam per ſex dies continuaſſem, ecce in ſexto die, qui fuit vigeſimus ſeptimus d. menſis Ianuarij, ſuffragantibus meritis, & interceſſione ſæpedicti Patris Fidelis glorioſæ recordationis, ita curata, & à Dęmonibus liberata effecta fui, vt hactenus, Deo ſint laudes, numquam ampliùs à maledictis Spiritibus, neque in corpore, neque grauibus illis ſupra inſinuatis tentationibus vexata fuerim, ſemper inſuper hactenus quietum capere ſomnum, cibos, potumque ſumere, ſine moleſtia orare, confiteri, ac communicare valui*: Et in omnibus ferè concordat LXXXIX. Teſtis de viſu, qui vlteriùs narrat eiectionem Inſtrumenti ſecundi maleficij in rubiginoſa claui conſiſtentis *Summ. d. num.*7. §.16. & 18. ibi: *Cum enim perſeueraſſet in ſua deuotione, & viſitatione præfatarum Reliquiarum, vſque ad prædictam diem vigeſimam ſeptimam Ianuarij, tunc plenam liberationem mirabiliter conſequuta eſt. Ego tunc præſens aderam, & vidi, quod cum Dæmones, qui eam adhuc obſidebant, nimis torquerentur ob præſentiam Reliquiarum dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis, nec vlteriùs ferre poſſent fidem, & deuotionem inuocantium merita, & patrocinium eiuſdem B. Martyris tunc crudeliter exagitare cæperunt miſeram illam Mulierem, itaùt quatuor viri vix illam continere potuerint. Et ecce mox eadem Catharina Knypſterin*

de.

deformem quamdam, & rubiginoſam clauem eijcere viſa eſt, quę clauis in terram cecidit, & vſque nunc Veldkirchij aſſeruatur, quo facto, ceſſauit omnis vexatio, & eadem Catharina ad ſe reuerſa, veluti reuiuiſcere viſa eſt. Et ſic plenam, & perfectam ſanitatem, ac liberationem conſequuta eſt : & generaliter conſentiunt XC., & XCI. Teſtes de auditu quoad perfectam liberationem, & de viſu quoad perſeuerantiam in ea *Summario dicto num.* 7. §.30. 41., & 42. prout etiam eamdem perſeuerantiam teſtatur ipſamet Puella in *Summar. dicto numer.* 7. §. 13., & Senator Veldkirchienſis de viſu, *ibidem* §. 21.

Ex his autem comperta redditur prodigioſæ liberationis veritas, quid enim concinnius ad illam oſtendendam dari poteſt duobus Teſtibus, qui de viſu contextualiter deponunt de eiectione ligneæ fiſtulæ, quæ primum fuerat maleficij inſtrumentum, ac de extromiſſione aliquorum Spirituum. Quid præterea certius, cum Puella ipſa obtentam liberationem ex moleſtiarum, quas antea experta fuerat, omnimoda ceſſatione, ex plena recuperatione nariuæ libertatis in vſu propriorum ſenſuum, ac applicatione Sacris functionibus, & Sacramentorum perceptione enarrat? Quid denique euidentius, cum alter Teſtis de viſu ipſi Puellæ conſentiens eius liberationem plenè affirmat, ſignumque eiectionis clauis rubiginoſæ, quæ ſecundi maleficij fuerat inſtrumentum, exponit? Porro hæc omnia eò collimant, vt præfatam liberationem vndequaque perfectam demonſtrent. Cæterum pro coronide huius demonſtrationis addere operæ pretium videtur, quod omnes Teſtes in eo etiam conueniunt, quod factum liberationis pro verè miraculoſo habeant, illudque P. Fidelis Interceſſioni vnanimiter tribuant etiam ex fama communi, vt patet in *Summario dicto num.* 7. §. 14. 31., & 43. Quod ſanè ipſam liberationem comprobat, cum aliter hac in re Teſtium concordia ita facilè, prout in caſu, non adeſſet.

Releuantia Signi, ſiue Miraculi.

QVod Energumenorum liberatio Miraculo ſit adſcribenda, quoties ope alicuius Serui Dei implorata, exorciſmorum vſus non interuenit, nemo planè eſt, qui dubitet; vnde ſupradictum Miraculum remanet ſolidiſſimum, & illis, quæ in ſecundi generis claſſe reponuntur, adnumerandum eſt, iuxta Doctrinam *Card. de Lauræa diſput.*20. *de Miracul. artic.*7. *num.*131., & *ſeqq.* Eoque certius cum ſimiles liberationes, leuioribus adhuc circumſtantijs munitas, admiſerint Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum, vt videre eſt in illa S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis in 3. *Mirac. in Vit.*, & S. Caroli Borromæi in 17. *Mirac. poſt mortem*, & in alijs, quæ conſultò omittuntur.

Pro effectu nihilominus, de quo in præſens agitur, ſummoperè ponderanda eſt circumſtantia illa, quod Puella obſeſſa priuſquam meritorum Serui Dei ſuffragio liberationem imperraret, pluribus vſa fuerat medijs ad hunc finem, naturalibus nempe medicamentis, exorciſmis, ijſque reiteratis, Sacrorum locorum viſitatione, præſertim Sepulcri S. Caroli Borromæi, ac frequenti Auguſtiſſimæ

 Eucha-

Euchariſtiæ perceptione, & tamen Diuinæ Prouidentiæ ardenter expetitum beneficium impertiri non placuit. Datum ergo fuit (liceat dicere) meritis Glorioſi Herois, vt liberatio ſub eius patrocinio ſequeretur, eaque ſecuta, veritas inde Martyrij apertiſſimè colligeretur. Sic in Cauſa eiuſdem S. Caroli Auditores S. Rotæ Miraculum liberationis Anaſtaſiæ de Maggis à Spiritibus immundis approbantes hanc ipſam ponderationem in mente habuiſſe videntur; in loco enim Relationis mox citato ita inquiunt = *In caſu propoſito toto tempore triginta quinque annorum, quo Anaſtaſia fuit arreptitia, Diuino Iudicio non fuit liberata per Exorciſtas &c. tum quia in hoc caſu, vt piè credendum eſt, & effectus ſubſecutus demonſtrauit, iſta liberatio in theſauro Diuinæ Prouidentiæ reſeruabatur impetranda per merita Serui Dei Caroli, quod malignus Spiritus apertè indicauit &c.*

Septimum Signum, ſiuè Miraculum.

Repentinæ Sanationis Gaſparis Stigher ab acerbiſſimo, & diuturno Dorſi dolore cum motus læſione.

Expoſitio Signi, ſiuè Miraculi.

GAſpar Stigher ex Oppido Chiſing quinquennij ſpatio grauiſſimis, & continuis doloribus affectus fuit in Dorſo; poſtremis autem tribus annis adeò pertinaces, & vehementes ij ſeſe prodidere, vt infirmus nonniſi maxima cùm difficultate è loco ſe mouere poſſet, lectoque ferè ſemper fixus hæreret; præſertim quinque vltimis hebdomadibus numquam ſe attollere permiſſum ei fuit. Nonnulla ergo prò bona valetudine recuperanda adhibuit medicamenta; cum verò morbi vis inde non remitteret, Serui Dei patrocinium expetiturus ad Eccleſiam Patrum Capuccinorum Veldkirchij proficiſci ſtatuit, quod quidem ingenti cum labore impleuit; in itinere quippè, quod dimidia hora confici poterat, tres horas inſumpſit. Ad Eccleſiam perueniens, enixis precibus obtinuit eius Dorſo applicari Enſem, quo inter cœtera feritatis inſtrumenta in conſtantiſſimi Athletæ cæde Heterodoxi vſi fuerant; expleta verò huiuſmodi applicatione, doloribus è veſtigio infirmus liber euaſit. Quarè intrà horæ dimidium ad propria reuertens eadem die ruſticis operibus manum admouit, poſtmodum ità còntinuans, quod anteà peragere non poterat; idque totum P. Fidelis interceſſioni adſcripſit.

Pro-

Probatio Signi , ſiuè Miraculi .

PRimum Extremum grauis, ac diuturnæ ægritudinis in acerbiſſimo Dorſi dolore conſiſtentis, quæ annos quinque durauerit, cum læſione motus, adeout niſi cum ſumma difficultate Gaſpar ambulare poſſet, proprijſq; ruſticanis operibus exercendis impar factus eſſet, lectoque aſſiduè ferè decumberet, quamuis ipſe vegeta in ætate triginta quinque annorum eſſet conſtitutus, probatur ex Teſtium depoſitione. Sanatus enim refert in *Summar. Num.* 8. §. 1. 3., & 4., ibi = *Eſſer egli medeſimo Gaſpar Stigher da Ghiſing, che tempo fa lo trauagliò vn Dolore eceſſiuo nella Schiena, che li durò per cinque anni intieri &c. era allora di età trentacinque anni in circa, li primi due anni queſta ſua Infermità non l'obligò à ſtare à letto, ſtraſcinandoſi alle volte qualche poco per Caſa con gran ſtento, e l'vltime cinque ſettimane reſtò del tutto inchiodato nel letto dalla ſua Infermita.*

Et Vxor ipſius Sanati plenius exponens morbi grauitatem, ſic teſtatur in *Summario Num.* 8. §. 9., & 11., ibi = *vn tempo fà ſtette ammalato per cinque anni per dolori grandi, che patiua nella Schiena, onde quaſi ſempre reſtò impedito à fare i ſuoi lauori da Contadino, & altre opere di Caſa, obligandolo i ſuoi dolori à ſtarſene à letto &c. potè bensì alle volte vſcire di Caſa ſtraſcinandoſi con grande ſtento à paſſo à paſſo, & allora detto ſuo Marito ſi trouaua in età freſca, e robuſta da trentacinque anni in circa* = quibus etiam conſonat Frater eiuſdem Sanati, qui particulariter de vehementiori ægritudine trium annorum loquitur, *Summar. dicto Num.* 8. §. 14., & 15., conſentitque P. Lucianus Montifontanus Capuccinus, qui morbum, varioſque illius effectus exponens in *Summario dicto Num.* 8. §. 19. ſic inquit = *exindè grauem morbum paſſus quinque annis inutilis ad omnes labores, plerumque etiam lecto affixus decumbebat, tanto tergoris dolore lancinatus, vt ad omnia opera ruſticana, imò ad domeſtica inhabilis euaderet, vndè vicini, & Cognati Eliſabethæ plerumque condolebant, quod matrimonium tam infortunatum haberet; per quinque menſes ea ægritudo tale incrementum ſumpſit, vt lecto defixus hæreret, atquè ingentes dolores, atque puncturas pateretur; ſiquando non nihil melius ſentiret, & ad menſam communem accederet, ſpaſmo, ſeù ſtupore membrorum inuaſus ſeipſum mouere non potuit* =

Quinimmò eiuſdem ægritudinis grauitas certior efficitur eo ipſo, quod licet quibuſdam medicamentis Infirmus ad eam repellendam vſus fuerit, illa nihilominus vel omninò extiterunt inutilia, vel ità modicè profuerunt, vt ſtatim poſteà vis morbi recrudeſceret, ſic diſertè fatentur ipſi Teſtes in *Summario dicto Num.* 8. Sanatus quidem loquens de morbi progreſſu ait *ibidem* §. 2. *Ne trouaua rimedij vmani per leuarſeli, ò almeno ſminuirſeli i Dolori, auendone applicato qualch'vno de' rimedij naturali* =, & paulò infra §. 4., inquit, ſe in principio morbi adhibuiſſe medicamenta, quæ ſubleuamen aliquod attulerint, ibi = *Auerne da principio applicato alcuni rimedij fiſici, ò naturali, che faceua benedire da' Padri Capuccini di Veldkirch, e da eſſi auerne prouato qualche ſollieuo* = Frater ipſius Sanati, *dict. Summar. Num.* 8. §. 15., ibi = *Auerne anche adope-*

rato

rato lo ſpirito, *& Oglio di Ginepro*, *e qualche altro rimedio fiſico*, *e naturale*, *mà ſempre indarno giouandoli nulla* = Vxor Sanati, *ibidem* §. 10.; adeoque morbi pertinacia creuerat, vt ipſe infirmus licet adipiſcendæ liberationis ſpe in applicatione Reliquiæ confortatus ſemel ad Eccleſiam Patrum Capuccinorum Veldkirchij proficiſci tentauerit, præ dolorum tamen acerbitate Domum remeare compulſus fuerit, prout teſtatur P.Lucianus Montifontanus Capuccinus in *Summario dicto Num.* 8. §.20.; aliâ verò vice profectione reſumpta, quæ dimidiæ horæ iter tantum requirebat, non breuiori interuallo, quam trium horarum illam conficere potuit, prout concludunt Teſtes in *Summar.Num.*8. Sanatus §. 6., eius Vxor de auditu à Viro *ibidem* §.12., Frater *ibidem* §.16.P.Lucianus, *ibidem* §.20., maius enim hoc incommodum tardiſſimę, ac difficillimæ deambulationis ingeſſit ipſi morbi acerbiſſima qualitas.

Medium Inuocationis, ſiue recurſus habiti ad patrocinium Serui Dei vberrimè deſumitur ex Dicto ipſius Sanati, qui de facto proprio refert ſe Veldkirchium adijſſe, ibique in Eccleſia Patrum Capuccinorum proprio eius Dorſo applicatum fuiſſe prænotatum Enſem *Summario dicto Num.*8.§.7., & confirmant alij Teſtes *ibidem* §.13., & 17., præcipuè P. Lucianus, qui tunc Cœnobij Veldkirchienſis Capuccinorum Præfectum agens, applicationem prædicti Enſis factam fuiſſe ità enarrat, *ibidem* §. 21., ibi = *tandem Veldkirchij appulſus ſeſe inſinuauit*; *cùm autèm ego Frater Lucianus tunc Guardianus audiuiſſem in antiquis huius Serui Dei Proceſſibus aliquot tergoris dolorem preſſos ſanatos euaſiſſe, poſtquam Gladius eidem fuiſſet applicatus*, *quo Pater Fidelis Martyr peremptus eſſe creditur*; *hinc idem etiàm Gladius dicto Gaſparo fuit applicatus* =

Alterum inſtantaneæ Sanationis Extremum reſultat ex eo, quod poſt factam eiuſdem Enſis applicationem illicò dolores in Gaſpare ceſſarunt. Ipſe veritatem hanc patefacit, enarrata enim prædicti enſis applicatione ſubdit in *Summar. dict.Num.* 8. §.8. = *Et immediatamente ceſſarono i Dolori*, *e doppo ſentita la Santa Meſſa ritornò ſano*, *e forte à Caſa ſua*, *oue arriuò più preſto di vna mezz'ora* = ac ita ſanitate recuperata eadem die ruſticis operibus incubuit, prout ipſemet proſequitur, *ibidem* = *Non contento di ciò volſe ancora quel dì vſcire al ſuo Campo di Ghiſing*, *e fare l'opera da Contadino*, *come poi continuò* =, & Pater Lucianus hiſce conſentiens inquit, *ibidem* §.21. = *Hinc idem etiam Gladius dicto Gaſpari fuit applicatus*, *cuius ea fuit fides*, *Deique Gratia*, *vt iſte ſeſe alleuiatum ſentiret*, *prout ſua deuotione peracta facillimè Domum redijt cum maxima conſolatione Vxoris*, *quæ altero die*, *ideſt* 20. *Iunij ad Capuccinos Veldkirchium redijt gratias maximas referendo*, *& quod Maritus poſt tot annorum Infirmitatem ſanus*, *& incolumis Domum venerit*. *Hæc ipſa à Capuccinis Domum reuertens*, *Virum in Agro laborantem inuenit* =

Eamdemque Sanationem corroborat Gaſparis Vxor, quæ perneceſsè illum ſanum & incolumem effectum vidit, *ibid.* §.13. referens, = *Et immediatamente li paſſarono i Dolori*, *e l'infermità*, *onde ritornò à Caſa ſua in pochiſſimo tempo*, *e così preſto*, *e più di qualſiſia Vomo robuſto*, *e ſano con merauiglia di tutti* =, & Frater ipſius Sanati de auditu ab eodem Gaſpare, *ibidem* §.17., ait = *Eſſerne reſtato immantinente libero d'ogni Dolore in modo*, *che ritornò à Caſa ſua in me-*

no di mez'ora ſenza incommodo, e trauaglio alcuno, e ciò auerne inteſo da ſuo fratello medeſimo, che ringraziaua di cuore Dio, & il Beato Padre Fedele per la ricuperata ſanità = & poſtea ſubdit de viſu = *E dice eſſo Teſtimonio d'auerlo incontrato il dì medeſimo ſano, e robuſto &c.* = Quarè omnes, qui hoc inſigne prodigium viderunt, in admirationem rapti, illud in P. Fidelis patrocinium retulerunt, vt pleno ore affirmant Teſtes in *Summ. d.Num.*8. §.8.13.17.18. & 22.

Releuantia Signi, ſiue Miraculi.

ADeò certum in caſu habendum eſt Miraculi pondus, vt de hoc nullatenus ambigi queat. Res enim eſt de inſtantanea Sanatione admiſſa in morbo, qui licet in principio curatione forsàn facilis fuiſſet, nihilominùs cum quinque annos deinceps pertinaciſſimè perſtitiſſet, ne leuiſſimam quidem fauſti aliquid ſperandi anſam relinquebat. Quamobrem cùm ſanatio momento temporis abſoluta fuerit, innegabilis redditur Miraculi veritas; cum in morbis, qui curam admittunt, momentanea Sanitatis reſtitutio Miraculum oſtendat iuxta ea, quæ ſupra dicta fuerunt in 4. & 5. Miraculo.

Epilogus.

HVcuſque deducta in præſenti Informatione indigitant, quàm glorioſus in conſpectu Domini ſit fortiſſimus Martyr; patentiſſima enim videntur Miracula, quæ illius meritis, ac interceſſione Altiſſimus operari dignatus eſt; hæc autem ſi cumulentur ijs, quę ſuper Martyrio, & eius cauſa plenè fuerunt expoſita tàm in Informatione bon. mem. Frigdiani Caſtagnorij, quàm in poſtrema Reſponſione Facti, & Iuris, planum erit, BEATISSIME PATER, vt horum omnium ſubſiſtentia, & pondere perpenſis, ſupremum de vultu tuo prodeat Judicium, quo infallibiliter declaretur = *Conſtare de Martyrio, eiuſque Cauſa, & de Signis, ſeù Miraculis* = ſpecialiter exprimendis, proùt humiliter ſupplicatur.

Quarè &c.

Jo. Franchelluccius Patronus Cauſ. Sac. Palatij Apoſtolici.

REVISA

Jo. Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

Digitized by Google

Conſtantien., ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis

SIVE

Declarationis Martyrij

VEN. SERVI DEI

FR. FIDELIS

A SIGMARINGA

Sacerdotis Profeſſi Ordinis S. Franciſci Capuccinorum primi ex Miſſionarijs Sacræ Congregationis de Propaganda Fide ab Hæreticis in odium Fidei interempti.

SUMMARIUM

SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, necnon de Signis, ſeù Miraculis in caſu, de quo agitur.

Beatiſsimo Padre.

Eſſendoſi propoſta nella Congregazione preparatoria de' Sagri Riti tenuta li 18. Giugno proſſimo paſſato la Cauſa della Beatificazione, e Canonizatione, ò ſia Dichiarazione del Martirio del Ven. Seruo di Dio Padre Fedele da Sigmaringa dell'Ordine de' Padri Capuccini di S. Franceſco, ſi crede per quanto ſi è potuto penetrare, che la medeſima Cauſa ſtante la plura-

Num. 1. Supplex Libellus SS. D. N. porrectus prò habenda facultate accumulandi Dubiũ ſuper Signis, ſeù Miraculis cum reſcripto, in manibus Emi Ponentis.

lità

lità de' Voti fauoreuoli, poſſa conſeguire ogni più bramato compimento.

Per tanto ſicome ſi tratta di Cauſa di Martire, che ſecondo lo ſtile inueterato della Santa Sede ſollecitamente deue ſpedirſi, ed in altre ſimili Cauſe ben note ſi è praticato di vnirſi alla diſcuſſione del Dubbio = *An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij* = l'eſame dell'altro Dubbio = *An conſtet de Signis, ſeù Miraculis*, = così il P. Maſſimiliano dà Wanghena dell'Ordine ſudetto, e Poſtulatore ſpecialmente deputato in eſſa Cauſa, Oratore vmiliſſimo di Voſtra Santità con tutto l'oſſequio la ſupplica degnatſi di far godere al predetto Seruo di Dio la prerogatiua, che può meritare la di lui coſtanza dimoſtrata nel patire generoſamente la morte in difeſa della Religione Cattolica, e perciò concedere la facoltà, che nelle Congregazioni, che in auuenire ſi faranno nella ſua Cauſa, poſſano inſieme diſcuterſi li ſudetti due Dubbij, cioè ſopra il Martirio, e ſopra i Segni, ò Miracoli. Che &c.

Foris =

Alla Santità di Noſtro Signore Papa Benedetto XIII. = *Monſignore Arciueſcouo di Teodoſia ne parli* = Per il Padre Maſſimiliano da Wanghena Capuccino, e Poſtulatore della Cauſa del Venerabile Seruo di Dio P. Fedele da Sigmaringa.

Reſcriptum.

Ex Audientia Sanctiſſimi habita die 13. Auguſti 1726. = *Sanctiſſimus benignè annuit, vt vna cum Dubio ſuper Martyrio, & Cauſa Martyrij aliud contemporaneè proponatur ſuper Signis, & Miraculis.*

Proſper de Lambertinis Archiepiſcopus Theodoſiæ, & Fidei Promotor.

Num. 2. Primum Signum, ſiuè Miraculū extinctionis Incendij Arcis Maienfeldæ ſtatim poſt inuocatam S.D. opem ſecutæ.

EX PROCESSV CVRIENSI APOSTOLICO.

VI. *Teſtis Admodum Reu. Dominus Ioannes Georgeus Sachs Sacerdos Veldkirchienſis ætatis annorum 35. Super 30. Artic. Proc. fol. 166. ter. dixit.*

§. 1. *Fama communis de miraculoſa præſeruatione Arcis Maienfeldenſis, dum in Ciuitate Corpus S.D. conſeruabatur.*

Quod Turris, ſiuè Arx Meyenfeldenſis in Conflagratione totius Oppidi per Interceſſionem eiuſdem Patris Fidelis, cuius ibidem tunc Corpus aſſeruabatur, fuerit præſeruata prò manifeſto Miraculo recepto, de hoc ipſo eſt communis vox, & fama, & publicum, & notorium.

XXV. *Teſtis Nobilis, & Strenuus Dominus Ioannes Macharius Capitaneus Veldkirchij ætatis annorum 28. Super 24. Artic. Proc. fol. 223. dixit.*

§. 2. *Ligneum Arcis munimentum, ac conflagrare cœperat.*

Incendium Mayenfeldenſe, quod ſpectat, ipſemet vidi, quod ligneum monimentum propè Arcis Turrim ſituatum, in qua multa vaſa pulueris tormentarij fuerunt, conflagrare

§. 3. *In Arce multa vaſa pulueris tormentarij plena.*

cœperit, & flammarum globi de facto iam Turrim corripuerint, quod periculum cùm Belli Dux de Sultz vidiſſet,

ipſe

ipſe percutiendo pectus ſuum dixit, *nunc ego ſperabo, & ſpero, quod ſi Pater Fidelis coram Deo Sanctus exiſtit Martyr, tunc illum apud Deum, & Beatiſſimam Virginem tantùm impetraturum eſſe, vt ad minimum munitio ſaluata, & præſeruata remanſura ſit*. Et hoc de benefato Domino Copiarum Præfecto ipſemet vidi, & audiui.

§. 4. *Inuocatio Martyris facta per Ducem exercitus.* De viſu, & auditu.

Neque minus etiam, quod ſtatim, ac ſubitò flammæ à Turre recesſerint, & inopinato à vento, qui exortus fuerat, in aliam partem depulſæ fuerint, quo facto, Turris ſalua permanſit; cæterùm qualitèr, & quomodò puluis in prædictam patentem Turrim collocatus fuerit; Ego ipſe quidem non vidi, ſed benè ex alijs, itaùt hic articulatum eſt, intellexi, & hanc præſeruationem ego cum omni Soldateſca euidens eſſe Miraculum cenſuimus, ſicuti etiam, quod communis fama de Sanctitate Patris Fidelis ſit, & quod ipſe verus Martyr coram Deo exiſtat.

§. 5. *Inſtantanea flammarũ retroceſſio.*

§. 6. *Pulueris exiſtentia in Turri.*

§. 7. *Præſeruatio ab incendio communiter Miraculo adſcripta.*

XLIV. *Teſtis Nobilis, & Strenuus Dominus Michael ab Alttmanshauſen Locumtenens Ducis Belli ætatis annorum* 51. *Super* 5. *Artic. Proc. fol.* 281. *tergo dixit.*

Ego quantum ad meam perſonam ipſum Patrem Fidelem eò adhùc magis prò Sancto Viro, ac Martyre Dei habeo, cùm finalitèr cenſeam, quod Caſtri, ac Turris à diſruptione, ac ruina præſeruatio, poſt Deum tantùm patrocinio Patris Fidelis attribuenda ſit; cum enim adhùc partim durante Incendio Mayenfeldam, ad Dominum meum Belli Ducem Comitem de Sultz veniſſem, mihi fuſiùs retulit, qualitèr in extremo periculo Deum inuocauerit, vti per ſuffragia huius Sancti Viri, ſe, ſuoſque milites conſeruare, & ignem à Caſtro, ac Turri pulueraria auertere velit, & quod exindè quamprimùm ventus verſus locum Steig ſeſe verterit; qua de cauſa non ſolùm dictus Dominus Copiarum Præfectus, verùm etiam ego, ac omnes pariter ipſum Patrem Fidelem prò Sancto Viro, ac Martyre Dei proclamauimus. Recordor etiàm me audiuiſſe, tùm à prædicto Domino Belli Duce de Sultz, tùm etiam ab alijs, qui ipſimet viderant, quod infrà, & iuxtà ſparſos pulueres in præfata Arcis Turri accenſæ ſcandulæ, & ſimilia reperta ſint: Et tamen per Miraculum pulueres non incendebantur.

§. 8. *Dicta præſeruatio Martyris patrocinio tributa.*

§. 9. *Succincta miraculi enarratio.*

§. 10. *Scandulæ candentes ſuper puluerem tormentarium repertæ.*

LIV. *Teſtis Dominus Ioannes Rodulph Pludentinus ætatis annorum* 25. *Super* 5. *Artic. Proc. fol.* 321. *tergo dixit.*

De auditu à militibus.

Deniquè quandò Ciuitas Mayenfeldenſis incendio correpta fuit, ac Turris, in qua multum erat pulueris tormentarij, in maximo fuit conflagrationis periculo, tunc ego ipſe audiui Milites ibidèm exiſtentes Patrem Fidelem, cuius nempè Cadauer ibidèm repoſitum erat, prò auxilio inclamaſſe, moxque ventum aliàs validum, qui verſùs Turrim ferebatur, ſeſe conuertiſſe, & aliorsùm ſpiraſſe, adeout conſeruatio prædictæ Turris, & ſuperſtitum ædium in dicta Ciuitate eius ſuffragio attributa fuerit.

§. 11. *Series miraculi adſcripti patrocinio Serui Dei, cuius corpus in Ciuitate Maienfeldenſi ſeruabatur.*

LXII. *Teſtis Dominus Iacobus Chriſtophorus Schollinger Oenipontinus ætatis annorum 38. Super 5. Artic. Proc. fol. 337. ter-gb dixit.*

De auditu à pluribus militibus.

§. 12.
Series eiuſdem miraculi.

Quomodò Incendium in Oppido Mayenfeld excitatum, nulla ratione, vel vi reſtringi potuerit, & poſtquam illud Turrim etiam arripuit, tunc Belli Dux Comes de Sultz Inuocauerit Patrem Fidelem, & hoc facto, ventus vehemens de repentè retrò flauerit, & hoc modo Caſtrum cùm munitione militari conſeruatum fuerit; hoc à multis militibus Sultzianis tamquam verum, & certum audiui.

EX PROCESSV CONSTANTIENSI APOSTOLICO.

V. *Teſtis Nobilis, & Strenuus Dominus Capitaneus Iacobus Staiger Vranienſis ætatis annorum 60. Super 30. Artic. Proc. fol. 152. dixit.*

De viſu.

§. 13.
Qualitas incendij Ciuitatis Maienfeldenſis.

§. 14.
Manifeſtum Arcis periculum occaſione eiuſdem Incendij.

§. 15.
Retroceſſio inſtantanea venti.

§. 16.
Iudicium teſtis, & communis opinio quoad veritatem miraculi S.D. adſcripti.

§. 17.
Illius corpus tunc temporis Maienfeldæ conſeruabatur.

Cauſa ſcientiæ de viſu, & propria experientia.

Incendium, ac deflagrationem Ciuitatis Meyenfeldenſis, quod ſpectat, æſtimo incendium illud per incuriam militum excitatum fuiſſe, & quidem adeò magnum, & horrendum illud erat incendium, vt Ciuitas Mayenfeldenſis infrà ſpatium vnius horæ, excepta Arce, in cineres, ac fauillas redacta ſit. Et quamuis ventus valdè vehemens, ac importunus ardentes ſcandulas, ſeù aſſulas cum ſcintillis ignium vndique in Arcem comportauerit, imò, & ſuprà diſperſos hincindè in terra pulueres ipſos tormentarios proiecerit, quandoquidèm in eadem Arce, ac Turri aliquot centena pulueris tormentarij pondera collocata permanebant, & quià pridiè militibus cuique portio pulueris diſtributa fuerat, in efferendo plures hincindè pulueres in terram ceciderant, attamen accenſi pulueres non fuerint, ventuſque inſuper ſubitò ab Arce, ſeù Caſtro in aduerſam ſeſe conuerterit partem, firmitèr cenſeo, atquè æſtimo ſæpiùs repetitum Caſtrum non ſine magno, ac ſupernaturali Miraculo, & quidem vti erat communis opinio, & fama omnium militum, per Interceſſionem dicti Beati Patris Fidelis (cuius Corpus è domo Gugelbergeri exportatum fuit) conſeruatum eſſe: inſinuatum incendium, non ſolúm proprijs ſpectaui oculis; verùm etiam ingreſſus ſum prædictam Arcem, in qua munitio militaris totius aſſeruabatur Regimenti, vt ſi poſſibile foret, à flammarum globis, deflagrationeque quantum valerem, eam tuerer, atquè defenderem.

§. 18.
Status ignis in loco vbi ſeruabatur puluis.

§. 19.
Magnus timor teſtis ob eumdem ignis ſtatum.

Poſtquam verò Magiſter Armamentarij mihi oſtendit, & ego ipſe vidi, imò ſuperaccenſas ſcandulas, ſeù aſſulas, ſcintillaſque ignium, quæ ſupra ſparſos hincindè pulueres, & ipſa vaſa tormentarij pulueris ceciderant, inceſſi, pedibuſque conculcaui, tantus horror, ac timor me inuaſit, vt per aliquod ſpatium temporis in Cellarium quoddam, ſeù fornicem infrà terram me abdiderim, opinabar enim, quod ſi puluis tormentarius accenderetur, Caſtrum ab igne in

aera

aera leuandum fore, meque ſaluum remanſurum eſſe. Poſtquam autem ventus ille vehemens ſubito in aduerſam partem ab Arce ſe conuerterat; tunc Miraculo confortatus, è cellario rursùm egreſſus fui.

EX PROCESSV MEDIOLANENSI APOSTOLICO.

II. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Columnellus Aloyſius Baldiron Tridentinus ætatis annorum 46. Super 28. Artic. Proc. fol. 97. tergo dixit.*

De auditu à videntibus, & de viſu reſpectiuè.

Io hò ſentito dire, che Noſtro Signore hà fatto Miracoli per li meriti, & Interceſſione di detto Beato Martire, ſingolarmente quando ſi abbrugiò la Città di Mayenfelda, nel qual tempo, ſe bene io non ero preſente, ad ogni modo inteſi quello, che paſsò, & il Signor Conte di Sultz di bocca propria mi riferì, che quando vidde, che l'incendio portato dal vento arriuò al Caſtello di detta Città, e già cominciaua ad abbrugiarlo, allora preuedendo eſſo Signor Conte quanto gran danno ſarebbe, ne potendo rimediarſi in altro modo, fece orazione à Dio, acciò per i meriti di detto Martire foſſe liberato il Caſtello, e preſeruata la monizione, e fatta l'Oratione, ſi riuoltò il vento, che portaua il fuoco, altroue, e così reſtò ſaluo il Caſtello con la monizione; queſto ſuccedè l'anno mille ſeicento ventidue d'Ottobre, quando poi il Signor Conte ſi leuò con la ſua gente dalla Campagna, e ſi ritirò al Gouerno in Coira, io mi ritirai, & andai ad alloggiare in detto Caſtello di Mayenfelda, & iui rimaſi ſino alli dicidotto di Decembre dell'anno ſteſſo, & in queſto tempo viddi, come veramente il fuoco aueua già cominciato ad abbrugiare il Caſtello, e ſingolarmente due riuellini fatti di legno, e terra, di più in detto tempo ragionando col Bombardiero del Caſtello, mi diſſe, che nel tempo del ſudetto Incendio egli ſi ritrouò nel Caſtello, e quantunque ſi affaticaſſe di rimediare al fuoco, acciò non daſſe nella poluere, e l'incendeſſe, ad ogni modo non potè impedirlo, e che cadérono più volte delle fauille, e bragia acceſa anche ſopra l'iſteſſa poluere diſperſa nel pauimento, e che ad ogni modo mai non ſi attaccò fuoco, e queſto egli riputaua gran Miracolo, perche biſognaua, che ſi abbrugiaſſe, e per eſſer la monizione in quantità tale, era forza, che tutto il Caſtello andaſſe in aria; con l'occaſione, che iò andai à viſitare, e leuar buona parte di quella monizione, il ſudetto Bombardiere mi raccontò, e moſtrò doue caſcaua il fuoco, tanto ſopra li Barili, come anco in terra, doue era piena di poluere ſparſa. e tuttauia per grazia di Sua Diuina Maeſtà, e per li preghi, che teneuamo per certo, che aueua fatti il buon Martire, miracoloſamente ſi ſaluò detta monizione con tutto il Caſtello immoleſtato.

§.20. *Status incendij Ciuitatis, & inuocatio patrocinij S.D.*

§.21. *Inſtantanea ignis retroceſſio, & tempus miraculi.*

§.22. *Teſtis vidit reliquias combuſtionis Caſtri.*

§.23. *Tempore incendij ſuper puluerem tormentarium prunæ cecidere.*

§.24. *Præſeruatio miraculo adſcripta.*

§.25. *Caſus prunarum ignis vt ſupra.*

§.26. *Præſeruatio S. D. interceſſioni tributa.*

III. *Te-*

De auditu.

III. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Ioachimus Columna Baroſelſij Tyrolenſis ætatis annorum 30. ſuper 28. Artic. Proc. fol. 118. dixit.*

§. 27.
Miraculum præſeruationis Caſtri.

Da molte perſone Io hò inteſo raccontare, come Noſtro Signore fà molti Miracoli per li meriti di detto Beato Martire; nominatamente hò ſentito dire del Miracolo, che ſuccedè in Mayenfelda, quando fù liberato il Caſtello con la monizione, che non abbrugiaſſe.

De viſu, & auditu à videntibus reſpectiuè.

V. *Teſtis Perilluſtris Dominus Alphonſus Vareſius Mediolanenſis ætatis annorum 26. ſuper 28. Artic. Proc. fol. 130. in fine dixit.*

§. 28.
Incendium Ciuitatis Maienfeldenſis, illiuſque tempus præciſum.

L'altro Miracolo ſuccedè l'anno ſteſſo mille ſeicento ventidue doppo la metà di Ottobre, nel qual tempo circa la mezza notte ſi attaccò fuoco nella Città ſudetta di Mayenfelda. Staua allora in Mayenfelda il ſudetto Signor Conte di Sultz, & io con l'Eſercito ero fuori della Città accampato, e quella notte toccò à me, & alla Compagnia mia eſſere di guardia. Subito adunque, che Io viddi l'Incendio, mi poſi all'ordine per combattere, ſtimando, che quello foſſe ſtrattagemma dell'inimico, frà puoco ſoprauennne il ſudetto Signor Conte noſtro Generale, commandando, che tutti foſſero in ordinanza per combattere, poi ritornò verſo la Città; io viddi allora, che il vento, quale era vehementiſſimo, in vn tratto ſparſe l'Incendio per tutta la Città, dimodochè ſi abbrugiaua irremediabilmente. Viddi in oltre, che l'iſteſſo vento portaua il fuoco verſo la parte del Caſtello, in cui ſtaua la monizione, e la noſtra ritirata; & allora ſopraucenne il noſtro Sargente Maggiore per nome il Signor Felice Onelli, il quale mi diſſe, ſe non ci aiuta il noſtro Beato Martire Fedele, noi ſiamo tutti ſpediti, e ſubito contrapaſsò; frà poco ritornò dicendo: Horsù il Beato noſtro Martire ci hà aiutato, il vento ſi è riuoltato, & il Caſtello con la monizione è ſaluato per miracolo. Il giorno ſeguente inſieme con detto Signor Onelli io andai al Caſtello, e viddi, che veramente il fuoco aueua cominciato ad abbrugiare in più luoghi la Fortezza, entrai dentro nel Torrione iſteſſo, doue ſtaua la monizione, & alzando gli occhi viddi, che l'incendio aueua in più luoghi abbrugiato il Cielo iſteſſo di quella ſtanza del Torrione, doue ſtaua la Poluere da monizione di guerra, anzi guardando Io meglio, viddi, che tuttauia il fuoco ſi ritrouaua anco acceſo nel reſtante di quei legni, che ſtauano nel cielo di detta ſtanza, e procurai, che ſi ammorzaſſe del tutto, e con tale occaſione vn Capitano, che nel tempo dell'Incendio era reſtato nel Caſtello, mi moſtrò il luogo, doue le bragie acceſe erano cadute, ſopra non ſolo de' Barili, mà anche dell'altra Poluere ſparſa per terra in molta quantità, e mi diſſe, che egli aueua veduto le bragie acceſe cadute, e fermate ſopra la poluere, e che ad ogni modo non ſi abbrugiò: queſto medemo mi fù confermato, e dal ſudetto Signor Onelli, e da altri, e queſto Miracolo fù tanto euiden-

§. 29.
Venti vehementia in prædicto incendio.

§. 30.
Impetus venti poſt incenſam Ciuitatem ignem verſùs Caſtrum ferebat.

§. 31.
Venti mutatio Martyri tributa, & miraculoſa Caſtri præſeruatio.

§. 32.
Aliquæ partes Caſtri comburi cepta, & ſignanter contignatio ipſa Cellæ, vbi pulnis ſeruabatur.

§. 33.
Duratio combuſtionis in eadem contignationem.

§. 34.
Caſus ignis ſupra puluerem tormentarium tempore incendij, abſque illius combuſtione.

dente, che niuno di noi potè dubitare: la maniera poi del Miracolo fù, che quando l'Incendio era portato nel Caſtello, e già ſi abbrugiaua, allora ſingolarmente il detto Signor Conte di Sultz fece Orazione, pregando Dio, *che ſe il ſudetto Padre Fedele Cappuccino era quel vero, e Santo Martire, che noi tutti credeuamo, adeſſo per li meriti, & interceſſione di lui liberaſſe il Caſtello, e la monizione da quell' Incendio, e ſubito fatta quella Orazione, ſi riuoltò il vento, e portaua il fuoco per altra parte*, e ſe bene le fauille, e le bragie acceſe, abbrugiato già il cielo della ſtanza, cadeuano ſopra la monizione, ad ogni modo per i meriti di eſſo Beato Martire non ſi abbrugiaua la Poluere, e tutto queſto Io lo ſeppi allora, e vi era nell' Eſercito noſtro ſama publica. Per queſto nuouo Miracolo crebbe molto più la Deuozione verſo di queſto Beato Martire; ſicchè li Soldati quando poi ſi fece la traslazione del Sagro Corpo in Coira, l'accompagnarono, ſiccome era in fatti, per Reliquia di vero, e Santo Martire.

§. 35. *Euidens miraculum, & eius modus cum inuocatione S.D.*

§. 36. *Fama publica penes exercitum quoad miraculum.*

§. 37. *Hinc aſſociatio Corporis S. D. per milites facta in illius translatione.*

VII. *Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Aloyſius de Sultz Sacri Rom. Imp. Comes &c. ætatis annorum* 40. *ſuper* 30. *Artic. Proc. fol.*170. *dixit*.

De viſu, ex propria experientia.

Quando cominciò l'Incendio della Città di Mayenfelda, allora di ſubito io vſcij della ſteſſa Città, & ordinai le genti mie per combattere, temendo, che gli Eretici aueſſero fatto l'Incendio per noſtra ruina; ordinati li Squadroni, ritornai nella Città, & era il fuoco acceſo di modo, che già cadeuano i balconi, & entrai nella mia Caſa, e trouai, che ella abbrugiaua, mi ricordai del Corpo del Beato Martire, vſcij di nuouo per cercare aiuto, e ritrouai due Soldati, con li quali portai il ſudetto Corpo in luogo ſicuro dal fuoco, ritornai fuori della Città per riuedere i Soldati. In queſto viaggio Io viddi, che il fuoco portato dal vento entrò nel Caſtello, & vſciuano alcuni Soldati per timore di abbrugiarui dentro, allora io domandai, e commandai à i Soldati, che veniſſero, & ammorzaſſero il fuoco del Caſtello, mà ne pure vno volle obedire, perche il fuoco già brugiaua il Caſtello dà molte parti, e ſingolarmente perche il fuoco cadeua giù doue ſtaua la Poluere; vedendo Io la coſa diſperata, e che preſto ſi ſarebbe abbrugiata la monizione, e ſolleuato in aria il Caſtello, mi ritirai dà lungi, e rimirauo il Caſtello con grande afflizione di cuore, perche perdendoſi quella Fortezza con la monizione, Io mi teneuo perſo con tutto l'Eſercito.

§. 38. *Status incendij prædicta Ciuitatis.*

§. 39. *Translatio Corporis S. D. in locum tutum.*

§. 40. *Penetratio ignis in Caſtrum, & huius combuſtio pluribus in locis, præcipue vbi erat puluis.*

In queſta afflizione mi ricordai del B. Padre Fedele; onde riuolto à Dio con tutto il cuore, così pregai, e feci Orazione, dicendo; *O Signore Iddio, ſe il Padre Fedele è veramente Santo, fate, che per li meriti di lui reſti libero il Caſtello, con la monizione*; così orai, e ſotto à quel nome di Santo, io intendeuo, ſe il Padre Fedele, ammazzato dagli Eretici, è ſtato nella ſua morte vn vero, e Santo Martire, perche Io mi ricordauo di lui, come di quegli, ch'era morto per la

§. 41. *Inuocatio patrocinij S. D. tamquam Martyris.*

Noſtra

Noſtra Santa Cattolica Romana Fede, e ſe ciò non foſſe ſtato, cioè, che egli foſſe morto per la Fede, io in quel punto non l'auerei inuocato; fatta dunque queſta Orazione, ſubito ſi riuoltò il vento, in modo, che doue prima portaua il fuoco nel Caſtello, così di ſubito per contrario lo portaua fuori; quando io viddi queſto, ſubito mi rallegrai, e giudicai, che il Martire foſſe in mio aiuto, e mi aueſſe da Dio impetrata la domandata grazia: con queſta fede io commandai alli Soldati, che veniſſero, ed entraſſero nel Caſtello ad ammorzare il fuoco, i quali ſubito vennero, e ſtimo, che queſto foſſe nuouo Miracolo, perchè li Soldati prima non mi aueuano vbidito, nè voleuano venire. Entrati li Soldati nel Caſtello, ſi ritrouò; che le Bragie acceſe erano cadute nel luogo della monizione. In queſto luogo ſi ritrouauano circa quaranta Barili di poluere, e il giorno auanti ſi era diſtribuita la monizione a' Soldati, e nel pauimento di detto luogo ſi era ſparſa tanta poluere, che in molti luoghi, e ſpeſſi vi era vn dito alta: ſopra queſta poluere ſtauano le bragie acceſe, ad ogni modo il Guardiano della monizione ſopra la poluere iſteſſa, vi ammorzò le bragie ſenza leſione, e fù preſeruata la monizione tutta. Queſto delle bragie acceſe cadute ſopra la detta poluere, e dell'auerui ſopra ammorzato il fuoco, me lo riferì di bocca propria lo ſteſſo Guardiano, che vidde, & operò come hò detto. Da poi atteſero i Soldati à coprire la Poluere con vna Coltre inumidita, & ad ammorzare il fuoco nel Caſtello, preſeruato da quel grande Incendio. Io hò ſempre riputato queſto per gran Miracolo, & adeſſo nuouamente proteſto, e confeſſo, che ſenza Miracolo non era poſſibile di ſaluare il Caſtello, e molto meno la monizione: per lo che di nuouo riconoſco queſta grazia per vero, e ſegnalato Miracolo, operato da Dio per i meriti, & Interceſſione di detto Beato Martire Fedele. Queſto auuenne l'anno milleſeicento ventidue, adì ventuno d'Ottobre auanti la naſcita del Sole.

§.42. *Completa inuocatione ſtatim ventus in oppoſitam partem inclinauit.*

§.43. *Prunæ ceciderant ſuper locum pulueris tormentarij.*

§.44. *Quantitas eiuſdem pulueris, & modus, quo retinebatur.*

§.45. *Super eadem puluere poſita erant prunæ.*

§.46. *Operatio huius Miraculi S.D. meritis adſcripta.*

§.47. *Tempus, quo euenit idem miraculum.*

De viſu, & auditu reſpectiuè.

IX. *Teſtis Dominus Ioannes Miller Scriba in Coborte Capitanei &c. ætatis annorum* 28. *ſuper* 30. *Artic. Proc. fol.*199. *in fine dixit.*

§.48. *Incendij Ciuitatis Maienfeldæ tempus, & ſeries.*

§.49. *Incendium in Caſtrum dictæ Ciuitatis a vento ferebatur.*

§.50. *Penetratio ignis in Caſtrum, vbi erat pulſuis tormentarius.*

Cum Exercitus noſter haberet Stationem propè Mayenfeldam, vt ſupra dixi, tunc accidit in menſe Octobris anni prædicti milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſecundi circà dimidium menſis, quod incendium fieret in dicta Ciuitate Mayenfeldæ. Tunc ego eram in Caſtris extrà muros Ciuitatis, & vidi, quod ventus vehemens Incendium portabat, vndè Ciuitas illa, quæ multis ex lignis conſtructa erat, citò conflagrauit: Vidi etiam quod ventus ille deportabat Incendium iſtud in ipſum Caſtrum Mayenfeldæ, in quo erat omnis Annona militum, & Spes humani refugij noſtri; tunc ego vehementèr expaui, iam enim Caſtrum inceperat concremari, & ignis peruenerat ad Arcem ipſam, in qua Puluis tormentarius aſſeruabatur. Cum ergo ſic dolens proſpicerem

Digitized by Google

rem, tunc vidi, quod ventus omnis è repente retroceſſit, & Incendium, & flammas diſperſit, & foras in contrariam partem ſubitò abegit. Obſtupui Ego de hac adeò ſubita, & miraculoſa mutatione, neſciebam tamen qualiter hoc factum eſſet, ſed poſteà intellexi, quod quandò ventus retroceſſit, tunc temporis prædictus Dominus Comes à Sultz Generalis noſter orauerat ad Dominum Deum, vt ſi Pater Fidelis erat ille verus, ac Sanctus Martyr, quem nos credebamus, dignaretur nunc ob merita, & interceſſionem eiuſdem Beati Martyris liberare Caſtrum, & Annonam militarem ab Incendio, qua Oratione facta, ſtatim ventus retroceſſit, & ſic Caſtrum ab incendio ſeruatum fuit.

§. 51. *Repentina venti retroceſſio.*

§. 52. *Eadem retroceſſio facta dum Comes Sultzenſis patrocinium S. D. implorauit.*

X. *Teſtis Perilluſtris Dominus Antonius Friger, ex Oppido Taufers in Comitatu Tridenti Miles ætatis annorum 26. ſuper 30. Artic. Proc. fol. 201. t. dixit.*

De viſu, & auditu reſpectiuè.

L'Anno milleſeicentoventidue nel fine di Agoſto, quando l'Illuſtriſſimo Signor Conte Aluig di Sultz doueua andare per la ricuperazione di Agnedina baſſa, e di altri luoghi della Rhetia, come Generale del Sereniſſimo Signor Arciduca Leopoldo, allora Io mi ritrouauo infermo nel Tirolo in vn luogo chiamato Mals, onde non potei eſſere in quella Impreſa. Cedendo poi il male io venni à Mayenfelda, oue ritrouai il detto Signor Conte, e Generale, che iui ſi tratteneua con l'Eſercito. Quiui dunque mi fermai, & ebbi Caſa nella Città di Mayenfelda per alloggio, ſiccome pure aueua il ſudetto Signor Conte: reſtando il neruo dell'Eſercito accampato fuori della Città, e mentre ſi ritrouauamo in queſto luogo, auuenne nel meſe di Ottobre dell' anno medeſimo circa la metà del meſe, che vna notte mentre io ſtauo in letto ſuegliato, ſi leuò vn gran rumore, per il quale io mi leuai dal letto, & affacciatomi alla fineſtra domandai la cagione, & inteſi, che la Città abbrugiaua, commandai alli Seruitori, che mi portaſſero del lume, acciò poteſſi riparare ad alcune coſe mie di rilieuo, ma frà poco ſentij la voce del Signor Giacomo Barone di Volcheſtain mio Parente allora Capitano nel Reggimento del Signor Colonnello Baldirone, che mi faceua gran fretta di vſcire, dicendo che non vi era più tempo, ſe voleuo fuggire l' Incendio; allora io laſciai il tutto, e con le ſole veſtimenta, che io mi trouai, diſceſi abbaſſo, & vſcij dalla Città in compagnia di detto Signor Barone, e veniſſimo doue ſtaua accampato l' Eſercito noſtro preſſo al Caſtello di queſta Città di Mayenfelda. Soffiaua in quella notte vn gagliardiſſimo vento, e queſto fece, che l'Incendio ſi dilatò preſtamente per la Città, di modo che l' abbrugiò irremediabilmente: il peggio per noi Soldati fù: che queſto medemo vento ſoffiaua, e portaua l'Incendio tutto contro lo ſteſſo Caſtello, doue ſtaua la noſtra monizione, e la ſperanza da ritirarſi, e vedendo noi, che il fuoco ſi approſſimaua al Caſtello, e già aueua cominciato ad abbrugiare vn riuellino, e che per il vento, che portaua il fuoco, non ſi poteua aſpettar altro, ſe

§. 53. *Incendium prædictæ Ciuitatis, & eius tempus.*

§. 54. *Vehementiſſimus erat ventus, vndè Ciuitatis combuſtio quam citiſſima.*

§. 55. *Ab eodem vento ignis in Caſtrum ferebatur, vbi erant militaris Annona, & puluis tormentarius.*

non che in breue tutto il Caſtello andaſſe all'aria per la molta Poluere di guerra, che dentro vi ſi ritrouaua; perciò il ſudetto Signor Barone con altri ſuoi Officiali, & Io parimente ſi ritiraſſimo ſubito, e ſi allontanaſſimo dal Caſtello, mà riuolgendo io gli occhi, e rimirando come già ſi abbrugiaua il Torrione, dentro di cui ſtaua la monizione di Poluere, viddi in vn ſubito, che tutto quel gagliardo vento repentinamente ſi riuoltò, e viſibilmente portò le fiamme fuori del Torrione, e del Caſtello, e mandò il fuoco per altra parte. Io che viddi tanta ſubita mutazione, ſtimai, che foſſe queſto vn gran Miracolo, ſe bene in quel punto non ſapeuo la cagione, frà poco ſi manifeſtò la verità, perchè alcuni Soldati cominciorono a dire, che il noſtro Santo Martire Fedele era venuto in noſtro aiuto, e come allora ſi diſſe, così fù verificato, perchè in quel punto come fù detto publicamente, il ſudetto Signor Conte di Sultz vedendo il caſo diſperato, ſi riuoltò a Dio, e pregò Sua Diuina Maeſtà, che ſe il Padre Fedele Capuccino era ſtato nella ſua morte quel vero, e Santo Martire, che noi credeuamo, adeſſo per li meriti di lui liberaſſe il Caſtello, e la monizione noſtra dall' Incendio; e fatta queſta Orazione, ſubito ſi riuoltò il vento, & il fuoco perdè talmente la forza di abbrugiare, che ſe bene cadeua ſopra la poluere, non ſi abbrugiaua. Queſto Miracolo fù tra di noi allora tanto euidente, che ſi accrebbe molto la noſtra deuozione, e riuerenza verſo di queſto Beato Martire. Il Corpo di lui già era ſtato dal Cimitero di Seuis, oue fu prima ſepolto, traſlatato nella Città di Mayenfelda, e doppo l' Incendio fù riportato al luogo dell'inſegna del detto Signor Conte, oue ſi cuſtodiua, ed io lo viddi allora, & inteſi, come queſto Padre Fedele Capuccino è quegli, che andò à predicare la noſtra Santa Fede nella Valle di Pretegauu, e che iui nella Terra di Seuis fù martirizzato dagli Eretici, quando ſi ribellarono, nel giorno ventiquattro del meſe di Aprile milleſeicento ventidue.

§. 56. *Turris eiuſdem Caſtri cœperat concremari.*

§. 57. *Repentina venti inclinatio in aliam partem.*

§. 58. *Dicta mutatio S.D. patrocinio adſcripta.*

§. 59. *Imploratio eiuſdem patrocinij à Comite Sultzenſi facta cum effectu ſubſecuto.*

§. 60. *Agnita miraculi euidentia; vndè veneratio S.D. aucta.*

§. 61. *Tranſportatio Cadaueris S.D.*

De auditu à videntibus.

XII. *Teſtis Dominus Georgeus Bruggerus Secretarius D. Comitis à Sultz ætatis annorum 27. ſuper 30. Artic. Proc. fol. 217. dixit.*

Poſtquàm Ciuitas Mayenfeldæ conflagraſſet anno prædicto milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo in menſe Octobris, requiſitus fuit generoſus Comes Aluis de Sultz, vt veritatem miraculi etiam ſcriptis teſtaretur: tunc generoſus Dominus Comes mandauit mihi, vt ſeriberem, & ipſe enarrauit mihi, quod quandò ventus exſufflabat ignem in Caſtro Mayenfeldæ, itaùt Caſtrum ipſum iàm inciperet concremari, tunc ipſe Dominus Comes deſperauit, quod ſine miraculo poſſet Caſtrum liberari ab incendio; cum ergò exuſta Ciuitate Mayenfeldæ, omnis ſpes poſt Deum eſſet poſita in Caſtro, vbi Annonæ Militares conſeruabantur; tunc Generoſus Dominus Comes timens interitum Exercitus, & totiùs Religionis iteratam amiſſionem, conuerſus eſt

§. 62. *Caſtrum Mayenfeldæ poſt Ciuitatis combuſtionem cœperat concremari.*

eſt ad Deum, & orauit, *vt ſi Pater Fidelis eſſet Sanctus, & verus Martyr, nunc dignaretur ob eius merita liberare Caſtrum & ſaluare Annonas Militares*, qua Oratione facta, ſtatim ventus retrocedens in contrariam partem exſufflabat, & ignem extrà Caſtrum deportabat, & ſic adueniente in adiutorium Catholicorum ipſo Beato Martyre, Caſtrum liberatum fuit ab incendio; hæc, & ſimilia tunc enarrauit mihi Dominus Comes; & hæc eadem ego ab alijs Catholicis Militibus, qui ibi tunc aderant, ſæpiùs audiui, & in Exercitu noſtro loquebantur de hoc quidam Milites noſtri, tamquam de vero, & indubitato miraculo, quod Deus ob merita, & interceſſionem Patris Fidelis veri, & Sancti Martyris feciſſet Nobis. In ſpecie autem de hoc miraculo mecum locutus eſt quidam miles familiaris meus, qui tunc ibi aderat, & viderat; iſte miles vocabatur Rodericus Croaria, & eſt Conſtantienſis, & tempore prædicti Incendij aderat, & vidit proprijs oculis, quod in loco, vbi Annonæ militares conſeruabantur in Caſtro Maynfeldæ, ibi erant multa vaſa cùm puluere tormentario, vidit etiam, quod de puluere illo tormentario non parua quantitas diſperſa erat ſuper pauimento, & quando Incendium cæpit concremare Caſtrum, tunc ipſe Croaria vidit flammas deſcendentes ſuper puluerem illum bellicum diſperſum, & vidit, quod quamuis flammæ ſtarent ſuprà ipſos puluerес, nihilominùs pulueres non incendebantur. Hæc mihi retulit ipſe Miles Croaria, & ſemper quando iſta mihi referebat, magnoperè ſtupebat, & dicebat ſe credere, & non poſſe alitèr arbitrari, niſi quod hoc fuit maximum miraculum, & aiebat, quod credebat, quod Deus fecerat hoc miraculum ob merita, & interceſſionem Sancti Martyris noſtri Patris Fidelis: hæc autem retulit mihi iſte Croaria, vel in Vrbe Veldkirchij, vel in Conſtantia, vel circa, quia de loco præciſo non recordor, quo ad tempus autem fuit poſt ſex menſes ab Incendio Mayenfeldæ, præſentibus multis alijs, quorum nomina non recordor ampliùs. Iſte Rodericus Croaria anno proximè præterito venit in Italiam tamquam miles, & abijt ad Genuenſes, & ibi etiam, vt audiui, fuit Locumtenens Domini Capitanei Aiſum; fuit autem iſte Croaria vir probus, & optimus Catholicus, & omni fide dignus.

§. 63. *Inuocatio Patrocinii S. D. per Comitem Sultzenum facta.*

§. 64. *Repentina venti mutatio, vndè Caſtrum ab incendio liberatum.*

§. 65. *Prædicta liberatio habita pro verò miraculo interceſſione S. D. patrato.*

§. 66. *Exiſtentia pulueris in Caſtro, & ignis ſuper eum.*

§. 67. *Opinio eujusdam militis, qui ſtatum pulueris viderat, ſuper veritate miraculi.*

XIII. *Teſtis Dominus Ioannes Iacobus Froſch ex Alſatio Miles ætatis annorum* 37. *ſuper* 30. *Artic. Proceſſ. fol.* 227. *tergo dixit.*

De viſu, & auditu reſpectiuè à videntibus.

§. 68. *Incendium Ciuitatis Mayenfeldæ, illiuſque tempus.*

Nell'anno ſudetto milleiſeicento ventidue dopo la recuperatione del Paeſe nel meſe di Ottob., ſuccedè l'Incendio della Città di Mayenfelda. A queſto incendio io fui preſente, e lo viddi con gl'occhi miei, e penſauamo noi Soldati, che foſſe opera del Nemico, e però tutti ſi poneſſimo in arme poco diſcoſto dalla Città. L'incendio cominciò sù la mezza notte, e per quello mi diſſero alcuni, li quali ſtauano in Caſa del Capitano Offemburgh, cominciò in Caſa di detto

Capitano, queſto particolarmente me lo diſſe vno cognominato Ghepfert, natiuo di Seuna Città d'Alſatia, allora Scriuano del ſudetto Capitano Offemburgh. Io mi ricordo, che quando brugiaua la Città di Mayenfelda allora ſoffiaua vn vento ſpauenteuole, il quale portaua la fiamma nel Caſtello, & io viddi che la fiamma era arriuata nel Caſtello, e noi altri Soldati guardauamo là, temendo, che quando ſi accendeſſe la Poluere, non ſi rompeſſe il Torrione del Caſtello, e ci deſſe la morte. Io mi ricordo, che allora il Signor Conte di Sultz commandò à Soldati, che andaſſero ad ammorzare il fuoco del Caſtello, mà viddi ancora, che niuno ardiua di entrare, ne di fermarſi preſſo, perche dubitauano, che ſubito ſi accendeſſe la poluere, & andando all' aria il Caſtello l'ammazzaſſe. In queſto frangente io viddi il Signor Conte di Sultz, che ſi poſe in atto di fare Oratione, viddi ſimilmente altri Capitani, e Tenenti, che ſi poſero à fare Oratione, & io ſimilmente gionzi le mani, e pregai Dio, che per li meriti del Beato Martire Fedele liberaſſe il Caſtello da quell' incendio, & nell'iſteſſo tempo io ſentij altri Capitani, ed Officiali, che con voce aſſai alta, e da me ſentita, pregauano Iddio, che per li meriti del Beato Martire Fedele liberaſſe il Caſtello e la monitione da quell'Incendio. Queſta ſteſſa Oratione io hò inteſo, che il Signor Conte di Sultz fece allora, perche io ſtauo vicino à eſſo Signor Conte, e ſentij alcune parole, dalle quali io conobbi, che pregaua Dio, acciò per li meriti del Santo Padre Fedele preſeruaſſe il Caſtello, e la Monitione da quell'Incendio. Dopo queſta Oratione io viddi, che ſubito ſi riuoltò il vento al contrario, di modo che portaua fuori del Caſtello quell'incendio, e ſubito io mi perſuaſi, che il Beato Martire foſſe in noſtro aiuto, e ſentij, che altri Soldati, li quali haueuano fatta l'iſteſſa Oratione, cominciorno à dire, che il Santo Martire Fedele era venuto in noſtro aiuto. Allora il Signor Conte di nuouo commandò, che entraſſero nel Caſtello allegramente; e vì entrarono alcuni Soldati. Staua allora nel Caſtello il Signor Giacomo Corhkinich Preuos del Reggimento del ſudetto Signor Colonello Conte di Sultz, e quando cominciò ad abbrugiare il Caſtello, mentre che alcuni altri Soldati fugirono di fuori, egli vi reſtò dentro, e vidde con occhi proprj, che venne vn gran vampo di fiamma ſopra la Poluere ſteſſa, e che iui ſenza fare alcuna leſione ſi ammorzò; Di più vidde molte fauille, e bragie acceſe cadute ſopra la Poluere ſteſſa, e che mai ſi attaccò fuoco, coſa, che egli la ſtimò gran miracolo. In quel tempo io ero fuori del Caſtello, e parlando doppo con detto Signor Cotchinich, eſſo mi raccontò tutto ciò, e più volte, mentre erauamo in Campagna preſſo à detto Caſtello doppo quell'Incendio, e ſempre me lo raccontaua con gran ſtupore. Di più ragionando io con alcuni di quelli Soldati; che erano entrati nel Caſtello doppo la ſudetta Oratione, mi diſſero, che eſſi mede-

§. 69. *Ventus erat ſaviſſimus, qui ferebatur versùs Caſtrum.*

§. 70. *Inuocatio patrocinii S. D. facta pro liberatione Caſtri ab incendio.*

§. 71. *Completa oratione ventus in aduerſam partem inclinauit.*

§. 72. *Vapor igneus, & pruna ſuper puluerem tormentarium abſque combuſtione.*

medeſimi aueuano trouate le bragie acceſe ſopra la Poluere,e che non abbrugiaua,queſto miracolo fù tanto euidente allora trà noi Soldati, che chiaramente conoſceſſimo, che il Santo Martire Fedele aueua liberato il Caſtello, e la Monitione da quell' incendio. Il ſudetto Signor Cotchinich era buon Cattolico, e digniſſimo di fede, e quando fu licentiata la Soldateſca, che fu l'anno milleſeicento ventiquattro, ſe n'andò à Berga Città in Alſatia, iui per eſſer Vedouo preſe nuouamente moglie, e frà poco morì, queſto io sò, perche ero famigliare aſſai di eſſo Signor Cotchinich, e perche io allora abitauo in Armeſcuir Città di Alſatia diſcoſta da Berga due ore. Queſto Signor Cotchinich hà laſciato doppo ſua morte vn figlio della ſua prima Moglie, il quale è venuto in Italia col Signor Conte di Sultz.

§. 73. *Euidentia miraculi, quod interceſſioni Serui Dei adſcriptum.*

XVIII. *Teſtis Dominus Michael Kotkinitbin qu. Iacobi Miles in Regimine D. Comitis à Sultz ætatis annor. 28. ſuper 30. Artic. Proc. fol. 249. ter. dixit.*

De viſu, & auditu reſpectiuè.

Quando ſi fece quell'incendio, io ero nel Caſtello, e perche l'incendio arriuò nel Caſtello, per queſto io procurai, & ebbi gratia di vſcire. Quello che particolarmente auueniſſe à mio Padre, io non lo sò, ſolamente mi ricordo, che quando uominciò quell'incendio, mio Padre ancora lui ſi trocaua nel Caſtello in vna Camera vicino alla mia, e venne vno ad auuiſarci dell' incendio, e ſi leuò mio Padre. Doppo l'incendio mi raccontò mio Padre di ſua bocca, che eſſo in quell'incendio ſi era trouato all' improuiſo coperto dalle fiamme, che paſsò in mezzo alla fiamma, e che non reſtò offeſo in parte alcuna, ne anco ne capelli ſteſſi, e queſto egli reputaua miracolo, e lo attribuiua alli meriti del Beato Martire Fedele Capuccino, le cui Sante Reliquie erano ſtate portate da Seuis in Mayenfelda.

§. 74. *Incendium inuaſerat Caſtrum.*

§. 75. *Mirabilis præſeruatio Patris ipſius Teſtis ab incendio S.D. interceſſioni tributa.*

§. 76. *Corporis S.D. tranſportatio Mayenfeldam.*

EX PROCESSV MEDIOLANENSI APOSTOLICO.

Num. 3. Secundum ſignũ ſiuè miraculum conuerſionis Ioannis Iodoci Rhæti peſſimi Prædicantis ad Fidem Catholicam.

VI. *Teſtis Dominus Ioannes Iodocus Rhætus Sacræ Theologiæ Studens ætatis annorum 27. ſuper 5. Artic. Proc. fol. 134. ter. dixit.*

Io ſono oriundo dall' Agnedina baſſa nell' Alſatia, e doppo eſſer ſtato aſſente per cauſa delli ſtudij in varij Paeſi, ritornando finalmente nell'anno milleſeicento dicidotto, ſiccome per ignoranza mia, e cecità io ero Proteſtante, così per maggior mia diſauentura fui fatto Predicante dell'Agnedina alta, e doppo quel mio ritorno mi fermai circa ſei meſi in Sernez mia Patria, ſituata nell' Agnedina baſſa, e poi andai à quella infelice Reſidenza nell'Agnedina alta in vn Borgo chiamato Pontreſina. Quiui penſando, che la Setta Caluiniſta foſſe la vera Euangelica, mi vi fermai pur troppo, ſentendo poi la Fama della Santità, e Martirio di detto Padre Fedele, cominciai à dubitare, ſe quella foſſe la vera Chieſa, ad ogni modo ingannato da quel peſſimo Seduttore di Caluino perſeuerai fino all'anno milleſeicento ven-

§. 1. *Teſtis fuit Hæreticus, & poſtea factus eſt Prædicans Engadinæ ſuperioris in ſuburbio Pontreſinæ.*

§. 2. *Ex SanctitateVitæ, ac Martyrio S.D. dubitare cæpit de falſitate propriæ Sectæ.*

ventitrè, & all'ora nel principio di Aprile mi partij dall' Agnedina alta, e venni nell'Agnedina baſſa, e mi fermai alcuni meſi nella detta mia Patria di Sernez, oue riſedeua il Padre Frà Ignatio da Bergamo, Sacerdote, Predicatore Capuccino inſieme con gl'altri Padri Capuccini Miſſionarij: in queſti meſi trattando, e diſcorrendo col detto Padre Frà Ignatio, e con gl'altri Padri Capuccini reſtai meglio iſtrutto nella Cattolica Fede, & abiurai l'Ereſia in mano di detto Padre Frà Ignatio, che fù nel meſe di Giugno di detto anno milleſeicento ventitrè, e ne riportai la douuta aſſolutione, e riceuei li Santi Sagramenti, conforme al Rito di Santa Romana Chieſa, con la quale fui riconciliato, e nel cui grembo ſempre doppo hò viſſuto, e voglio viuere, e morire con la Diuina Grazia; e quando io mi partij per venire in Italia, all'ora dal ſudetto Padre Frà Ignazio mi fu fatta vna fede ſopra la mia Conuerſione, che fu data li 28. Nouembre milleſeicento ventitrè.

§. 3. Cum Capuccinis agens Teſtis perfectè inſtructus fuit in Fide Catholica, & deindè anno 1623. Hæreſi eiurata illam amplexus eſt.

Mentre adnnque io mi ritronai, come ſopra hò detto nell' Agnedina alta con quel peſſimo offitio di Predicante, allora io inteſi per publica voce, e fama di quelli Eretici Grigioni, come li Frati Capuccini erano entrati in Malantz Mayenfelda, e Luoghi vicini, e che finalmente erano arriuati anche nella Valle di Partenz, e che predicauano con eſtraordinario feruore la Fede Cattolica, e tanto con le Prediche publiche, quanto con li ragionamenti priuati, e con la loro maniera di viuere, andauano distruggendo la Religione, che da Proteſtanti viene chiamata Euangelica, mà in fatti è peſſima Ereſia, particolarmente mi ricordo, che da Malantz preſſo à Mayenfelda ſcriſſe vn Predicante, che iui riſiedeua dando parte à me, e agli altri Predicanti del Colloquio in Agnedina alta, oue io conueniuo, come li Frati Capuccini erano gionti in quel luogo, e predicauano la Cattolica Fede, del che queſto Predicante ne moſtraua gran diſpiacere. Il nome di queſto Predicante è Simone de Lodouici natiuo dell'Agnedina baſſa, e di vna Terra chiamata Dardez, ò vogliamo dire Stainsberg. Doppo la ſudetta lettera, venne quel medeſimo Simone Predicante à Coira, oue parlò col Predicante di Coira per nome Gregorio Salutio, e con vn'altro Predicante dell'Agnedina alta per nome Corrado Caſtelmuro, e con eſſi loro diſſe, che li Padri Capuccini conuertiuano molti alla Fede Cattolica, e che prediauano con tanta dottrina, e conuerſauano con tanta prudenza, e ſopra tutto viueuano con tanta integrità di coſtumi, che ſe non vi ſi rimediaua più che preſto, anerebboro conuertito tutta la Rhetia alla Fede Cattolica; aggionſe anche allora queſto Simone lamentandoſi degli altri Predicanti, perche non vi metteſſero maggior ſtudio, e forza per ouuiare à Capuccini; e tutto queſto raggionamento me lo riferì poi il ſudetto Corrado Caſtelmuro poco doppo il fatto, mẽtre mi ritrouai con eſſo lui nell'Agnedina alta in Samada, con l'occaſione di vn Colloquio, che iui ſi fece,

§. 4. Quo tempore Prædicantis officio fungebatur, Capuccini magno zelo Fidem Catholicam propagabant.

§. 5. Prædicantium Hæreticorum ſtudium pro impediendo Capuccinorum progreſſu.

ce, & al quale anche io interuenni. Mi ricordo inoltre, che ſtando io nell'Agnedina alta, iui ſe ne vennero molti Mercanti di Malantz, Mayenfelda, e della Valle di Partenz, li quali ſi ammirauano grandemente della patienza, bontà, e coſtumi integriſſimi di quei Capuccini, e diceuano, che quei Padri Capuccini viueuano tanto irreprenſibilmente, che eſſi non ſi poteuano puntare in coſa alcuna, e volendoli riprendere, altro non trouauano, ſe non che erano Papiſti, e che non viueuano, come fanno i Grigioni.

§. 6. Vita laudabilis Capucinorum ex ore ipſorum Hæreticorum.

Di più vn Miniſtrale dell'Agnedina baſſa per nome Pietro Bardi di vna Terra chiamata Guarda, eſſendo ripreſo da certi Predicanti, perche moſtraua affettione alli Capuccini, riſpoſe, che meritamente ciò faceua, perche quei Capuccini menauano vna vita ſanta. Queſto me lo riferì l'iiſteſſo Miniſtrale di bocca propria doppo la ſteſſa ribellione.

Di più vn principale Eretico per nome Fortunato Iuualta, che fù Ambaſciatore per la Communità di Furſthenau preſſo all'Eccellentiſſimo Signore Duca di Feria nell'vltimo Capitolato di Valtellina, & il Capitano Velfango, ſeù latinè Vvlfius Iuualta, & Andrea Sprecher da Tauos, & altri principali Eretici, che conuerſauano con li Capuccini, tutti ne diceuano bene, lodando li Capuccini, come vomini di coſtumi integerrimi, e di vita ſanta, & lo allora ſentiuo queſti tali, che così ammirauano, e lodauano li Capuccini, e ſe bene li ſudetti Eretici, auanti il Martirio del Padre Fedele non mi ſpecificauano diſtintamente il nome di quei Padri Capuccini, ad ogni modo Io ſeppi, che quel Padre Capuccino Miſſionario, il quale predicò in Malautz, Maienfelda, e luoghi circonuicini, & vltimamente nella Valle di Partenz con tanta dottrina, commozione, & eſempio di vita ſanta, queſto fù il ſudetto Padre Fedele da Sigmaringa Sacerdote, Predicatore, Confeſſore, Capuccino Guardiano nel Monaſtero di Velchirchio, & in queſta verità reſtai certiſſimo, non ſolo per nomina, e teſtimonio de' Cattolici, mà per bocca propria degli ſteſſi Eretici, i quali mi ſpecificauano diſtintamente il ſudetto Padre Fedele, di cui ſempre hò ſentito ragionare, tanto dalli Cattolici, come dalli Eretici, come di vomo pieno di virtù, e di ſantità, e quelli Eretici che ne hanno ſparlato, non ſapeuano dir altro, ſe non che voleua diſtruggere la loro Religione, e perciò i più peruerſi l'odiauano, e ne parlauano compiacendoſi della morte di lui.

§. 7. Particulare encomium heroicæ virtutis S. D. etiam ex ore hæreticorum deuenit ad notitiam Teſtis.

Et ſuper 15. Artic. Proc. fol. 137. ter. ad medium.

L'anno del mille ſeicento ventitre, nel meſe di Agoſto trouandomi nella Città di Velchirchio, allora inteſi dire, che eſſo Padre Fedele viuendo aueua predetto la ribellione delli Eretici, la perdita del Paeſe, il ſuo Martirio, e poi la ricuperazione dell'iſteſſo Paeſe. Quà in Milano ancora parlando con vn Chierico del Collegio Eluetico per nome Fran-

§. 8. Prædictio, quam D.S. de Hæreticorum rebellione, ac eius proprio Martyrio fecerat.

Digitized by Google

Franceſco Sandholzer à Zundeberg preſſo Altemps, egli mi raccontò, che ſuo Padre per nome Giouanni Giacomo ebbe grande famigliarità col detto Martire, e che prime partiſſe queſto per andare l'vltima volta nel Pretegauu, quegli parlò ſeco, e nel raggionamento l'iſteſſo Padre Fedele prediſſe la ſua morte, per lo che quel Gentiluomo fece tanto, che ebbe vna delle Suole di eſſo Padre Fedele, volendola tenere per Reliquia.

Et ſuper 16. Artic. Proc. fol. 138.

E' veriſſimo, che il detto Padre Fedele predicò in Malantz, Maienfelda, e luoghi circonuicini, e finalmecte nella Valle di Partenz come ſopra hò detto. Le conuenticole poi, e le fazzioni, che ſi moſſero, ebbero origine, e furono fomentate dalli Predicanti della Rhetia, perche ſiccome hò di ſopra detto, quando i Predicanti viddero, & vdirono i progreſſi, che faceuano i Capuccini, e ſingolarmente il detto Padre Fedele, allora cominciorono à penſare, e conſultarſi, come poteſſero ouuiare à queſto, e perche i Predicanti della Rhetia, mentre mi vi ritrouài, ſi gouernauano con certa particolare ſubordinazione, perciò ſi tenne modo particolare per ouuiare alla venuta, e progreſſo de' Capuccini. Il Gouerno de' Predicanti ſudetti era in queſta forma. I Predicanti, quanto alla perſona di ciaſcheduno di loro, ſi diſtribuiuano per ciaſcuna Terra particolare, e perche molte Terre ſi ragunauano inſieme con titolo di Communità, di modo che in tutte le tre leghe ſi ritrouano trentaſei Communità, chiamate con nome di Communità grandi, per queſto doue le Communità ſono Eretiche, iui li Predicanti di ciaſcuna Communità conuengono inſieme, e quella ragunanza ſi chiama Colloquio, & in queſto Colloquio ſi troua vn Capo chiamato con titolo di Præſes Colloquij, il quale hà tre Aſſiſtenti, & vn Scriba. Queſti Colloquij ſi faceuano ſecondo, che commandaua il Capo, e che li altri voleuano vbbidire.

§. 9. *Turbarum excitatio pro expellendis Capuccinis in Rhætia originem habuit à Conuenticulis Hæreticorum.*

§. 10. *Relatio modi, quo Prædicantes in Rhætia dirigebantur.*

Di più perche le leghe ſono tre, per queſto da ciaſcuna lega ſi eleggeua vn'altro Predicante à titolo di Decano, & aueua ſuperiorità ſopra tutti li Predicanti di quella lega, finalmente ſi eleggeua vn'altro Predicante con titolo aſſoluto di Preſidente, il quale commandaua à tutti. Tutti queſti peſſimi Miniſtri erano ſoliti ogni anno di fare vna ragunanza generale, che non ſi vergognauano di chiamarla con titolo di Capitolo, & anche di Sinodo, & in queſta ragunanza conuengono tutti quelli, che non hanno con che ſcuſarſi, quiui à voti ſegreti di tutti ſi eleggeua prima il Preſidente, poi quattro Aſſiſtenti chiamati Aſſeſſores Præſidis, poi eleggeuano i ſudetti tre Decani, e poi eleggeuano vn Cancelliere del Capitolo, & altri Miniſtri, queſta peſſima ragunanza generale per inſtigazione diabolica ſoleua citarſi nel giorno dedicato da Santa Romana Chieſa per la ſolennità del Santiſſimo Sagramento, e ſi faceua vn'anno per lega, & era ſolito di farſi, ora in Coira, che è della lega di Caſa di Dio,

Dio, ora in Ylanz della lega Griſa, ora in Tauos, ò Malanz, ò Maienfelda per le dritture, ſe bene al tempo mio furono variati luoghi, e tempi per le nouità, e difficoltà occorrenti. Quando alcuna Terra domandaua Predicante, ſcriueua à quella peſſima Ragunanza, & il Preſidente proponeua, e poi tutta la ragunanza à voti ſegreti eleggeua tre, ò quattro Predicanti, teſtando in arbitrio di quella Terra di prendere di queſti vno di ſuo guſto, mà ſpeſſo le terre rifiutauano tutti li Eletti, e ne prendeuano altri, come più voleuano. Doppo queſta ragunanza generale, ſi faceuano i Colloquij particolari per ciaſcuna Communità, & in ciaſcuno di queſti Colloquij ſi eleggeua vn Capo loro, tre Aſſiſtenti, & vn Cancelliere, come ſopra hò detto. I Predicanti ſi creauano nella Ragunanza generale, e tanto nella generale, quanto nella particolare ragunanza ſi trattaua principalmente di difendere quella loro Setta maledetta, & impedire la Cattolica Fede, e poi ſecondariamente dell'altre coſe, conforme che predominauano le fattioni, e paſſioni. In queſte peſſime Ragunanze auueniua quello, che frà Demonj, che per tutto ſi vedeua ſuperbia, diſcordia, & in niuna coſa ſi accordauano, eccetto che in impugnare ſopra tutto la verità della Cattolica Romana Fede, e procurare la rouina de' Cattolici.

I Preſidenti generali di quei peſſimi Miniſtri, nel tempo, che in quelle Parti mi ritrouai, furono tre, vno chiamato Gaſpar Alexius, che venne da Gineura, oue ſtaua Predicante, e venuto nella Rhetia fù eletto Preſidente nell'Aſſemblea fatta in vna Terra della Caſa di Dio chiamata Bergogno preſſo à Coira, che fù dell'anno mille ſeicento dicidotto; Queſto peſſimo Gaſparo Aleſſio è quello, che in quella Ragunanza, nella quale fù eletto Preſidente, propoſe, che per impugnare la Cattolica Fede, e propagare la loro peſſima Setta, biſognaua fondare vn Collegio in Sondrio, e che li Maeſtri doueuano eſſere della Setta loro, acciò poteſſero inſegnare à figliuoli, e ſpargere l'Ereſia. Mà perche nella Rhetia, e nella Valtellina vi erano molti Cattolici, da quali dubitauano auer molto contraſto, propoſe, che ſi laſciaſſe facoltà alli Cattolici di fare vna Scuola in Sondrio, ò altroue con vno, ò due Maeſtri come voleſſero. Preuedendo poi quel peſſimo Aleſſio, che mentre viueſſe il Signor Arciprete di Sondrio Nicolò Ruſcha, non aurebbe poſſuto eſeguire l'intento ſuo, percio allora propoſe, e fù ſtabilito, di procurare per ogni modo la morte di detto Signor Arciprete, ſiccome in fatti fù poi morto in Toſana: à queſti peſſimi trattati io non concorſi per voto, perche non ero anche eſaminato, e l'vltima attione di quella maledetta Aſſemblea fù l'eſame mio, doppo il quale fui coſtituito Miniſtro cieco per cadere nella foſſa con li detti, e fui deſtinato, come ſopra hò detto, à Pontreſina, e creſcendo tuttauia la mia diſauuentura, dopo l'eſame fui anche coſtituito per vno de' Miniſtri Seduttori, i quali doueſſero inſegna-

§. 11. *Tractatus Hæreticorum pro creatione Collegij ad eos ſpectantis in Oppido Sondrij.*

§. 12. *Teſtis in Hæreticorum Cætu examinatus electus fuit in Miniſtrũ Pontreſinæ, ac deindè in Profeſſorem ſupradicti Collegij.*

Digitized by Google

ſegnare nel Collegio di Sondrio, quando foſſe fabricato, e con queſta occaſione io ſeppi quel tanto ſi era trattato, ſi per fondare queſto Collegio, come per dare la morte al ſudetto Signor Arciprete; mà Dio Noſtro Signore per infinita ſua Miſericordia mi preſeruò, che Io doppo non aueſſi altra parte in quel Colleggio, ne meno nell'ingiuſtiſſima perſecutione di quel Santo Arciprete.

Il ſecondo Preſidente fù vno dell'Agnedina alta, chiamato Andreas Albertinus, e fù eletto nell'Aſſemblea di Soux in Agnedina alta, che fù l'anno mille ſeicento dicinoue. Queſta radunanza ſi doueua fare in Toſana, mà perche i Predicanti trouorono impedimento, perciò la trasferirono à Souz.

Il terzo Preſideure fù natiuo di Tauos, latinè Tauaſium, & aueua nome Corradus Bullius, fù creato nell'Aſſemblea di Malanz preſſo à Maienfelds, e fù l'anno mille ſeicento venti: doppo deſiderauano i Predicanti di venire alla quarta ragunanza generale, e tanto più ſi affatticauano di compire al deſiderio loro, quanto che più creſceua la fama de'Capuccini, e che già il detto Padre Fedele con le Prediche, ragionamenti, & eſempio di ſua Santa Vita andaua commouendo i Popoli, e ne conuertiua alla Cattolica Romana Fede, mà per quanto i Predicanti ſi sforzaſſero, ad ogni modo non poterno mai congregarſi, perche alcuni temeuano i Cattolici, altri temeuano gl'iſteſſi Eretici, li quali aderiuano alla fattione di alcuni Principi Cattolici, e così per vari riſpetti, e ſoſpetti non ſi trouò maniera di fare queſta quarta Aſſemblea generale. Vedendo queſto i Predicanti, cominciorono à frequentare più dell'vſato i Colloquj, e ragunandoſi tutti i Predicanti per ciaſcuna Communità loro, & in queſti Colloquij ſi trattaua, come ſi potrebbe ouuiare, che li Capuccini non diſtruggeſſero quella Eretica prauità, e tanto più ſi attizzauano i Predicanti, quanto che i Popoli iſteſſi cominciauano à preferire la maniera di viuere de'Capuccini à quella de' Prædicanti, onde ſi vedeuano reſtringere i guſti, e la libertà, che eſſi Predicanti, ſi prendeuano di darſi alli piaceri, & al ſenſo.

§.13. Proſecutio tractatuum ab Hæreticis factorum. pro Capuccinorum expulſione.

Il Colloquio, al quale Io doueuo conuenire nell'Agnedina alta, ſi faceua ora in Souz, ora in Samanda, ora in altri luoghi, ſecondo voleua il Capo del Colloquio, il qual Capo al tempo mio fù ſempre vno chiamato Lucio Pappa, il quale era anche Decano della lega di Caſa di Dio. Il Padre di coſtui diſcendeua per naſcita da vn Prete Apoſtata, per nome Nicolao, & era inuecchiato nel male, col conſeglio di coſtui adunque fù riſoluto in quei proſſimi noſtri Colloquj, doue anche Io per ordinario interuenni, che ſi perſuadeſſero alli Popoli due coſe, vna, che mandaſſero Ambaſciatori al Sereniſſimo Signor Arciduca Leopoldo, i quali proteſtaſſero, che quelli dell'Agnedina Baſſa, e della Valle di Partenz voleuano eſſer ſoggetti à Sua Altezza, mà che inſieme domandauano, e proteſtauano, che Sua Altezza

non

non aueſſe da toccarli quanto alla Religione, mà laſciaſſe tutti nella loro Fede Euangelica. La cauſa, & il motiuo di così fare ſi allegò, perche i Principi pure che abbino ſudditi li Popoli, non ſono ſoliti di cercar'altro. E così penſauano queſti Predicanti, che con tale eſibizione Sua Altezza non auerebbe occaſione di auanzarſi più, e per tenere queſti Sudditi non toccarebbe la Religione; l'altra coſa, che fù riſoluta di perſuadere à Popoli, fu, che con tutte le maniere poſſibili ſi diſſuadeſſero dal conuerſare con li Cappuccini, e che non andaſſero alle Prediche loro, ne per conto alcuno ſentiſſero li loro parlari, ne ſi fermaſſero à trattare con eſſi loro; fù riſoluto di più quanto alli Predicanti ſteſſi, che eſſi ancora fuggiſſero di accoſtarſi alli Capuccini, e che in niun conto aueſſero commercio con eſſi loro, e fù aſſegnata la ragione, perche quei Capuccini trattauano con maniera tale, che li ſteſſi Predicanti ſi ſarebbero laſciati perſuadere à laſciare la loro Religione, e conuertirſi alla Fede Cattolica & eſſere Papiſti. Queſte determinazioni furono poi communicate alli Colloquj delle altre Communità, & in fatti ſi fece tanto, che quelli di Agnedina baſſa, e di Partenz accettarono di ſoggettarſi à Sua Altezza, e proteſtarono conforme al deſiderio de' Predicanti. Io caminai in queſte tenebre ſino all'anno mille ſeicento ventitre, come ſopra hò detto, e ſebene nelli Colloquj, alli quali io non fui preſente, non ſi trattò altra coſa à queſto propoſito più particolare, ad ogni modo per relazione di altri Predicanti io sò, che ſi paſsò più auanti, perche vedendo i Predicanti, che Sua Altezza inchinaua à propagare la Cattolica Fede, e che il detto Padre Fedele con li altri Capuccini ſi auanzaua, e maſſimamente nell'anno mille ſeicento ventidue, nel quale il Signor Colonnello Aloiſio Baldirone, come Gouernatore per Sua Altezza di quei Paeſi, ſcriſſe à quelli di Partenz, che accettaſſero li Capuccini, e che li ſentiſſero volentieri, & entrando il detto Padre Fedele nella Valle di Partenz, cominciò à procurare, che li Predicanti foſſero mandati via, e non laſciaua di fare quanto poteua per propagare con ogni prudenza, e zelo la Cattolica Fede, allora i Predicanti cominciorono più che mai à tumultuare, nominatamente il Predicante, che riſiedeua in vna Terra chiamata Faas nella ſteſſa Valle di Partenz, il quale Predicante auea nome Giacomo Michele Goiano, non contento delle prattiche priuate, cominciò à predicare publicamente, e diſſe che aueua veduta vna apparizione di certo Aguello miracoloſo, il quale era entrato nella Chieſa, e che queſto era ſegno di Vittoria, e che però che non dubitaſſero, e ſi apparecchiaſſero di ammazzare i Capuccini, & i Soldati. Diſſe di più, che ſiccome Dauid aueua ammazzato Goliath, e vinto tutto l'Eſercito de' Filiſtei, così quelli della Valle prendendo le armi auerebbero deſtrutti li Capuccini, e tutti li Soldati, tutto queſto me lo diſſe, e confermò di bocca propria l'iſteſſo

Predicante Goiano, e me lo diſſe l'anno mille ſeicento ventidue nel meſe di Giugno in Sus Terra dell'Agnedina baſſa, oue io mi ritrouai con eſſo lui, in occaſione, che gli Eretici aueuano colà l'Eſercito, & io ero andato per intendere come ſe la paſſaſſero i miei Parenti; oltre queſto Predicante ve ne fù vn'altro per nome Andrea Goiano fratello del ſudetto, il quale riſedeua in Luceyn preſſo à Caſtels, e queſto fece ſimili pratiche con quelli di Luceyn, eſſortădoli à prender l'armi, & ammazzare li Capuccini, & i Soldati. Queſto d'Andrea Goiano me lo raccontò, e confermò vn'altro Predicante per nome Giouanni Graffi, il quale mentre, che ſtauano i Soldati di Sua Altezza, egli era fuggito in Turich, mà doppo la ribellione venne in Agnedina baſſa, e mi raccontò queſto in Sernetz l'anno iſteſſo mille ſeicento ventidue nel meſe di Luglio, in occorrenza, che io tornai vn'altra volta dall'Agnedina alta in Sernetz, oue riſcontrai coſtui, che vſciua dalla Chieſa, e mi diſſe che aueua gettato à terra l'Altare, che in quella Chieſa aueuano eretto i Capuccini, e poi mi raccontò come ſopra.

Di più vi fù vn'altro Predicante, che riſedeua nella Terra di Gruſch, oue dimorò il detto Padre Fedele Capuccino, quando l'anno mille ſeicento ventidue doppo Paſqua entrò nella Valle di Partenz; Queſto Predicante ſi chiamaua Gaſparo Bonarandi, e fece con li ſuoi Popoli l'iſteſſe ſudette prattiche, eſortandoli à prender l'armi, & ammazzare tanto i Capuccini, quanto i Soldati. Queſto me lo riferì il ſudetto Predicante Graffi, e di più l'inteſi anche da' molti altri Secolari Eretici, & adeſſo mi ricordo auerlo inteſo anco da vno di Sernetz per nome Domenico Iodoco.

Di più vi fù vn'altro Predicante per nome Gaſparo Stoppano, che riſedeua nella ſudetta Terra di Dardez, che ſi chiama anche Stainsbergh nell'Agnedina baſſa, coſtui fece l'iſteſſi vfficij con li ſuoi Popoli, e mi ricordo, che trouandomi nel ſudetto tempo in Sernez, allora vn Capitano per nome Giacomo Reggio, il quale fù Capitano nella Ribellione, che feguì l'anno ſteſſo mille ſeicento ventidue nel meſe di Aprile, mi diſſe che il ſudetto Stoppano, non contento dell'vfficij fatti auanti la Ribellione, accompagnaua di più li Soldati, e ſi trouò ſotto à Maienfelda, oue ſi erano ritirati li Soldati di Sua Altezza, & aiutò à combattere, e vi fù ferito à morte, e prima che moriſſe quello infelice Stoppano diſſe che queſta era guerra per la Religione, e che però moriua volentieri. Queſto medemo parlare lo faceuano anche altri Predicanti, i quali ſeduceuano il popolo ſotto ſpecie di Religione, e diceuano, che per intereſſe della Fede Euangelica biſognaua preder l'armi, & ammazzare i Capuccini, & altri Soldati.

Oltre li ſudetti Predicanti vi fù anche il ſudetto Simone de Ludouici, il quale fece li ſudetti officij, e li fece più peruerſamente degli altri, e queſto Io l'hò inteſo da molti altri Predicanti, che ne aueuano la certezza, e me lo riferirono di bocca propria. Queſti Predicanti per inanimare più

alla

alla Ribellione li Popoli, cominciarono anche eſſi à portar l'armi; e tanto fecero, e tanto diſſero, che quelli ſingolarmente di Partenz ſi ribellarono, e cominciarono la ribellione l'anno ſudetto mille ſeicento ventidue à dì ventiquattro Aprile, & in queſta ribellione i ſudetti Predicanti, cioè Ludouici, Stoppano, & Ambedue li Goiani, & il Bonarandi, andauano non ſolo con parole inanimando gli altri, mà con le armi di propria mano ammazzauano i Cattolici, e queſto lo sò nella maniera, occaſione, tempi, e luoghi ſudetti, e di queſto vi era anche fama publica in quei Paeſi al tempo, che iui mi ritrouai, e perche niuno riprendeſſe il fatto di quei Predicanti, eſſi andauano ſcuſandoſi con dire, che anche Samuele ammazzò Agag, e che Elia fece ammazzare tutti li falſi Profeti, & allegauano l'Eſempio di Zuinglio.

Et ſuper 31. Artic. Proc. fol. 152. dixit.

§. 14. *Ex ſerie vitæ laudabilis S. D. aliorumque Capuccinorũ Teſtis dubitare cepit de propriæ Sectæ falſitate.*

Doppo la Grazia di Gieſù Chriſto Io riconoſco la mia Conuerſione da queſto Beato Martire Fedele Capucecino, perchè quando, come ſopra hò depoſto, cominciai ad intendere, con quanta ſantità di vita egli ſi portaua in Malanz, Maienfelda, & altri luoghi, doue andaua con gli altri ſuoi Capuccini, e viddi, che l'iſteſſi Secolari Eretici l'ammirauano, & anche in certe occorrenze li preferiuano à noi Predicanti; allora io reſtai confuſo, e perpleſſo, & andauo dubitando, ſe quella Setta chiamata Euangelica foſſe la vera Chieſa. Quando poi venni, come ſopra hò detto, nell'Agnedina baſſa, e fui aſſaltato da colui, che mi voleua ammazzare, penſando, che io foſſi Cattolico, poi auendomi riconoſciuto, mi raccontò, come egli aueua ammazzato il detto Padre Fedele, e di più aggiunſe come ſi foſſe portato eſſo Padre nel ſuo Martirio; allora io mi commoſſi maggiormente, perchè coſtui di bocca propria mi raccontò come ſopra hò detto, che egli aueua con le proprie mani aiutato ad ammazzare il detto Padre in Seuis, e che egli con gl'altri ſuoi Complici aueuano ammazzato detto Padre, per intereſſe della loro Fede Euangelica, e che allora detto Padre Fedele moriua tanto allegramente, che quanto più lo feriuano, e percoteuano, tanto più egli ſi moſtraua allegro, e ridente; così mi raccontò colui allora in preſenza del ſudetto Predicante Goiano in Sernez in Caſa di mio Padre.

§. 15. *Interna Teſtis commotio dum Martyrium S. D. narrari audiuit.*

§. 16. *Argumentum veritatis Fidei Catholicæ ex hilaritate, qua S. D. Martyrium paſſus fuerat.*

Da queſta relazione adunque Io argomentauo, che biſognaua foſſe vera quella Fede, che daua tanta forza, & allegrezza nel patire la ſteſſa morte, e tanto più mi confermai, quanto che io ſapeuo, come ſi erano portati alcuni Predicanti, che quando era venuto occaſione di patire ſotto à Cattolici, ſi erano ritirati, e fuggiuano, tanto che vno per nome Bonauentura Zoutius, eſſendo prigione à Tiſitis, temendo la morte, ſi gettò da vn precipizio, con gran vergogna delli ſteſſi Eretici. Auuenne poi, che di nuouo li Cattolici l'anno iſteſſo mille ſeicento ventidue nel meſe di Settembre ricuperarono il Paeſe, e che dopoi nel meſe di

§. 17. *Solemnem translationem cadaueris S. D. audiens Teſtis de repentè*

conuerſus Fidem Catholicam veram eſſe agnouit.

di Nouembre fù translatato il Corpo del Beato Martire in Coira con tanta ſolennità. E quando io inteſi di queſta ſolennità, che pareua il trionfo della Cattolica Fede, allora in ſentire l'onore fatto alle Reliquie di eſſo Padre Fedele, mi commoſſi talmente, che cominciai da vero à penſare à caſi miei; così vedendo, che la Cattolica Romana Fede era conforme alla Scrittura Santa, alli Santi Padri, e Concilij, & era antichiſſima, e vera, mi riſolſi di farmi Cattolico, e ſe bene era paſſato nelli Colloquij noſtri, che neſſuno aueſſe commercio con li Padri Capuccini, ad ogni modo io cominciai à ſcriuere al Padre Frà Ignazio da Bergamo Sacerdote, e Predicatore Capuccino, allora Miſſionario dell'Agnedina baſſa. I Predicanti ſe ne accorſero, e mi accuſorno nel Colloquio, e fui in pericolo della vita; mà Noſtro Signore, & il ſuo Santo Martire Fedele mi aiutorono, e così conoſciuta la falſita di quella peſſima Ereſia, mi partij dalla Agnedina alta, e venni all'Agnedina baſſa à Sernez, oue riſiedeua il ſudetto Padre Frà Ignazio con gli altri Padri Miſſionarij, e quiui iſtrutto meglio nella Cattolica Fede, abiurai all'Ereſia, come ſopra hò detto; allora i Predicanti mi anathematizzarono, & vno congiurò di ammazzarmi, mà Dio, & il ſuo Santo Martire mi hanno ſempre liberato; la commozione, che fece in me la ſantità, e Marririo di queſto Beato Martire, fù parimente cagionata in altri Eretici, e di queſto io mi accorſi allora molto bene, mà non sò poi, come queſti cooperaſſero alla grazia riceuuta, partendomi Io da quei Paeſi.

§.18.
Periculum vitæ incurrit penes Hæreticos ob illius communicationẽ cum Miſſionario Capuccino.

§.19.
Perfectè in Fide Catholica inſtruitur, & Hæreſim eiurat.

§.20.
Aliæ perſecutiones Hæreticorũ aduerſus Teſtem

§.21.
Interna commotio in alijs Hæreticis ex S.D. Martyrio.

EX PROCESSV CVRIENSI APOSTOLICO.

Num.4.
Tertium Signum, ſiuè Miraculum Inſtantaneæ Extinctionis Incendij in Pago Vveiſſenthani exorti.

§. 1.
Combuſtio vnius Domus cum periculo manifeſto aliarum proximarum expreſſa circumſtantia temporis.

§. 2.
Magis diſtincta expoſitio eiuſdem Miraculi.

XLVII. *Teſtis Admodum Rev. Dominus Iacobus Neyer Sacerdos, & Parochus in Mels ætatis annorum 33. ſuper 5. Artic. Proc. fol. 297. dixit.*

Die vigeſima Maij in Vigilia Aſcenſionis Domini Noſtri præſentis huius Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſexti accidit, quod cum ego vna cum Rev. D. Chriſtiano Neyer Parocho in Flumbos, exiſterem in Pago Vveiſſenthani, vulgò ad Albam pinum, ſub diſtrictu Parochiali meo; tunc ex improuiſo Domum quandam in dicto Pago ſituatam flamma corripuerit, & quià ventus tunc temporis ſpirabat vehemens, idcircò decem aliæ Domus ibidem quaſi contiguæ, non ſolùm erant in maximo periculo combuſtionis, ſed remotior quædam ex delatis illuc fauillis incenſa, iam de facto in quampluribus, hoc eſt, vt poſtea enumeratione facta comperi, in triginta diſtinctis locis ardere cæperat. In tantis ergo nos omnes illic præſentes anguſtijs conſtituti, ſupra modum fuimus conſternati, nihilque aliud expectabamus, quàm totiùs dicti Pagi, & maximè præfatarum ſibi inuicem propè coniunctarum Ædium totalem deflagrationem.

Verumtamen ob merita, & Sanctitatem piæ memoriæ Serui

ui Dei, ac Martyris Patris Fidelis è Sigmaringa Capuccini ab imminenti illo, maximoque incendij periculo, miraculosè liberati fuimus.

§. 3.
Immiſſio ParticulæCinguli S.D. in ignem.

Ad impetrandum hoc Miraculum, talibus medijs vſus fui.

In primis exiguam quandam, quam mecum habui particulam de dicti Patris Fidelis Cingulo, in ignem inijciendo, neceſſitatem præſentem eidem dicto Patri Fideli commendaui, eo quo potui affectu. Subindè ſtatim allato ex Eccleſia ibidèm exiſtente Venerabili Altaris Sacramento, & antè Domum, quæ incendio flagrabat conſtitutus, ſic idem Venerabile Sacramentum imploraui, & ſum allocutus: *Chriſte Jeſu, ſi tuus fidelis Seruus Pater Fidelis coram te Sanctus eſt, & acceptus, eius nobis interuentione in præſenti neceſſitate ſuccurre, & extincto igne ſalua nos, & populum iſtum:* quo facto, ecce ſtatim, ac repentè ventus, qui verſus reliquas Domos ferebatur, & ſtatìm ſe ſe retrò conuertens flammas aliorſum ſecum duxit, & Domus igne correpta concidit, ac ſola exuſta eſt, reliquæ verò ſaluatæ fuerunt. Notandum porrò hìc etiam eſt, quod antequam Venerabile Sacramentum afferrem, ego particulam præfatam de Patris Fidelis Cingulo in ignem conijeci, neceſſitatem hanc præfatam eidem recommendans, quod equidem medium ideo proficuum futurum rebar, quià ante intellexi, quod ad eiuſdem inuocationem Oppido Mayenfeldenſi paritèr igne correpto, ſola Turris Caſtri, in qua quidem multùm pulueris tormentarij fuerat aſſeruatum, fuerit præſeruata. Scioque, quod etiam alij dicti Pagi incolæ hanc præſeruationem manifeſto miraculo adſcribant, quo Deus ob ſuffragia dicti Martyris Patris Fidelis Capuccini Pagum Vveiſſenthan ab incendio liberauit.

§. 4.
Delatio Sacroſanctæ Euchariſtiæ in conſpectu prædictæ Domus.

§. 5.
Inuocatio S.D.

§. 6.
Inſtantanea retroceſſio flammarum cum ruina prædictæ Domus, & præſeruatione reliquarum.

§. 7.
Motiuum implorationis Patrocinij S.D. ex ceſſatione Incendij Mayenfeldenſis.

§. 8.
Incendij Extinctio tributa Interceſſioni S.D.

XLVIII. *Teſtis Admodum Rev.D.Chriſtianus Neyer Sacerdot, & Parochus in Flume ætatis annorum 30. ſuper Articulis Proc. fol.299. dixit.*

Confirmo; eram enim præſens, & vidi, quod particulam quamdam de Patre Fidele in ignem conijecerit, & ipſe Ego comitatus fui Venerabile Sacramentum, ſtatimque qualiter illud alloquutus fuerit, ab illo audiui, & vidi, quod ventus vehemens, qui flammas incendij in reliquas Ædes deportabat, ſtatim, & incontinenti ſe retrorsùm vertit, & Domus, quæ ardebat, penitùs ſtatim concidit; & ſic reliqua omnia ab incendio ſaluata fuerint; quamuis de facto iam ignem aliquibus in locis concepiſſent. Contigit hoc in Vigilia Aſcenſionis Dominicæ Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto in Pago Vveiſſenthan. & tam ego, quam dictus Rev. Iacobus Neyer Parochus, quam etiam Incolæ dicti Pagi, quotquot incendio interfuerunt, indubitato Miraculo, quod Deus ad Inuocationem Beati Martyris Patris Fidelis Capuccini patrauit, huius Incendij liberationem adſcribimus.

§. 9.
ImmiſſioCinguli, et alia vt ſupra §.3. & 4.

§. 10.
Retroceſſio flammarum vt ſupra §. 6.

§. 11.
Tempus Incendij, & eius Extinctionis.

§. 12.
Incendij Extinctio tributa Interceſſioni S.D

Num.5.

Quartum Signum, ſiuè Miraculum ſubitæ Sanationis Inflammationis,ſiuè ſuſpicionis Cancrj in dextera Mamilla Sororis Ceciliæ Munſingerin Sanctimonialis.

§. 1.

Enarratio Dolorum in Mamilla dextra cum alijs ſymptomatibus

§. 2.

GrauitasDolorum cum intumeſcẽtia mamillę.

§. 2.

Rubor mamillæ, & timor Exulcerationis,ac manifeſtatio factaAbbatiſſæ.

§. 4.

Inuocatio S.D., & applicatio particulæ Habitus eiuſdem facta ex conſilio Abbatiſſæ.

EX PROCESSV CONSTANTIENSI APOSTOLICO.

LVI. *Teſtis Rev. Soror Cecilia Munſingerin Monialis Profeſſa Ordinis Ciſtercienſis in Monaſterio Beatæ Mariæ Virginis in Valle Liliorum ætatis annorum 23.ſuper Articulis Proc.fol.297. ter. dixit.*

Diebus quatuordecim ante nuper lapſum Feſtum S.Marię Magdalenæ, adeò magni, & intenſi dolores in dextra mamilla me corripuerant, itaut me halitum ducente, mox nimis acutum ſenſerim dolorem, multò verò magis noctu, quam de die affligebar, diebus verò decem, vel vndecim continuis, propter nimis acutas lancinationes, ante mediam noctem nullum omninò potui habere ſomnum, imò quamuis parum deindè obdormiuerim, non diuturnus tamen, ſed modicus omninò, & inquietus erat ſomnus ob magnam moleſtiam dolorum, qui in dies augebantur, ac creſcebant; itaùt quamuis interdum per mediam horulam dormiuerim, ſeù quieuerim, ſtatìm iterùm expergefacta fui, cumque iam integro octiduo hoc ità perduraſſet, doloreſque mamillæ ſemper creuiſſent, illa multum intumuit, & ob nimis acutos, quos patiebar dolores, tribus noctibus ante Feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ nullo modo ſomnum capere potui: ad hæc cum in peruigilio Feſti Sanctæ Mariæ Magdalenæ conſpexiſſem inſinuatam dexteram mamillam meam penitùs rubicundam effectam eſſe, egoque non aliud arbitrarer, quam quod illa exulceraretur, idcircò diutius rem hanc nolui ſilentio tegere, ſed Gratioſam Dominam meam Abbatiſſam accedens, illi afflictionem, neceſſitatemque meam dolens explicaui, ſimulque ad euitandum maiu s malum remedium aliquod petij, & precata ſum. Quæ cum dicto adhuc Veſperi ante Feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ neceſſitatem, ac defectum vberis ipſamet conſpexiſſet, me ſic affata eſt: En mea filia Cecilia, antequam naturale aliud medium, ſeù medicamentum adhibeamus, priùs ſpirituali medio vti volumus; dixitque, habeo particulam de Beatì Patris Fidelis Capuccini, & Martyris Habitu, quam mea Soror germana in Munſterlingen mihi honoris ergo donauit, illam in hunc finem tibi tradam, vt cum deuotione, ac firma fide ſuſcipias, illaque mamillam perlinias, ac deſuper ponas; hæc enim ipſa particula pluraiam mira effecit. Poſtquam ergo dicta mea Gratioſa Domina illo adhuc Veſperi præcedente Feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Reliquias eiuſmodi, ſeù particulam de Patris Fidelis glorioſæ memoriæ Habitu mihi tradidiſſet, ego hora actaua, antequam cubitum iui, Beatum Patrem Fidelem inuocaui, ac dictis Reliquijs meam dexteram, ac multùm tumeſcentem, & rubicundam mamillam firma fide, & bona deuotione, vti ſuffragijs Patris Fidelis bonæ recordationis mediantibus, iterum ſana efficerer, in forma Crucis liniui, ſeù tetigi, & poſtmodum, deſuper poſui.

Quam-

Quamprimùm id præſtiti, incontinenti omnis dolor receſſit, itaut mamilla, quam antea ſine ſenſu doloris tangere nequiui, inſinuata particula, ſeù Reliquijs poſtmodùm ſine vllo dolore in modum Crucis hinc indè delinire potuerim, imò non aliter res ſe habebat, ac ſi illis Reliquijs omnem prorsùs defectum vberis abſtergerem; cumque iam per tres noctes præcedentes numquam obdormiſſem, ſed inceſſantèr acutiem, ſeù lancinationem ſenſiſſem, per hanc integram noctem ab hora nonabenè, ac quietè obdormiui. Manè verò expergefacta, nullos ampliùs dolores, nec acutiem, ſeù lancinationem vllam in ſæpè repetita mamilla ſenſi, ſicut nec hactenus nunquam; neque minus eodem manè nec tumor, nec rubor amplius in vbere videri potuerunt. Hinc læta dicto mane illius diei Feſti Sanctæ Mariæ Magdalenæ Gratioſam Dominam meam Abbatiſſam acceſſi, ipſique indicaui, qualiter poſtquam heſterno adhuc Veſperi ſub octaua hora, dicto vberi meo datas Reliquias de Habitu Beati Patris Fidelis applicaſſem, omnis dolor incontinenti talitèr receſſerit, itaut nihil ampliùs ſenſerim, ſicuti neque nunc quidquam ſentio, placidè inſuper, ac benè per totam noctem obdormiuerim, nihilque ampliùs de tumore, ac rubore in dicta mea mamilla appareat. Poſtquam ergò præfata mea Gratioſa Domina hæc omnia læta ex me percepiſſet, me ſic affata eſt, ac admonuit, vt preces aliquas in gratiarum actionem Omnipotenti Deo, inque honorem dicti Patris Fidelis beatæ memoriæ funderem, quod etiam mox præſtiti, quindecim Myſteria, ſeù tria Beatæ Mariæ Virginis Roſaria orando, ſingulis etiam adhuc diebus in gratiarum actionem pro accepta Sanitate preces aliquas in honorem dicti Patris Fidelis glorioſæ memoriæ, cuius Interceſſioni, ac Sanctitati, poſt Deum, hunc effectum adſcribo, perſoluere ſoleo.

§. 5. *Inſtantanea ſanatio ſequuta poſt appplicationem ſupradictæ Reliquiæ.*

§. 6. *Continuatio in ceſſatione Dolorum, aliorumque ſymptomatum manè ſequenti agnita.*

§. 7. *Enarratio prodigioſæ Liberationis facta Abbatiſſæ.*

§. 8. *Conſilium ab eadem Abbatiſſa datum recitandi certas preces pro gratiarum actione.*

LVII. *Teſtis Admodum Rev. Mater Soror Magdalena Hoplerin Monialis Profeſſa in ſupradicto Monaſterio, & illius Abbatiſſa ætatis annorum 56. ſuper Articulis Proc. fol. 301. in fine dixit.*

Quod ſpectat Sororem Ceciliam Munſingerin, Profeſſam Monaſterij mei Dennikhon, id in primis teſtor, illam ipſam veſpere immediatè præcedenti Feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto in gradibus dicti mei Monaſterij ſubtriſtem omninò mihi occurriſſe, ibique à me petijſſe, vti eam audire, ſubſidioque eſſe vellem, inquiens, qualiter nimirum iam à quatuordecim diebus in dextero vbere magnos, ac tales dolores, & acutas lancinationes, præſertim verò vltimo iſto elapſo triduo, paſſa fuerit, itaut partìm inquietè, ac parum dormierit, partìm verò vltimis præcedentibus tribus noctibus omninò nullum ob dolores, & acutas lancinationes potuerit capere ſomnum: cumque inſuper dicta mamilla, non ſolùm multùm intumuerit, ſed etiam

§. 9. *Manifeſtatio Morbì facta per Patientem eidem Abbatiſſæ.*

a. 10. *Status eiuſdem Morbi tunc auditus, et agnitus ab eadem Abbbatiſſa.*

tota iam appareat rubicunda, & ipſa idcirò in magnis verſetur anguſtijs, ne fortè mamilla omninò exulceretur: itaque ſe rogare, vt illi conſilium dare, eamque iuuare velim ad præcauendum maius malum. Itaquè quantum neceſſitas exigebat, illam audiui, & examinaui; cumque ego ipſam conſpexiſſem, vera eſſe, quæ mihi de tumore, ac ruborem mamillæ ſuæ narrauit, hinc facilè ei fidem adhibui, quod nimirùm inteuſis doloribus torqueatur, & de facili maius aliquod, malum ſequi poſſit, niſi bonis medijs præcaueatur.

§.11.
Conſilium Abbatiſſæ applicandi Reliquiam S.D., & huius traditio ab ea facta.

Itaquè cum ſimul recordarer Reliquiarum, ſeù particulæ illius de Habitu Patris Fidelis Capuccini, & Beati Martyris, quæ à prædilecta mea Sorore in Munſterlingen mihi honoris ergo oblata fuit, & qua mediante, iam plura mira patrata fuerant circà alias perſonas, ægritudine laborantes, idcircò præfatam meam filiam ſpiritualem ſic alloquuta fui, vt tantum ſit benè conſolata, me eidem iſto adhuc veſpere aliquid Reliquiarum de dicto Patre Fidele beatæ recordationis largituram, quibus ſi bona cum deuotione, & fide firma erga Deum, & merita Patris Fidelis mamillam ſuam perliniat, & eaſdem mamillæ ſuperponat, fortaſſis, & ipſam ſine vllo alio medio adhibito naturali (quemadmodùm pluribus etiam alijs contigit) curandam fore: quibus dictis, eidem præfatam particulam de Patris Fidelis, ac Beati Martyris Habitu tradidi.

§.12.
Enarratio prodigioſæ ſanationis eidem Abbatiſſæ facta, & recognitio contemporanea.

Subſequenti ſtatim die feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ præfata Soror Cecilia ad me veniens mihi cum gaudio retulit, & indicauit; quomodò ſtatim, vbi heſteruo adhuc veſperi circà horam octauam traditas de Beati Martyris Patris Fidelis Habitu Reliquias malè affectæ mamillæ applicaſſet, illamque in forma Crucis perliniuiſſet, & eidem illas ſuperpoſuiſſet, omnis dolor, & acutæ lanciuationes talitèr ſubitò receſſerint, ac ſi omnia fuiſſent abſterſa, ſe quoque ab hora nona per totam noctem benè, ac quietè dormiuiſſe, omnem inſuper tumorem, ac ruborem vberis diſparuiſſe, nulloſque ampliùs ſe in illo ſentire dolores. Hæc non ſolum cum gaudio ex ipſa audiui, verum etiam egomet in veritate vidi, quod magnus ille tumor, ac rubor, quos præcedente veſpere iu ſæpe repetito dextero vbere habuit, omninò receſſerant. Nec aliud ſcio, quam dictam Ceciliam hactenus nullos ampliùs dolores in mamilla ſenſiſſe, verùm ſemper ſanam, ac ſoſpitem, vti modò eſt, extitiſſe. Ideò cum ſolummodò ipſa per contactum, ſeù applicationem Reliquiarum de Habitu Patris Fidelis bonæ memoriæ, tam ſubito curata fuerit, ſine vllo allo adhibito naturali medio, ipſam Ceciliam Munſingerin adhortata ſum, vti beneficium iſtud, debita cum gratitudine recognoſcens dilecto Deo pro gratiarum actione, etiam ſub ſpeciali honore Patris Fidelis preces aliquas deuotè offerat.

§.13.
Conſilium ab eadem Abbatiſſa præſtitum recitandi certas preces in honorem S. D. pro gratiarum actione.

LVIII. *Teſtis Admodum Reu. Soror Maria Salome Schmedin Monialis Profeſſa in ſupradicto Monaſterio ætatis annorum 26. ſuper Articulis Proc. fol. 304. ad finem dixit.*

De

§.14. *DoloresPatientis agniti ex eius Conqueſtionibus, & alijs externis ſignis.*

De Sorore mea Spitituali Cecilia Munſingerin, quæ etiam Profeſſa Monaſterij Deunikhon exiſtit, & cum qua perpetuò habito, id mihi benè, ac probè cognitum eſt, illam per quatuordecim dies ante Feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ iſtius curtentis milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſexti anni, multùm, & in dies magis, magiſque conqueſtam fuiſſe ob malè affectam dexteram ſuam mamillam: per exteriora etiam ſigna morum, & loquelam aduerti poterat, magnis illam premi doloribus, imò ſicuti ipſamet dixit, ob nimis pænales lancinationes parùm tantùm, & cum magna moleſtia noctu dormire potuit; cumquè vltimò, & iam proximè

§.15. *GrauitasMorbi ex Intumeſcentia, & rubore Mamillæ.*

antè Feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, mamilla mirum in modum intumuerit, rubicundaque effecta ſit, quemadmodum ex ipſa intellexi, ac ego ſpectaui, hinc multum fuit ſolicita, ne forte mamilla eiuſmodi omninò exulceraretur, ipſa Cecilia veſpere immediatè præcedente Feſtum Sanctæ

§.16. *Conſilium Abbatiſſæ, necnon traditio vt ſupra §.8., & 11.*

Mariæ Magdalenæ noſtram Dominam Abbatiſſam adiuit, neceſſitatemque ſuam eidem explicans, conſilium, ac remedium aliquod poſtulauit. Iſtud quoque ex præfata Gratioſa Domina mea audiui, quod adhuc veſpertino illo tempore particulam (quam ſæpius vidi) de Habitu Beati Martyris Patris Fidelis Capuccini, quia Rhætis hæreticis crudeliter trucidatus fuit, prouenientem, eidem hunc in finem tradiderit, vti illas Reliquias Ægræ Mamillæ applicaret, ſeù ſuperponeret: cum enim ante hac plura iam effecerit mira, fortaſſis, & ipſam à Deo per merita Fidelis Serui ſui, ac Martyris Patris Fidelis ſanitatem impetraturam eſſe.

§.17. *Status Morbi veſpere antecedenti Feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ.*

Quod etiam poſtmodum euenit, quamuis enim tam ego ipſa, quam aliæ Sorores, & in primis Domina Abbatiſſa tempore adhuc veſpertino præcedenti ſolemnitatem Sanctæ Mariæ Magdalenæ dictæ Sororis Ceciliæ Munſingerin mamillam conſpexerimus grauitèr tumeſcentem, ac inde eam multùm cruciari, & affligi, ſolicitæque inſuper fuerimus, ne peius, ſeù grauius aliquod incurrat periculum; attamen ego, & aliæ pariter ſubſequenti die feſto ipſam

§.18. *Recognitio prodigioſæ Liberationis.*

ſoſpitem, ac incolumem vidimus, & quod magnus tumor in vbere omninò diſparuerit, conſpeximus. Et quandoquidem ipſa Cecilia ſeriò affirmauit, nulla omninò alia re ſe vſam fuiſſe, niſi tantum applicatione inſinuatæ particulæ de Habitu Beati Patris Fidelis, itaquè meritò vna cum alijs ob tam ſubitam, ac repentinam ſanitatis reſtitutionem

§.19. *Eadem Liberatio meritis S.D.adſcripta.*

multum mirata fui, & obſtupui. Hinc etiam factum iſtud Sanctitati, & meritis ſæpè repetiti Beati Patris Fidelis attribuo, & hoc eo maiori iure, cum hæc ipſa particula, ſeù Reliquiæ de Habitu plura iam eiuſmodi mira, vt ex Gratioſa Domina Abbatiſſa intellexi, circà alias perſonas effecerit.

EX PROCESSV CVRIENSI APOSTOLICO.

Num.6.

Quintum ſignum ſiuè Miraculum ſubitaneæ reſtitutionis Oculi ferè omninò deperditi in perſona Infantis Pauli Franciſci Papuſſin.

§. 1.
Grauitas Morbi, & Iudicium ſuper miraculo.

XLVI. *Teſtis Nobilis, & Clariſſimus Dominus Hieremias Berger Medicinæ Doctor ætatis annorum 30. ſuper Articulis Proceſſ. fol.371. ter. dixit.*

Ad prædictum Infantulum Dominæ Euphroſinæ PapuſſinVeldkirchij ipſe ego anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo auerſitus, ocellum eius penitùs diffluere, atque de eo iam iam actum eſſe ratus, medicamenta fruſtra adhibenda eſſe dui, adeoque Infantis affectum veluti incurabilem non tetigi. Cur proindè ſubſequutum ſanitatis effectum Miraculo non abſcribamus, non video.

LXV. *Teſtis Domina Euphroſina Papuſſin Veldkirchij ætatis annorum 29. ſuper 5. Artic. Proc. fol.341. ter. dixit.*

§. 2.
Expoſitio Morbi in Oculo, eiuſque duratio.

Quod prædictus Seruus Dei Fidelis apud Deum Omnipotentem poſt ſuum Martyrium in Cœlo poſſit, colligo ex hoc. Prima die Martij anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, cum Infantem peperiſſem, nomine Paulum Franciſcum, poſt tres dies verò eiuſdem filij oculus vnus cæpit fluere, & omninò obduci pellicula cùm deformitate magna, neque vllum dabat ſignnm, quod illo oculo quandoque viſurus eſſet: quo in defectu per ſpatium ſeptem hebdomadarum continuauit; ego quidem varia adhibui remedia, & vndique conſilia exquiſiui; cum verò ea nihil profuiſſent, ſed in deteriùs res euaſiſſent, ego votum feci, Infantem meum ad Templom Capuccinorum ad Sacrum eiuſdem Patris Fidelis Caput in Eccleſiam Capuccinorum portandi preces ibidem fundendi, eiuſque Martyrij diem quotannis toto vitæ meæ tempore feſtinalitèr peragendi. Hinc præfata eius Martyrij die, Infante accepto, ad Templum foras Capuccinorum veni, vbi aliquantulum ceræ cum velamine viridi holloſerico obtuli, & preces meas, Confeſſione, & Sacra Communione peracta, fudi, meum etiam aureolum nuptiale obtuliſſem, ſi Capuccini illud acceptaſſent. Quo facto, ſtatim Infans cæpit conualeſcere, & viſum recipere in prædicto ocello, & talitèr omninò conualuit, vt nunc ipſi in eodem nihil omninò deſit, ſicuti ad oculum euidentèr patet.

§. 3.
Inutilis remediorum applicatio.

§. 4.
Emiſſio Voti in honorem S.D.

§. 5.
Implementum Voti.

§. 6.
Inſtantanea ſanatio.

LXXII. *Teſtis Nobilis Matrona Domina Veronica Griſſin Veldkirchij ætatis annorum 54. ſuper Articulis Proc. fol.354. tergo dixit.*

§. 7.
Expoſitio Morbi in Oculo.

Quod attinet ad Paulum Franciſcum filium Euphroſinæ Papuſſin filiæ meæ, verum eſt, quod poſtquam dictum Infantem mea filia, anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo in menſe Martij genuit, ego & plures aliæ Perſonæ paucis poſt Partum diebus, euidenter animaduertimus, Infanti non ſolùm in dextero ocello pelliculam ſuccreſcere incæpiſſe, & obduci. Verum etiam ego, & alij quaſi foramen in eodem vidimus oculo, ideòque eramus in anguſtijs, & curis magnis, ne fortè oculus ille deflueret; quemadmo-

§. 8.
Exiſtentia foraminis in dicto Oculo, & ſtatus Morbi deſperatus.

dùm

dùm ab alijs etiam, & præſertim ex altera mea filia Catharina intellexi, Dominum Doctorem Bergerum Medicum huius Ciuitatis, Infante nimirùm inſpecto, timuiſſe ne oculo priuaretur. Poſtmodum autem talitèr creuit morbus, vt dictus Infans, quantum ego capere, & colligere poſſum (quemadmodum Dominus illius parens, ac etiam Auus vno oculorum ſunt priuati, vnde & Puer morbo hæreditario laborabat) ita factus fuiſſet, in vno ocello omninò cæcus, niſi medijs ſupernaturalibus fuiſſet curatus. Nimirùm, prout mihi præfata mea filia Euphroſina narrauit, ſeptem poſt elapſas ſeptimanas, cum res ſeſe peſſimè haberent, ſpeciale votum fecit, Infantem, & quidem eadem ipſa die, qua Pater Fidelis Martyrio affectus fuit, nimirùm vigeſimo quarto Aprilis ad Templum Capuccinorum deportandi, & quidem in Sacellum, vbi Beati Patris Fidelis Caput aſſeruatur vna cum promiſſione diem Martyrij illius anniuerſarium diligentèr celebrandi. Poſt hæc & peracta dictæ filiæ meæ Oratione, ac Beati Patris Fidelis inuocatione, cum Puer magna omnium admiratione talitèr melius habere cæpit, vt hodierna quoque die, nec vllus quidem in eius vſu defectus apparet, ſed benè, & perfectè videat, totuſque ſanus exiſtat.

§. 9. *Qualitas Morbi hæreditarij.*

§. 10. *Duratio Morbi.*

§. 11. *Emiſſio Voti.*

§. 12. *Inſtantanea Sanatio.*

LXXIII. *Teſtis D. Anna Barbara à Broſowalden. ætatis annorum 45. ſuper Articulis Proc. fol. 356. ter. dixit.*

Cùm anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo menſe Martij paulò poſt partum Dominæ Euphroſinæ Papuſſin ad Puerulum Paulum Franciſcum inſpiciendum rogata eſſem, vidi eiuſdem Infantis dexterum oculum malè adeò lippientem, & craſſa pellicula obductum eſſe, vt mihi magis diſplicere non poſſet, & quia iudicaueram fore, vt Infans eodem obcæcaretur, Doctorem, ſeù Medicum conſulendum cenſui. Poſtmodùm ſecunda vice, poſt lapſos circiter quatuordecim dies, cum ad Matrem & Infantem veniſſem, deprænendi in deteriùs, & periculoſiùs rem ceſſiſſe, licèt Matri bona quædam media propoſuerim, veluti aquam de Celidonia maiori, & Verbena &c. attamen conſiderando Mater, quod eiuſmodi ocelli pupilla rupturam, ſeù foramen habere videretur, ſimilibus vti noluit: ſed dixit, ſe velle Infantem Beato Martyri Patri Fedeli Capuccino deuouere, & commendare; & poſtquam ſæpedictus Infans, tali voto, vti ab ipſa Matre intellexi, adimpleto, talitèr ſanatus fuerit, vt nullus ampliùs defectus, proùt ego etiam obſeruaui, in eius viſu appareat. Itaque aliud credere non poſſum, quam quod iſtud per dicti Patris Fidelis beatæ memoriæ ſuffragium acciderit, quod miraculum indè maius eſſe videtur, quia Infans hæreditario defectu, ſeù morbo laborabat, nam eius Pater, & Auus vno etiam oculo deſtituti ſunt.

§. 13. *Expoſitio Morbi in Oculo.*

§. 14. *Grauitas eiuſdem Morbi.*

§. 15. *Exiſtentia Foraminis in Oculo.*

§. 16. *Emiſſio Voti vt ſupra §. 4. & 11. de auditu.*

§. 17. *Inſtantanea Sanatio vt ſupra §. 6. & 12.*

§. 18. *Qualitas Morbi hæreditarij.*

EX PROCESSV CVRIENSI APOSTOLICO

Num.7.
Sextum ſignum, ſiuè Miraculum liberationis Annæ filiæ Catharinæ Knupfflerin à ſpiritibus immundis.

§. 1.
Teſtem è partu leuans mulicrcula maleficio affecit.

§. 2.
Notitia facti maleficij habita poſt ſexto ætaſis anno, at inutilis Exorciſmorum vſus.

§. 3.
Sacram Eucbariſtiam prima vice ſumẽs vix deglutire potuit, quæ difficultas ſucceſſiuè pariter contigit.

LXXXVIII. *Teſtis D. Catharina Kanupfflerin Veldkirchienſis ætatis annorum 36. Super 5. Artic. Proc. fol. 409. dixit.*

Mihi Anna Fritſcherin Mater mea in Schiuitz rerulit, me à Muliere quadam Menta dicta, dum poſt partum à dicta Matre mea in lucem edira fui, exceptam fuiſſe, quandoquidem runc temporis eopiam iuratæ Obſtetrieis habere nequiuerit. Inſinuatam verò mulierculam quinque poſt annis, cum genita extiti in earcere, quo concluſa à Magiſtratu, ceu venefica detinebatur, faſſam eſſe, ſe Diabolo me deuouiſſe, quem malignum ſpiritum mox etiam in cocto pulmento mihi deuorandum porrexit. Et hæc ex præfata mea Matre, dum ſextum ætaris annum agerem, intellexi, quo tempore etiam per adhibitos mihi Exorciſmos facilè colligi potuit, me à malignis, ſcilicet ſpiritibus obſeſſam teneri. Antè hac verò Mater mea nihil vnquam de hac re propalauit, cum nequè ipſa, neque alij hominum aduerrerint, me energumenam exiſtere. Poſtquam verò in Schuuitz duodeeim iam annorum exiſtens, prima vice Venerabile Altaris Sacramentum ſuſcepi, videbatur mihi impoſſibile, vt illud deglutirem. Et hanc difficultatem ſemper poſtmodùm ſenſi, itaùt ſemper nauſeabunda vomitum timuerim, quem tamen, ſed ægrè continui, vt nunquam ſeeutus fuerit.

§. 4.
Eremum B. Virginis viſitans peccata confiteri non potuit.

Cum verò poſt decimumſextum ætaris meæ annum peregrinationem ad Eremum Beatæ Mariæ Virginis inſtituiſſem, illìc Domino Patri Beroldinger peeeata mea confiteri cupiens, eadem proferre nequiui, eo quod lingua mea quaſi ligata detinebatur. Quod cum præfatus Confeſſarius aduertiſſet, me ad partem in Cappella Sanctæ Mariæ Magdalenæ ſecum perduxit, vbi multas preces pro ſalute mea ad Deum effudit, variaſque applicauit Reliqnias. Poſtquam verò nihil ſe efficere poſſe vidit, idcircò illa vice abſqnè peracta Confeſſione, ac Communione Sacramentali Domum redij: cùm maximè, ab eo tempore graui, moleſtaque vexaretur tentatione diabolica, vel me ipſam, vel Matrem meam (quam aliàs ſemper intenſo amore proſecuta fui] vita priuandi. Idcircò breui poſt rursùs ad dictum Eremum peregrinatum iui, & poſtquam à ſuprainſinuato Patre Beroldinger exorcizata fui, tantùm illo tempore effecit, vt ritè peracta peeeatorum meorum Confeſſione, abſolutioneqne accepta, Sacro Altaris Sacramento me refici quoque curauit: quotieſcumque verò Saerum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſi, illud difficultèr effieere, & deglutire potui, ſemperqne diù poſt ſumptionem non aliter mihi erat, quàm ſi Hoſtiam Saeram à me depellere, & euomere deberem; & qnià nihilominùs adhùc illa tentatione diabolica continuè affligi conſueui, me ſcilieèt, aut Matrem propriam occidendi, ideò ſingulis ferè ſeptimanis ad Eremum Beatæ Mariæ Virginis ex ſingulari deuotione me contuli; quam conſuetudinem con-

§. 5.
Grauis tentatio ſeipsã, vel propriam Matrem occidendi.

§. 6.
Eamdem Eremum poſtea frequentans in Sacra Euchariſtia perceptione alias difficultes Teſtis experta eſt.

§. 7.
Supradicta tentatio.

continuaui vſquèdum ſeptem ante annos circiter Abbatis cellam, illic domicilium figendo, tranſmigraui.

§. 8.

Iudicium ſuper veritate Dæmoniacæ obſeſſionis; & conſilium præſtitum ſuper naturalium medicamentorum dimiſſione.

Me verè energumenam tunc fuiſſe, ſæpefatus Pater Beroldinger primùm tranſactis duobus annis, quibus, vt ſupradictum eſt, ei confiteri cæpi, indicauit: conſuluitque, cum hactenus ſat, ſufficientèrque experta fuerim naturalia media, ſeù medicamenta Doctorum, nullum effectum præſtare potuiſſe, ideò ſpiritualia in poſterum vſurparem media, & Dilectæ Dominæ Noſtrę Virginis Marię ſubſidium deuotiſſimè implorarem.

§. 9.

Impotentia Teſtis ſumendi paratos cibos diebus feſtis ſolemnioribus.

Sæpiùs accidit, præcipuè verò ſolemnioribus quibuſuis occurrentibus feſtis, quod quamuis ſufficienti ratione prædita eſſem, & paratos cibos comedere vellem, non tamen poteram, quià malignus ſpiritus mihi os, gutturque meum in tantum conſtrigebat, vt per plures dies nullo humano, ſeù naturali cibo me refocillare potuerim: attamèn ſi vel calx è muris, vel arena è riuis habere potui, iſta deuorare debui, inſtar boni edulij.

§. 10.

Profectio ad Religiosū Ordinis S. Galli, necnon visitatio Sepulchri S. Caroli, cum vſu Exorciſmorum inutili.

Poſtquam experta fui, me neque in Eremo Beatæ Mariæ Virginis, mediante præfato Patre Beroldinger, nequè etiam Roſchachij adhibitis Exorciſmis à Patre Nockero Buſſi Profeſſo è Monaſterio Sancti Galli Ordinis Diui Benedicti curari potuiſſe, hinc peregrinationem voui ad Sepulctum Sancti Caroli Borromei miraculis clari, & Mediolanum versùs ad dictum Sepulcri locum Sancti Caroli iter arripui. Quò magnis cum laboribus, patentibuſque litteris, quibus miſerrimus meus ſtatus deſcriptus continebatur, cum eueniſſem, vnus quidam Pater è Societate Ieſu, me vna cum alijs duodecim energumenis per decem continuos dies exorcizauit; quià verò ibidem liberari non potui, idcircò Abbatiſcellam rediens, ibi grauiter à malignis illis ſpiritibus vexata permanſi.

§. 11.

Audita fama quoad Martyrium S.D. Teſtis ſpem concepit liberationis conſequendæ illius meritis.

Contigit demùm, vt ad aures meas perueniret fama Sanctitatis glorioſæ memoriæ Patris Fidelis Cappuccini; qui ab Hæreticis martyrizatus dicebatur, & ſimul etiam fama Miraculorum, quæ ob merita eiuſdem Serui Dei fiebant, quod cùm cognouiſſem, concepi magnam, & firmam ſpem, ſi auxilio aliorum Veldkirchium, vbi aſſeruatur Caput dicti Beati Martyris, deduci poſſem, me ibidèm meritis, ac ſuffragijs dicti Patris Fidelis, quem ideò ſæpiùs iam deuotiſſimè inuocaueram, ab iniqua Dęmonum poſſeſſione, afflictioneque calamitoſa liberandum fore. Itaquè Veldkirchium tandèm deducta fui, & quamuis tàm in itinere, quàm ibidem Veldkirchij, ſępè à malignis ſpiritibus horrendum in modum crudelitèr exagitata fuerim: *intereà nihilominùs tantam etiam gratiam recepi, vt per ſex illos dies, quibus menſe Ianuarij anno milleſimo ſexconteſimo vigeſimooctauo Veldkirchij ob id verſata fui, tunc plurіès mentis meæ compos, & benè mihi præſens orauerim ante Cappellam in Eccleſia Patrum Capuccinorum, in qua Caput dicti Patris Fidelis beatæ memoriæ aſſeruatur, vbi eiuſdem Serui Dei opem, deuotione qua potui*

§. 12.

Veldkirchium Teſtis adducta fuit, ibique in Eccleſia Patrum Capuccinorum preces fudit.

Digitized by Google

tui inuocaui. Cumque hanc orationem, & deuotionem meam per ſex dies continuaſſem, ecce in ſexto die, qui fuit vigeſimus ſeptimus dicti menſis Ianuarij, ſuffragantibus meritis, & interceſſione ſæpedicti P.Fidelis glorioſæ recordationis,ita curata, & à Dæmonibus liberata effecta fui, vt hactenùs Deo, ſint laudes,numquam ampliùs à maledictis ſpiritibus neque in corpore, neque grauibus illis ſuprà inſinuatis tentationibus vexata fuerim,ſemper inſuper hactenùs quietum capere ſomnum, cibos,potumque ſumere, ſinè moleſtia orare, confiteri, ac communicare valui, liberationem itaquè hanc, ſanitatemque optatiſſimã, nulli alij poſt Deum, quàm fideli patrocinio, ac meritis feliciſſimæ recordationis præfati Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis attribuo.

§. 13. Poſt dictas preces ibidem manens liberationem obtinuit cum perſeuerantia.

§. 14. Eadem liberatio interceſſioni S.D.adſcripta.

LXXXIX. *Teſtis Illuſtriſſimus D. Bertholdus Kroll Senator Veldkirchij ætatis annorum* 44. *ſuper* 5. *Articulo Proceſſ. fol.*414. *dixit*.

§.15. Receſſus Puellæ ad Ecclesiam PP.Capuccinorum Veldkirchij, & imploratio Patrocinij S.D.

Optimè recordor, quod hoc anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo in menſe Ianuario fama percrebuit in Vrbe noſtra Veldkirchij, quod die circiter vigeſimaſecunda eiuſdem menſis Mulier quædam nomine Catharina Kynpfleijn ex Abbatiſcella Veldkirchium adducta fuerat ad venerandas Reliquias Serui Dei, ac Martyris piæ memoriæ Patris Fidelis à Sigmaringa Capuccini, ea ſpe, vt ob merita, & patrocinium eiuſdem Beati Martyris liberaretur à Dæmonum obſeſſione, quam tunc patiebatur, ſequentibus diebus vigeſimaquinta, vigeſimaſexa, & vigeſimaſeptima eiuſdem menſis Ianuarij, ego ipſemet vidi præfatam Catharinam Knypfleein in Eccleſia Patrum Capuecinorum Veldkirchij, vbi Mulier illa ſuam deuotionem continuabat ad Reliquias dicti Serui Dei, vt eius patrocinio liberari poſſet, prout de facto liberata fuit; cùm enim perſeueraſſet in ſua deuotione, & viſitatione præfatarum Reliquiarum vſque ad prædictam diem vigeſimamſeptimam Ianuarij, tunc plenam liberationem mirabiliter conſecuta eſt.

§.16. Miræ Puellę liberatio.

§.17. Immanes corporis puellæ agitationes.

Ego tunc præſens aderam, & vidi quod cum Dęmones, qui eam adhuc obſidebant, nimis torquerentur, ob præſentiam Reliquiarum dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis, nec vlteriùs ferre poſſent fidem, & deuotionem inuocantium merita, & patrocinium eiuſdem Beati Martyris, tunc crudelitèr exagitare cæperunt miſeram illam mulierem, itaut quatuor Viri vix illam continere potuerint. Et ecce mox eadem Catharina Knypflein deformem quandam, & rubiginoſam clauem ciiccre viſa eſt, quæ clauis in terra cecidit, & vſque tunc Veldkirchij aſſeruatur, quo facto, ceſſauit omnis vexatio, & eadem Catharina ad ſe reuerſa,veluti reuiuiſcere viſa eſt. Et ſic plenam, & perfectam ſanitatem, ac liberationem conſequuta eſt.

§.18. Eiectio rubiginoſę clauis, ac perfecta liberatio.

*Et infra fol.*415.

§.19. Supradictæ Corporis agitationes.

Ego optimè vidi, & aduerti varios, & diros cruciatus, quos miſera illa patiebatur, qui adeò violenti, inconditi, & præternaturales erant, vt meo iudicio non potuerint eſſe, niſi

à Dæ-

à Dæmonibus illam obſidentibus. Idem manifeſtè colligebatur ex locutionibus quibuſdam, quas per os Energumenæ ijdem Dæmones efformabant, manifeſtantes ea, quæ eodem tempore alibi in locis abſentibus fiebant, prout ego ipſe audiui ex ore dictæ Energumenæ, & poſteà ex litteris mihi tranſmiſſis, ità, proùt Dæmones dixerant, contigiſſe deprehendi. *§.20. Manifeſtatio rerum incognitarum.*

Et infrà ibidem in fine.

A die illa vigeſimaſeptima Ianuarij vſquè in præſens frequentèr vidi eamdem Catharinam, & meo iudicio reuerà liberata, & ſanata fuit, liberaque, & ſana præſeruata, nullum enim contrarium ſignum apparet. Hanc liberationem cenſeo fuiſſe, ac eſſe miraculoſam, firmitèr credo, ac teneo, quod Deus ità miraculosè dictam Catharinam ſanauerit, ac liberauerit ob merita, & patrocinium dicti piæ memoriæ Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis à Sigmacingæ Capuccini. Et hæc eſt etiam communis opinio, & publica vox, & fama, quæ apud Conciues noſtros Veldkirch.enſes habita ſuperindè fuit, ac de præſenti habetur, & tenetur. *§.21. Perſeuerantia in liberatione. §.21. Prodigioſa liberatio S.D. patrocinio tributa.*

XC. *Teſtis D. Iacobus Suter Ciuis Abbatiſcellenſis ætatis annorum 34. ſuper 5. Artic. Proc. fol. 416. ter. dixit.*

Dictam Catharinam Knypflerin noui ab illo tempore, quandò decimum circiter ætatis ſuæ annum egit: aliquotiès enim ex Schiſſit ad viſitandos Parentes meos tamquam conſanguinea ventitabat, me per ſigna quædam tunc temporis illam à malignis ſpiritibus obſeſſam teneri, ſe quidquam hac de re inaudijſſe mihi non conſtat. Ego primum à ſeptem vltimis annis, & quidem ſtatìm, ac mox cum ipſa ex Scheritz Abbatiſcellam habitandi cauſa migrauit, ex communi ſparſa fama intellexi, ipſam nimirùm Euergumenam exiſtere: & hoc idcircò, quod dum in lucem à Matre parturiente ederetur, illam in abſentia Obſtetricis iuratæ mala quædam mulier exceperit, quæ illam in nomine Diaboli deuouit. *§.23. Veritas, & origo Dæmoniacæ obſeſſionis ex communi fama.*

Aliàs benè mihi conſtat, & certo ſcio præfatam Catharinam à tribus iam annis elapſis tum à me, tum ab omnibus alijs pariter, qui eam obſeruarunt pro Energumena habitam eſſe. Et illa quidem vt ego etiam vidi, multotiès à malignis ſpiritibus adeò crudeliter exagitata fuit, vt facies illius, & collum in tantum intumuerit, itaùt nequè verbum vnicum ampliùs proferre potuerit: ex alijs quoque intellexi, dictam Catharinam miro modo deformem ſæpius, ac turbulentam ſe exhibuiſſe, cùm apud Patres Capuccinos confeſſa eſt, & Sacra Communione refecta. Poſtquam verò ego vna cum pluribus alijs ex ſæpe nominata Catharina percepiſſemus, ſingulari illam deſiderio moueri ergà locum Veldkirchienſem, vbi aſſeruatur Caput Serui Dei bonæ memoriæ Patris Fidelis Capuccini, qui ab hæreticis martyrizatus fuit; ea ſcilicet ſpe ibidem mediantibus ſuffragijs, & meritis dicti Patris Fidelis, liberandam ſe fore ab iniqua Dæmonum poſſeſſione; itaque ego, & ſimul Hieronymus Hir- *§.24. Crudeles Corporis Puellæ agitationes. §.25. Spes liberationis per Puellam concepta, necnon iter vna cum Teſte Veldkirchium verſus ſuſceptum.*

 ſchi

ſchi à Magiſtratu Abbatiſcellenſi requiſiti fuimus, vt prædictam Catharinam in nomine Domini Veldkirchium deducendam ſuſciperemus: quod etiam præſtitimus in menſe Ianuarij anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi octaui. Cum dicta Catharina cerneret ſEquo ſe imponi, ac Veldkirchium versùs iter ſibi eſſe faciendum, tunc mirum in modum horribilitèr recalcitrauit, vt difficulter ſuper equum collocari, & colligari potuerit. Quo facto, in itinere quidem ſatis morigeram ſe geſſit, at cum in veterem Ciuitatem (qui locus per mediam circitèr horam Veldkirchio diſtat) perueniſſemus, tùnc illa adeò furibundam, terribilemqæ ſeſe exhibuit, vt & ego, & ſocius meus Hieronymus Hirſchi aliud arbitrati non fuerimus, quàm ipſam Catharinam vna cum equo perituram eſſe. Cum itaquè maximis laboribus ad Monaſterium Patrum Capucinorum deueniſſemus, illa horrendum in modum deſæuijt, quemadmodum etiàm in vis indeſinentèr ex loco veteris Ciuitaris Veldkirchium vſquè pænitùs inſtar furibundæ ſe geſſit, itaùt qui etiàm procul eam in itinere tranſeuntem ſpectauerant, aufugerint. Poſtera die ad Eccleſiam Patrum Capuccinorum Veldkirchij venimus, illamque ex equo leuatam depoſuimus; ſed nullo modo volebat in Eccleſiam ingredi. Saltabat, vt fugeret, & cum fugere non poſſet, frenum adeò fortiter, & indignabunda apprehendit, ac renuit, vt digitos eiuſdem conſtrictos vix aperire valuerimus. Poſtmodùm cum in Eccleſiam à nobis deducta, & in ſcamnum aliquod collocata extitit, in primis quidem præſentium Matronarum veſtes deprehendit, dicta verò cum à Sacerdote vocaretur, vt ibi in Eccleſia ad Confeſſionem Sacramentalem accederet, mox diabolica illa vexatio ſedata eſt, itaut Catherina prædicta ad Confeſſionale quieta acceſſerir, ibique Confeſſionem ſuam abſque illa deformi exagiratione perfecerit. Indè tùm illa, tum ego, tum alij præſentes venimus ad Cappellam Lateralem eiuſdem Eccleſiæ, vbi Caput dicti Serui Dei Patris Fidelis Capuccini requieſcit, ibique merita, & interceſſionem eiuſdem Serui Dei, ac Martyris implorauimus pro liberatione dictæ Catharinæ. Quam orationem ſequentibus diebus Dominico, & Lunæ continuauimus, & quantum ego aduertere potui, quomagis orationem, & deuotionem noſtram continuabamus, eo magis Dœmonum vis imminuebatur, itàut per os Energumenæ loquens Dæmon conquereretur, ac diceret, ſe nimium torqueri, ac vti à dicto Serno Dei Parre Fidele, contra quem idcircò nimium indignabatur, & interdùm etiam dixit, ſe iam mulros ex Socijs ſuis amiſiſſe. Et de facto cum adhuc antè Reliquias dicti Patris Fidelis in eadem Eccleſia Capuccinorum Veldkirchij orationem, & deuotionem noſtram continuaremus, cum per aliquod ſpatium temporis præfatam Catherinam Dæmones crudeliter exagitaſſent, mox ceſſante vexamine, Diabolus reddidit primum maleficium, fiſtulam ſcilicet ligneam, quæ miro modo à corpore

§.26. *Enarratio exagitationum, quas in itinere perpeſſa eſt.*

§. 27. *Aliæ agitationes in Eccleſia Patrum Capuccinorum.*

§. 28. *Imploratio patrocinii S.D.in eadem Eccleſia expleta cum liberationis inchoatione.*

§. 29. *Inſtrumenti prioris maleficii per Dæmonem facta redditio.*

re dictæ Catherinæ in terram cecidit; verumtamen nec dum præfata Catherina plenè libera remanſit. Ego autem die Martij proximè ſequenti Abbatiſcellam demùm redij, & eamdem Catherinam VeldKirchij reliqui, donec perfectè liberaretur. Ac primum poſt ab alijs mihi relatum fuit, quod die Iouis proximè ſequenti, quæ fuit dies vigeſimaſeptima Ianuarij anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimooctauo prædicta Catherina omninò libera à Dęmonibus effecta eſſet, & hoc ob merita, & interceſſionem dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis Capuccini. Poſtmodùm eamdem Catherinam, iterùm, & ſæpiùs vidi. Et quantum aduertere potui, reuera incolumis eſt, & plenè liberata; & ego quoque hanc miraculoſam, ſiuè ſupernaturalem ſanitatem, ac liberationem adſcribo meritis, & interceſſioni dicti Patris Fidelis, quem pro indubitato Viro Sancto, ac Martyre Dei habeo, exiſtimo, & piè colo. In qua opinione ſimiliter apud Catholicos Abbatiſcellæ verſatur.

§. 30. Perfecta liberatio cum perſeuerantia de auditu, & viſu reſpectiuè.

§. 31. Prodigioſa liberatio S. D. meritis adſcripta.

XCI. *Teſtis D. Hieronymus Hyrſchi Ciuis Abbatiſcellenſis ætatis annorum 39. ſuper 5. artic. Proc. fol. 420. dixit.*

A duobus circiter annis, poſtquam ab Italia redij, de dicta Catherina Knypflerin notitiam habere cæpi, & hoc indè, quia ipſa mecum per tresdecim hebdomadas, vna in Domo, ſiuè eodem ſub tecto habitauit. Primis quidem ſex ſeptimanis aliud non aduerti, niſi quod ſatis quietam, & pacatam ſeſe monſtrarit: poſtmodùm verò, adueniente Sacri Aduentus tempore, adeò turbulenta, ac furibunda reddita fuit, vt ſpatio quinque hebdomadarum nullum potuerit adire Templum; Vndè Patres Capuccini ferè ſingulis diebus ad ipſam euocati ſunt, vt illi ob graues, quas patiebatur, tentationes ſuccurrerent, ſpectaui inſuper ſæpiùs, quod infrà octauum integrum, non tantam cibi, ac potus ſumpſerit quantitatem, quanta alicui homini, vel pro vnica vice ſufficeret, & quidem paruam illam quantitatem cibi, ac potus priùs à Patribus Cappuccinis benedictam, ijſque perſuadentibus ſumpſit, Ego tamen vna cum alijs domeſticis vidi eamdem, ſumptum cibum, ac potum ſemper iterùm euomuiſſe. Nos autem, qui eidem cohabitabamus, nunquam potuimus illi perſuadere, vt vllam refectionem temporalem ſumeret. È contrà verò ſpectauimus, & vidimus, quod ipſa Energumena acceptam, & raptam è muris calcem loco ciborum deuorabat; vndè omnes valdè mirabamur, quomodò tamdiù vitam potuerit trahere. Non minùs quoque multotiès vidi Energumenam hanc, ſeù potiùs Diabolum per os ipſius loquentem dixiſſe, quod eam, aut ſtrangulare, vel in deſperationem inducere, vel fame, & inedia enecare velit. Ad hæc pluries ſeam conſpexi ſibi ipſi magnos crinium floccos euellentem, ſiniſtra verò in faciem ſeſe cedentem, inſuper horrendum in modum ſæpiùs validos emiſit clamores, ac deſæuijt, & tàm miſera calamitate per totum Sacri Aduentus tempus afflicta extitit, itaut neque vnicam diem, ſciam abijſſe, in qua ſupradi-

§. 32. Status Puellæ obſeſſæ, ac agitationes, quas à Dæmone illa patiebatur, præcipuè tempore aduentus.

§. 33. Difficultas puellæ in ſumendo cibo per plures dies cum aliis circumſtantiis.

§. 34. Dęmonis ſuggeſtio, vt Puella ſeipſam occideret cum alijs agitationibus.

§. 35. Maior agitatio tempore Sacri Aduentus.

dicto horribili modo ſeſe miſerabilem non exhibuerit, maximè verò ſub crepuſculum, ac ingruente nocte, itàut multotiès per duas, aut tres integras horas adeò crudeliter à Dęmonibus fuerit exagitata. Perſæpè etiam noctu, cum eſſem in Cubiculo meo, adiui præfatam Catherinam exiſtentem in ſuo Cubiculo, quod immediatè infrà meum erat,

§.36. *Aliæ exagitationes, quibus Puella, vt ſe occideret, vexabatur.*

Caput crudeliſſimè parietibus illeſiſſe multotiès; inſuper noſtra Mater familias in cuius Cubiculo dicta Energumena ſuum lectulum habebat poſitum, mihi retulit, ſe hac, vel altera nocte magnos ad continendam, & quietandam Catherinam ſuſtinuiſſe labores, quandoqnidem ea caput, adeò vehementi impetu illiſerit, ac ſi grandis quidam malleus ligneus parieti impactus eſſet.

§.37. *Aliæ agitationes ex cauſa itineris Veldkirchium verſus.*

Benè adhùc etiam recordor, quod poſtquam Energumenæ prædictæ ſignificatum fuit, eam Veldkirchium ad viſitandum Caput Patris Fidelis Capuccini, glorioſæ memoriæ, qui ab Hæreticis occiſus fuit, perducendam eſſe, tunc his auditis, eamdem terribiliter deſæuijſſe. Contigit etiam, dum dicta Catherina ex mandato tùm Spiritualis, tùm Sæcularis Magiſtratus Abbatiſcellenſis à me, & à Iacobo Sutero Veldkirchium deducenda eſſet, ego ipſe ad iter illud conficiendum meum eidem commodauerim equum: ſed vix noſtrum magno cum labore eamdem Energumenam in equo collocatam ligauimus, vbi autem in itinere Veldkirchium versùs peruenimus ad veterem Ciuitatem, tunc eadem Energumena tantis furijs agitata eſt, vt eam vſque Veldkirchium perduci poſſe plenè deſperauerimus. Ipſa enim vincula violenter diſſoluit, ac rupit, chyrothecaſque abiecit, & vix tandem cum magno labore, & difficultate eam de nouo ligare, & ex vtraque parte continere potuimus.

Alij autem, qui tunc miſſerrimam hanc Creaturam ſpectarunt, vel clamantem audierunt, territi è via receſſerunt, ſeque ſigno Sanctæ Crucis munierunt. In Vrbe VeldKirchij morati ſumus in Hoſpitio quodam, quod ad Enſem vocatur,

§.38. *Renitentia Puellæ accedendi ad Eccleſiam Patrum Capuccinorũ.*

ſequenti die Sabbathi, licet magna cum difficultate, tamen eamdem Energumenam deduximus in Eccleſiam Patrum Capuccinorum Veldkirchij; vbi illa cum feciſſet Confeſſionem Sacerdoti, à nobis deducta eſt ad eiuſdem Eccleſiæ

§.39. *Imploratio Patrocinij S. D.*

Cappellam, vbi Reliquiæ dicti Patris Fidelis piæ memoriæ aſſeruantur, vt ibi ob merita, & interceſſionem eiuſdem Patris Fidelis liberaretur. Die Dominico, & die Lunæ ſequentibus iterùm ad præfatam Eccleſiam, & Cappellam, vbi Caput, & aliæ quædam Reliquiæ dicti Serui Dei aſſeruantur, eamdem Energumenam deduximus, & ibi noſtras orationes, & deuotiones fecimus ad impetrandam ſanitatem, & liberationem eidem Mulieri, quæ in dies magis, ac

§.40. *Inchoatio prodigioſæ liberationis cum eiectione ligneæ fiſtulæ.*

magis meliorabat; & verum eſt, quod ibidem cum eſſemus dicto die Dominico, poſtquam Energumena miſerabiliter afflicta fuiſſet, demùm fiſtula quædam lignea vnius Cultri longitudine, miro modo ab eadem Catherina energu-

gumena in terram cecidit; ſequenti die Martis ego vna cum memorato Iacobo Suter Veldkirchio deſcendentes, quia ob alia negotia diutiùs remanere nequiuimus, Domum versùs iter inſtituimus. Et quidem præfatā Catherinam Veldkirchij reliquimus, vt ibi ſuam deuotionem continuaret, donec ob merita, & intercesſionem dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis plenam ſanitatem, ac liberationem impetraret, breui autem poſt fama Abbatiſcellæ percrebuit, dictam Catherinam die Iouis proximè ſequenti; quæ fuit dies vigeſimaſeptima menſis Ianuarij anni currentis milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi octaui, per merita, & patrocinium dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis omninò liberatam extitiſſe, quod magno cum gaudio intellexi, & etiam firmiter credo, nam poſteà ſæpiùs ego proprijs oculis vidi, dictam Catherinam omninò, & integrè curatam, & quantum humanitùs iudicari poſſet, perfectæ ſanitati reſtitutam.

§. 41. *Complementum liberationis ex fama.*

§. 42. *Perſeuerantia liberationis de viſu.*

Hoc Miraculum poſt Deum Omnipotentem, nulli alteri attribuere, neque adſcribere poſſum, quàm dicti Patris Fidelis beatæ recordationis Sanctitati, eiuſque ſupernaturali patrocinio, aliud inſuper mihi non eſt cognitum, niſi ab omnibus, & ſingulis pariter Abbatiſcellæ degentibus dictum Patrem Fidelem glorioſæ memoriæ pro Viro Sancto, & Martyre Dei haberi, æſtimari, & coli.

§. 43. *Miraculum S. D. patrocinio tributum.*

Num. 8.

Septimum ſignum ſiuè Miraculum repentinæ ſanationis Gaſparis Stigher ab acerbiſſimo, & diuturno Dorſi dolore cum motus læſione.

EX PROCESSV COSTANTIENSI APOSTOLICO.

XI, *Teſtis Dominus Caſparus Stigher ætatis annorum* 51. *Ad Articulum tertij Miraculi ad primum membrum Proc. fol.* 115. *in fin., & ce rgo dixit.*

Eſſer egli medeſimo Gaſpar Stigher da Ghiſinghe, che tempo fà lo trauagliò vn dolore eccesſiuo nella ſchiena, che li durò per cinque anni intieri, ne poteua ſapere da che li foſſe venuta Infermità ſi doloroſa, ne trouaua rimedj vmani per leuarſeli, ò almeno ſminuirleli i dolori, auendone applicato qualch'vno de remedj naturali, era allora di età trentacinque anni in circa, Il primi due anni queſta ſua infermità non l'obligò a ſtare a letto, ma negli anni ſuſſeguenti li conuenne per lo più ſtarſene a letto, ſtraſcinandoſi alle volte qualche puoco per Caſa con gran ſtento, e l'vltime cinque ſettimane reſtò del tutto inchiodato nel letto dalla ſua Infermità.

§. 1. *Status, & qualitas doloris in Dorſo ipſius Teſtis.*

§. 2. *Inutilis medicamentorum applicatio.*

§. 3. *Continuatio ægritudinis.*

§. 4. *Effectus eiuſdem ægritudinis.*

Ad ſecundum membrum Articuli tertij Miraculi Proc. fol. 115. *ter.* 116. *dixit.*

Auerne da principio applicato alcuni remedj fiſici, ò naturali, che faceua benedire da Padri Capuccini di Veldkurch, e da eſſi auerne prouato qualche ſollieuo, doppo ciò riſolſe di ſtraſcinarſi allo meglio a VerdKurch, lontano ſo-

§. 5. *Parùm vtilis medicamentorum applicatio.*

§. 6. Profectio Teſtis ad Eccleſiam Patrum Capuccinorum Veldkirchij.

ſolo mezza oretta da Ghiſingh, doue arriuò con ſommo ſtento doppo tre ore da Padri Cappuccini a VeldKurch, quali doppo molte iſtanze, e ſuppliche che eſſo Teſtimonio gli faceua, finalmente li taccorono la Schiena con la ſpada, con la quale diceſi, ſia ſtato vcciſo il Beato Padre Fedele, & immediatamente ceſſarono li Dolori, e doppo ſentita la ſanta Meſſa ritornò ſano, e forte à caſa ſua, oue arriuò più preſto d'vna mezz'hora non contento di ciò volſe ancora quel di vſcire al ſuo Campo da Ghiſingh, e fare l'opera da'Contadino, come poi continuò in auuenire con la ſanità, il che non aſcriueua ad altro, doppo Dio, che all'Interceſſione del Venerabile Padre Fedele.

§. 7. Applicatio Enſis, quo D. S. interfectus fuit, facta dorſo Teſtis.

§. 8. Inſtantanea dolorum ceſſatio cum ſucceſſiua perſeuerantia, quæ D. S. fuit adſcripta.

XII. *Teſtis Domina Eliſabetha Algouerin ætatis annorum 53. Ad articulum tertij miraculi ad primum membrum Proc. fol. 117. & t. dixit.*

§. 9. Qualitas ęgritudinis, & ipſius duratio.

Eſſerle molto ben cognito Gaſpar Stigher, per eſſer ſtato ſuo Marito, & vn tempo ſtà ſtetre ammalato per cinque anni per dolori grandi, che patiua nella ſchiena, onde quaſi ſempre reſtò impedito à fare i ſuoi lauori da'Contadino, & altre opere di caſa, obligandolo i ſuoi dolori à ſtarſene à letto, e dà che li ſia venuto tanto male, non ſaperne eſſa Teſtimonio, auerne anche adoperato lo ſpirito, & Oglio di Ginepro, e qualche altro rimedio ſacco, e naturale, mà ſempre indarno, giouandoli nulla, potè bensì alle volte ſortire di caſa ſtraſcinandoſi con grande ſtento à paſſo, à paſſo, & allora detto ſuo Marito ſi trouaua in età freſca, e robuſta da trentacinque anni in circa.

§. 10. Inutilis medicamentorum applicatio.

§. 11. Effectus ęgritudinis in patienti.

Ad ſecundum membrum huius Articuli Proc. fol. 117. t. 118. dixit.

§. 12. Profectio patientis ſumma cum difficultate expleta ad Eccleſiam Patrum Capuccinorum Veldkirchii.

Eſſere vn dì capitati à Ghiſingh due Padri Cappuccini, quali il ſuo Marito Gaſpar Stigher andò à trouare al meglio, che potè, appoggiato ad vn baſtone, ſtraſcinandoſi pian piano, da queſti preſe conſiglio per il ſuo male, e lo perſuaſero di venire da'loro à Veldkurch, per doue ſi riſolſe d'andare, e vi arriuò come eſſo di propria bocca confeſsò doppo tre ore di orologgio, ſtraſcinandoſi con gradiſſimo ſtento, non eſſendo per altro il Villaggio Ghiſingh diſtante da Veldkurch, che vna mezza ora ſcarſa, iui li fù dà Padri Capuccini toccata la ſchiena con la ſpada del Venerabile Padre Fedele, & immediatamente li paſſarono i dolori, e l'Infermità onde ritornò, à caſa ſua in pochiſſimo tempo, e così preſto, e più di qualſiſia Vomo robuſto, e ſano con merauiglia di tutti, tal che eſſa Teſtimonio, e gli altri in caſa attribuiſcono tal riſanamento così ſubitaneo à Dio, & all'Interceſſione del Padre Fedele.

§. 13. Applicatio enſis, quo interemptus fuit Dei Seruus, facta Dorſo infirmi cum inſtantea ſanatione illius meritis ſecuta.

XIII. *Teſtis Dominus Andreas Stigher ætatis annorum 45. Ad articulum tertii miraculi ad primum membrum Proc. fol. 119. & t. dixit.*

§. 14. Qualitas, & duratio ægritudinis.

Eſſerli ben noto Gaſpar Stigher, per eſſergli Fratello Germano, e ſapere, che queſto ſuo Fratello Gaſpar ſia ſtato trauagliato ò più di tre anni da'dolori eccesſiui nella ſchiena,

di-

dimodo che non ſolo reſtò inabile alle fatiche ruſticane, mà la detta ſua Infermità l'obligò quaſi ſempre ſtarſene nel detto per lungo tempo con graue danno ſuo, e di ſua caſa, eſſerne alle volte vſcito di caſa, mà poco lontano, e con grandiſſimo ſtento; d'auerne anco adoperato qualche rimedio fiſico, e naturale, mà ſenza giouamento alcuno, in quel tempo eſſerſi trouato in età di trentacinque anni in circa.

§.15. *Inutilis medicamentorum applicatio.*

Ad ſecundum membrum tertii miraculi Proc. fol. 119. t. 120. dixit.

In quanto alla di lui ricuperata ſalute ſaperne, che riſolutoſi l'infermo di andare à Veldkurch da'Padri Capuccini, non eſſerne arriuato da'loro, ſe non doppo tre ore, e con grandiſſimo ſtento, benche il Villaggio Ghiſingh non ſtaſſe diſtante, più di mezza oretta da Veldkurch, e doppo eſſerne ſtato toccato da' Padri Capuccini con la ſpada del Padre Fedele sù la ſchiena, oue patiua, eſſerne reſtato immantinente libero d'ogni dolore, in modo che ritornò à caſa ſua in meno di mezz'ora ſenza incommodo, e trauaglio alcuno, e ciò auerne inteſo da ſuo Fratello medeſimo, che ringraziaua di cuore Dio, & il Beato Padre Fedele per la ricuperata ſanità; e dice eſſo Teſtimonio auerlo incontrato il dì medeſimo ſano, e robuſto, perciò eſſo Teſtimonio, come detto ſuo Fratello, ed'altri aſſeriuano queſta grazia principalmente à Dio, e poi all'Interceſſione del Padre Fedele, & à niun'altro.

§.16. *Profectio infirmi ad ſu dictam Eccleſiam ſumma cum difficultate.*

§.17. *Inſtantanea ſanatio poſt memoratum enſe completa cum effectu ſubſecuto facillimi reditus.*

§.18. *Miraculum ſanationis S.D. fuit adſcriptum.*

XIV. *Teſtis Reu. Pater Lucianus Montifontanus Capuccinus ætatis annorum* 78. *Ad articulum tertii miraculi ad primum membrum Proc. fol.* 120. *t.* 121. *& t. dixit.*

Se agnoſcere illum Ruſticum, vocari eum Gaſparum Sthiger ex Pago Giſinger Parochiæ Altenſtatt &c. de quo Teſtis ità refert. Anno 1699. contigit, vt Eliſabetha dicti Gaſparis Vxor abortum pateretur, vndè Maritus nimio terrore obrutus, ſucceſſiuè in melancholiam decidit, exindè grauem morbum paſſus quinque annis inutilis ad omnes labores, plerumque etiam lecto affixus decumbebat, tanto tergoris dolore lancinatus, vt ad omnia opera ruſticana, imò ad domeſtica inhabilis euaderet, vndè vicini, & Cognati Eliſabethæ plerumque condolebant, quod matrimonium tam infortunatum haberet, per quinque menſes ea ægritudo tale incrementum ſumpſit, vt lecto defixus hæreret, atque ingentes dolores, atquè Puncturas pateretur, ſi quandò non nihil meliùs ſentiret, & ad menſam communem accederet, ſpaſmo, ſeù ſtupore membrorum inuaſus ſeipſum mouere non potuit, ſæpiùs vxor eius hunc monuit, vt Veldkirchium ad Patres Capuccinos aſcenderet, credendo, quod ibi auxilium certo ſit reperturus, ſemel ire tentauit, ſed dolorum acerbitate impeditus reuerti coactus eſt, alia vice, rursùs inſtante Coniuge ſe viæ dedit, & cùm nimia incommoditate viam, quæ eſt trium horæ quadrantem, intrà tres horas abſoluit, tandem Veldkirchii appulſus ſeſe inſinua-

§.19. *Qualitas, & duratio ægritudinis cum effectu inhabilitatis ipſius Patientis in exercitio propriæ conditionis, aliiſque incommodis.*

§.20. *Semel tentato itinere ad Eccleſiam prædictam Patiens ob dolorum acerbitatem redii coactus eſt; aliaque vice ſumma cum difficultate peruenit.*

nuauit; cum autem ego Frater Lucianus tunc Guardianus

§.21. *Applicatio memorati enſis, ac inſtantenea ſanatio.*

audiuiſſem, in antiquis huius Servi Dei Proceſſibus aliquos tergoris dolores preſſos ſanatos euaſiſſe, poſtquam Gladius eiſdem fuiſſet applicatus, quo Pater Fidelis Martyr peremptus eſſe creditur, hinc idem etiam Gladius dicto Gaſparo fuit applicatus, cuius ea fuit fides, Deique gratia, vt iſte ſeſe alleuiatum ſentiret, proùt ſua deuotione peracta, facillimè Domum rediit cum maxima conſolatione vxoris, quæ altero die, ideſt 20. Iunii ad Capuccinos Veldkirchium rediit, gratias maximas referendo, eo quod maritus poſt tot annorum infirmitatem ſanus, & incolumis Domum venerit. Hæc ipſa à Capuccinis Domum reuertens, virum in agro laborantem inuenit, quæ indè territa eumdem Domum ſecum redire perſuaſit, ne ſe ſe iterùm deſtruat, ita etiam

§.22. *Miraculum interceſſioni S.D. adſcriptum.*

in poſterum hæc ſanitatis hucuſque continuauit, ipſique Coniuges firmiſſimè credunt, hanc gratiam per Interceſſionem Patris Fidelis ſe ſe accepiſſe.

REVISA.

Ioannes Zuccherinus Sub-Promotor fidei.

Conſtantien., ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis

SIVE

Declarationis Martyrij

VEN. SERVI DEI

FR. FIDELIS

A SIGMARINGA

Sacerdotis, & Religoſi profeſſi
Ordinis Capuccinorum
S. Franciſci.

ANIMADVERSIONES

Rm̃i Fidei Promotoris.

SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, necnon de Signis, ſeù Miraculis in caſu, de quo agitur.

Beatiſſime Pater.

EX benigna indulgentia Sanctitatis Veſtræ vnà cum Dubio *de Martyrio*, *& Cauſa Martyrij* proponitur Dubium *de Signis*, *ſeù Miraculis*, & hęc indulgentia ſuum habuit validiſſimum fundamentum, tum quia in Congregatione pręparatoria habita *die* 18. *Iunij* 1726. nonnulli ex Reuerendiſſimis Conſultoribus exoptarunt, vt vnà cum Dubio *de Martyrio*, *& Cauſa Martyrij*, aliud proponeretur *ſuper Signis*, *& Miraculis*; tum quia hęc res non eſt noua; in Cauſa quippè Braſilien. Beatifica-

cationis, & Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Seruorum Dei Ignatij Azeuedo, & triginta nouem Sociorum è Societate Ieſu, vnà cum Martyrio, & Cauſa Martyrij fuit *Anno 1671.* propoſitum Dubium ſuper Signis, & Miraculis, vti habetur ex *Summario Additionali* prędictæ Cauſæ *num. primo*, tum quia in Cauſa Hiſpalen., ſeù Marochitana Beatificationis, & Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Ven. Serui Dei Ioannis de Prado, cum propoſitum fuiſſet Dubium *ſuper Martyrio, & Cauſa Martyrij*, & in Congregatione pręparatoria dictum fuiſſet, expedire, vt vnà cum prędicto Dubio aliud proponeretur *ſuper Signis, & Miraculis*, id fuit conceſſum, vti habetur ex Facto concordato ſubſcripto à clar. mem. Cardinali Sanctacrucio eiuſdem Cauſæ Relatore; Diſputatoque cohęrenter ad hęc coram ſan. mem. Clemente XI., Dubio = *An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, & de Signis, ſeù Miraculis* = prolatum fuit à dicto Pontifice Decretum, *conſtare de Martyrio, & Cauſa Martyrij, & de vno tantùm Miraculo*, & me, tanquam Fidei Promotore vrgente, duo Miracula pro Beatificatione eſſe neceſſaria, non fuit Proceſſum ad Beatificationem, & adhuc pendet Cauſa ſuper alio Miraculo, cuius approbationem ſi Poſtulatores conſequi poterunt, Deo dante, procedetur ad dicti Serui Dei Beatificationem.

His pręmiſſis, antequam deueniam ad diſcuſſionem primę partis dubij reſpicientis *Martyrium, & Cauſam Martyrij*, pręmitto, Ven. Dei Seruum Fidelem librum compoſuiſſe, vt in *Summ. pag. 38. §. 6.*, ibi = *Extat etiam libellus quidam de Articulis Catholicæ Religionis tractans, quem dictus quidem Pater Fidelis conſcripſit, ſed tamen ſuppreſſo eiuſdem nomine Typis mandatus, in lucem prodijt, quem ego ipſe vidi, ac legi* =; Cumque hic liber nunquam fuerit huic Sacræ Congregationi exhibitus, & in ea per conſequens non fuerit approbatus, ſatis hoc eſſe debet, ne ante approbationem, ad vlteriora in hac Cauſa procedatur, vti habetur in Decretis Generalibus Vrbani VIII. §. *Præterea*.

At quatenus liber exhiberetur, & approbationem reportaret, non ob hoc tamen affirmatiuè reſponderi poſſet parti dubij reſpicientis *Martyrium, & Cauſam Martyrij*; Non eſt etenim probata perſeuerantia finalis noſtri Serui Dei, quando eidem ab Hęreticis mors illata fuit, & ſine hac rigoroſa probatione non poteſt reſponderi, quod *conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij*.

Quod autem non ſit probata perſeuerantia finalis noſtri Serui Dei, quando eidem ab Hęreticis mors illata fuit, facilè demonſtratur; Quandoquidem Poſtulatores non afferunt ſuper hoc indiuiduo puncto, *niſi Teſtes de auditu*.

Quod pariter ſine hac rigoroſa probatione reſponderi non poſſit conſtare de Martyrio, & Cauſa Martyrij, nullo negotio ſuadetur, cùm verum Martyrium non detur ſine perſeuerantia finali.

Haud vrgente, quod probata dici poteſt ſufficienter perſeuerantia finalis etiam cum Teſtibus de auditu, iunctis adminiculis; Id enim aduerſatur rationi, & praxi Sedis Apoſtolicæ.

Aduerſatur rationi, quia in his, quæ reſpiciunt ſubſtantialia Beatificationis, & Canonizationis, probationes debent eſſe luce meri-

dia-

diana clariores, vnde videmus non proponi Dubium = *An veriſimile ſit, an credibile, an probabile, ſed an conſtet* =; & probationes luce meridiana clariores non conſurgunt ex Teſtibus de auditu, ſed ex Teſtibus de viſu formiter examinatis, & qui non patiantur exceptiones in dictis, aut in Perſonis.

Aduerſatur deinde praxi Sedis Apoſtolicæ, quæ nec in dubio virtutum, nec in dubio Miraculorum, nec in dubio Martyrij, & Cauſæ Martyrij poſt Decreta ſaltèm Vrbani VIII. ſolos vnquam admiſit Teſtes de auditu.

Quin releuet, ſi dicatur, approbatas fuiſſe virtutes in Cauſa Beatæ Iulianæ de Falconerijs, in Cauſis Sancti Peregrini Latioſi, & S. Agnetis de Monte Politiano cum ſolis Teſtibus de auditu; id etenim factum fuit, ex quo in Cauſa Beatæ Iulianæ præceſſerat approbatio Cultus immemorabilis, & in alijs duabus Cauſis præceſſerat pariter approbatio Cultus tum ratione immemorabilis, tùm ratione Indultorum antecedenter à Summis Pontificibus pro Cultu conceſſorum; Cumque ſimiles circumſtantiæ non concurrant in caſu præſenti, infertur, exempla dictarum Cauſarum nihil habere commune cum Cauſa noſtri Serui Dei Fidelis à Sigmaringa.

Ad partes poſito, ſi ſubdatur, approbatum fuiſſe Martyrium, & Cauſam Martyrij cum ſolis Teſtibus de auditu in Cauſa Harlemen. Beatorum Martyrum Gorgomienſium; Primò quia eorum Reliquiæ fuerant publicæ Venerationi expoſitæ Auctoritate Archiepiſcopi Mechlinienſis, & re delata ad hanc Sacram Congregationem, referente clar.mem. Cardinali Creſcentio, *die* 13. *Nouembris* 1621. reſcriptum fuit, *poſſe tolerari expoſitionem Reliquiarum iam factarum, ſed ad effectum eos declarandi Martyres, opus eſſe alijs probationibus*, & referente clar. mem. Cardinali Sacchetto *die* 3. *Iulij* 1648. reſcriptum fuit, *dictum fuiſſe de caſu excepto à Decretis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, ſi Sanctiſſimo placuiſſet*, factaque relatione Summo Pontifici, Summus Pontifex *die* 13. *Iulij* 1649. improbauit expoſitionem Reliquiarum factam Auctoritate Archiepiſcopi Mechlinienſis, *ſed ex Cauſis ſibi notis, mandauit ad vlteriora procedi, non obſtantibus Decretis Vrbani VIII.*, vti habetur ex documentis relatis in Summario reſponſionnm ad meas Animaduerſiones in Cauſa Braſilien. Seruorum Dei Ignatij Azeuedi, & Sociorum *pag.*6.; Cumque hęc omnia nil importent caſum exceptum à Decretis Vrbani VIII., vel derogationem eiſdem Decretis, manifeſta hinc deducitur conſequentia, quod etiamsì in Cauſa Martyrum Gorgomienſium reſponſum fuiſſet, conſtare de Martyrio, & Cauſa Martyrij cum ſolis Teſtibus de auditu, id Poſtulatoribus Cauſæ Noſtri Serui Dei prodeſſe non poſſet, cum in Cauſa Martyrum Gorgomienſium dici valeat, vel quod pręceſſerit approbatio Cultus, in quo rerum themate ſufficiens deſumitur probatio etiam ex ſolis Teſtibus de auditu, vel quod ex cauſis Summo Pontifici notis ſpecialiter permiſſum fuerit, vt in ea procederetur ad vlteriora, licet deficerent probationes directæ, & ſolæ adeſſent ſubſidiariæ.

Tum quia non ſubſiſtit in facto, quod in allegata Cauſa Martyrum Gorgomienſium deeſſent omninò Teſtes de viſu, cum pręter innu-

numeros Teſtes de auditu ab ijs, qui Martyrio interfuerant, Teſtis adfuerit de viſu, qui Martyrij hiſtoriam, & finalem Martyrum perſeuerantiam conſcripſit, & teſtatus eſt, in qua circumſtantia concordabant tum Poſtulatores, tùm Fidei Promotor, vti deſumitur ex Informatione Poſtulatorum, ibi = *Pontus Heuterus vnus ex illis, qui in Carcerem cum cęteris Martyribus detruſus, ac Brilam ductus fuerat, quique in Martyrio defecit, omnibuſque tormentis, ac ſæuitijs dictis Martyribus illatis, mortiſque ſupplicio præſens fuit, in quodam opere ab eodem conſcripto &c.*; Et ex Animaduerſionibus Petri Franciſci de Rubeis tunc Fidei Promotoris, ibi = *Cum nullus Teſtium deponat, Scriptorumque aſſerat de certa ſcientia viſus proprij præter vnicum Pontum Heuterum, qui à prædictorum conſortio ſeiunctus aſſeritur tunc defeciſſe, cui tribuitur hiſtorica deſcriptio à Poſtulatoribus relata*.

Sufficere hęc deberent, vt oſtendatur, probationem veri Martyrij, ſeù perſeuerantiæ finalis non poſſe in hac cauſa admitti cum ſolis Teſtibus de auditu; At quatenus alia deſiderarentur pro comprobando aſſumpto, eadem profecto non deficiunt.

In Cauſa Hiſpalen., ſeù Marochitana Declarationis Martyrij Serui Dei Ioannis de Prado decem, & ſeptem Teſtes oculati depoſuerant de Martyrio, de perſeuerantia finali in Proceſſu Ordinario, quem Sac. hęc Congregatio validum declarauerat. Duodecim Teſtes in Proceſſu Hiſpalenſi Auctoritate Apoſtolica confecto, eodem modo depoſuerant, & inter hos, vndecim erant de auditu, & vnus de viſu; Cumque ipſe ſciam quot, & quantæ fuerint difficultates excitatæ ſuper inſufficientia probationum, ex quo videlicet vnus tantum aderat Teſtis de viſu in Proceſſu Apoſtolico; hinc eſt, me ægrè adduci poſſe ad ſuadendum mihi met ipſi, vt probatio ſufficiens dici valeat pro perſeuerantia finali, quando eadem ſolis Teſtibus de auditu innititur.

Rurſus in citata Cauſa Braſilien. Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Seruorum Dei Ignatij Azeuedi, & triginta nouem Sociorum pręceſſerat licentia Gregorij XV. exponendi eorum Imagines in publica Eccleſia, vti probatum fuit atteſtatione Cardinalis Ludouiſij, qui fuerat dicti Pontificis Nepos, ſan. mem. Clemens Papa XI. mentem ſuam explicauerat, quod in ea Cauſa peculiaris ratio haberetur antiquitatis Martyrij, & publici Cultus per tantum tempus pręſtiti; Allata fuit reuelatio diuinitus facta S. Thereſiæ ſuper Martyrio quadraginta Sociorum, quos vidit ingredi Cęlum palmis, & laureola ornatos; Multiplicia aderant Teſtimonia S. Franciſci Borgiæ de vero Martyrio. Denique nihil deerat in linea Hiſtoricorum, & Teſtium de auditu, & Poſtulatores formiter probabant agi de re notoria; Cumque ex defectu Teſtium de viſu non potuerint ipſi hactenus fauorabile Decretum reportare ſuper Martyrio, & Cauſa Martyrij; vnuſquiſque ſibi facile ſuadere poterit, non eſſe in cauſa pręſenti, in qua aliæ non adſunt circumſtantiæ, & Teſtes de viſu deficiunt, procedendum ad approbationem Martyrij, & Cauſæ Martyrij.

Ad partes poſito, quod deficientibus Teſtibus de viſu ſupplementum deſumi poteſt ex Signis, & Miraculis; Prætermiſſo quippe, quod

ea

ea ſuis non carent difficultatibus infra proponendis, vis ſtat in hoc, quod etiamsì probata eſſent Signa, & Miracula, propoſito Dubio ſuper Martyrio, & Cauſa Martyrij ex defectu Teſtium de viſu affirmatiuè reſponderi non poſſet.

Vtque id ponatur in claris, fingamus, virtutes alicuius Serui Dei, in cuius Cauſa non proceſſit approbatio Cultus, eſſe probatas ſolis Teſtibus de auditu, & Miracula eſſe probata Teſtibus de viſu, & eſſe releuantia, certò certiùs Sacra hæc Congregatio nunquam reſponderet, *Conſtare de Virtutibus*, quia Virtutes debent probari Teſtibus de viſu, & deindè Miraculis confirmari. Idem ergo iudicium ferendum eſt etiam in caſu, in quo perſeuerantia finalis in Martyre non eſt probata, niſi Teſtibus de auditu, licet Signa, & Miracula ſint probata Teſtibus de viſu, & ſint releuantia: Perſeuerantia etenim finalis in Martyre æquipollet Virtutibus heroicis vſque ad obitum continuatis in Confeſſore, vndè ſi iſtæ in Confeſſore debent probari Teſtibus de viſu, & confirmari Miraculis, illa etiam in Martyre erit probanda Teſtibus de viſu, & iuxtà praxim Sedis Apoſtolicæ confirmanda Signis, & Miraculis; itaut ſemper à primo ad vltimum ſubſiſtat Aſſumptum, non poſſe videlicet reſponderi, conſtare de Martyrio, & Cauſa Martyrij, ſi finalis perſeuerantia ſolis probetur Teſtibus de auditu, etiamsì Signa, & Miracula probentur Teſtibus de viſu, & ſint releuantia.

Hæc ſunt quæ pertinent ad Martyrium, & Cauſam Martyrij; Nunc autem operæ pretium eſt tranſitum facere ad examen Signorum, ſiuè Miraculorum, quæ à Poſtulatoribus examinanda proponuntur.

Primum Signum, ſeù Miraculum fundatur in extinctione è veſtigio ſequuta incendij, quod ferè poſt conſumptam Maienfeldæ Ciuitatem, eius Arcem in qua magna pulueris tormentarij copia ſeruabatur inuaſerat. Aduerſus hoc aſſertum Signum, ſeù Miraculum vrgere videtur Animaduerſio Archiepiſcopi Myrenſis, qui penſandum relinquit, an extinctio ignis naturaliter euenire potuerit, ex improuiſa nempe venti mutatione, prout non rarò ſuccedere ſolet; Data quippè mutatione venti, & ſic flammarum retroceſſione extinctio incendij non eſt Miraculo tribuenda.

Vrgere quoque videtur id, quod Teſtes inſerti in *Summ. n.2.* aſſerunt ſcilicet, quod plures Perſonæ omnem lapidem mouerunt pro extinguendo aſſerto incendio; Ait Teſtis V. vbi ſupra §. 17. in fine = *Ingreſſus ſum prædictam Arcem &c. vt ſi poſſibile foret à flammarum globis, deflagrationeque quantum valerem, eam tuerer, atque defenderem* II. §. 22. dicit = *Ragionando con il Bombardiere del Caſtello, mi diſſe, che nel tempo del ſudetto incendio, egli ſi ritrouò nel Caſtello, e quantunque s'affaticaſſe di rimediare al fuoco, acciò non daſſe nella poluere &c.* Concurrente autem opera dictorum Militum haud temerè dici valet, quod ignis extingui valuerit naturalitèr; eòque magis cum omninò ſit credibile, præfatos Milites ad dictum effectum accurriſſe in principio incendij, quo caſu faciliter à dictis Militibus proportionata remedia adhiberi potuerunt.

Et quamuis nimis aſperum videri poſſit, quod naturaliter, & remedijs naturalibus ſeruari potuerint pulueres tormentarij, quoties ſu-

 per

per illos, vt in caſu præſenti, ignis ceciderit, obſeruandum tamen occurrit, quod pulueres, ſuper quibus decidit ignis, erant ex illis, qui in terram ceciderant occaſione diſtributionis pulueris, quæ in dicta Arce pridiè facta fuit Militibus, vt habetur ex depoſitione dictorum Teſtium, & ſignanter V. §. 14. 15. & 18. = *Et quamuis ventus valdè vehemens, ac importunus ardentes ſcandulas cum ſcintillis ignis vndique in Arcem comportauerit, imò & ſupra diſperſos hinc inde in terram pulueres ipſos tormentarios proiecerit; Quandoquidem in eadem Arce, ac Turri aliquot centena pulueris tormentarij pondera collocata permanebant, & quia pridiè Militibus cuique portio pulueris diſtributa fuerat in efferendo plures hinc inde pulueres in terram ceciderant, attamen accenſi pulueres non fuerunt &c., & ipſe vidi, imo ſuper accenſas ſcandulas, ſeù aſſulas, ſcintillaſque ignium, quæ ſupra ſparſos hinc inde pulueres, & ipſa Vaſa tormentarij pulueris ceciderant, inceſſi, pedibuſque conculcaui* = Et Teſtis II. §. 23. = *Ragionando col Bombardiere del Caſtello, mi diſſe &c. che caderono più volte delle fauille, e bragia acceſe anche ſopra l'iſteſſa poluere diſperſa nel pauimento, e che ad ogni modo mai s'attaccò fuoco, e queſto egli reputaua gran miracolo* = Cumque dicti pulueres tormentarij veriſimiliter compreſſi fuerint à Militibus ſuper illos tranſeuntibus occaſione dictæ diſtributionis, & terræ humiditatem dubio procul contraxerint, eò quia per longum temporis ſpatium ſteterunt ſupra nudam terram, ſi hæc impedire in totum non potuerunt ignis actiuitatem, eam ſaltem debiliorem reddere valuerunt, idque ſatis eſt pro excluſione Miraculi, cum poſſibilitas naturalis concurſus operetur, vt extinctio Ignis, & Arcis præſeruatio ab incendij periculo non ſit Miraculo tribuenda, vt communitèr tradunt Theologi cum *Diuo Thoma par. 1. quæſt. 110. artic. 4. & 22. quæſt. 178. artic. 1. & 2. & gloſſ. in cap. 1. de Reliq. & Venerat. Sanct. in 6. verſic. Sedis Apoſtolicæ circa finem, Contelor. de Canonizat. Sanctor. cap. 17. & 18. num. 2.*

Secundum Signum, ſeù Miraculum reponitur in conuerſione ad Fidem Catholicam Ioannis Iodoci Rheti peſſimi prædicantis, dum Serui Dei Cadauer ad Curiæ Ciuitatem ſolemni pompa transferretur; Sed cum ex lectura depoſitionis ipſius conuerſi, vnuſquiſque dignoſcere poſſit, eam ſecutam fuiſſe iuxta ordinariam legem Ordinis gratiæ, ex hoc infertur, conuerſionem; à cæteris præſcindendo, non poſſe innter Miracula recenſeri, vti benè adnotauit *Araux deciſ. Moral. tract. 3. quæſt. 23. §. 5. num. 79. & 80.* ibi = *Angelicus Doctor tres recenſet conditiones ſufficientes, & requiſitas ad veram rationem Miraculi conſtituendam, nimirum quod ſit opus arduum, ſcilicet totius naturæ creatæ agentis facultatem excedens, quod ſit inſolitum, & præter ordinariam legem in eodem Ordine contingens, & quod ſit præter ſpem naturæ, id eſt quod ad illud non habeat ordinem naturalem, ſed obedientialem dumtaxat &c.: Defectu ſecundæ conditionis deficit à ratione Miraculi iuſtificatio impij adulti ſiue cum Sacramento, ſiue extra illud per proprios actus ſupernaturales diſpoſitiuos; Quia licet gratia in ſe ſit forma Ordinis ſupernaturalis excedens totam naturæ facultatem; Verumtamen infunditur homini adulto in caſu poſito, ſecundum modum conſuetum in Eccleſia, & ſe-*

cun-

cundum ordinariam legem Ordinis gratiæ, ſecùs foret ſi repentè, aut ſi ſine proprijs actibus diſpoſitiuis, aut cum inſolitis circumſtantijs à ſtatu peccati, ſiue ab actuali peccato ad ſtatum gratiæ raperetur; Qualis fuit Pauli Apoſtoli iuſtificatio, cuius propterea conuerſionem, vt verè miraculoſam celebrat Eccleſia.

Tertium Signum, ſeù Miraculum conſiſtens in extinctione alterius incendij patitur difficultatem in probatione, & in releuantia; In probatione, quia duo tantùm Teſtes afferuntur, & licet prætendi poſſit, quod duo Teſtes ſufficiant, id tamen procedit, quando locus, in quo Miraculum ſecutum eſt, talis erat, vt plures Teſtes haberi non potuerint; Notumque eſt, ſan: mem: Clementem XI. nunquam approbare voluiſſe Miraculum ſecutum interceſſione S. Stanislai è Societate Ieſu, quod Teſtimonio duorum Monachorum probabatur, niſi præmiſſa probatione, quod in Monaſterio, in quo Miraculum contigit, tres, aut quatunr Monachi tantùm habitare conſueuerant; Et in eo, quod attinet ad releuantiam, ſi contigit mutatio venti, vt habetur ex Teſtium aſſertione; Quemadmodum hæc naturaliter ſequi potuit, ita præſeruatio ab incendio ope naturæ, & citra Miraculum dici debet.

Quartum Signum, ſeù Miraculum fundatur in ſubita ſanatione, per applicationem Religioſi habitus Serui Dei expleta, inflammationis, ſiue ſuſpicionis Cancri, quam in vna ex Mammillis ſpatio quatuordecim dierum paſſa fuerat Soror Cæcilia Munſingerin. Et hoc pariter aſſertum Signum, ſeù Miraculum ſuas habet, & quidem non leuis ponderis difficultates. Et quoad probationem, & quoad releuantiam. Quo enim ad probationem, vltra quod deficit atteſtatio Medici, & Chirurgi, qua deficiente remanet in occulto qualitas Morbi adeo neceſſaria pro capienda reſolutione, aduertitur, quod probatio deſumitur ex dicto trium Monialium, quarum depoſitiones regiſtrantur *in Summ. num.5.* Et tamen certum eſt, quod ijs in materia grauiſſima, qualis eſt ea, quæ in præſenti tractatur, plena fides non adhibetur iuxtà doctrinam *Diui Thomæ 2. 2. quæſt.70. artic.3. in corp.* = *Reſpondeo dicendo, quod teſtimonium, ſicuti dictum eſt, non habet infallibilem certitudinem, ſed probabilem; Credimus autem probabile, quod aliquis in veritate teſtificanda non ſit firmus, quandòque etiam abſque culpa, & hoc eſt vel ex defectu rationis, ſicuti patet in Pueris amentibus, & Mulieribus, vel ex affectu, ſicuti patet de Inimicis.*

Quatenus verò per poſſibile huius aſſerti ſigni, ſeù Miraculi, probatio ſufficiens poſſet reputari, & defectus atteſtationis Medici, & Chirurgi præiudicium afferre non poſſet, vrgeret aduerſus releuantiam difficultas deſumpta ex eo, quod morbus à quo d. Monialis liberata remanſit, non erat grauis, quod vtique de per ſe tollere videtur rationem Miraculi, vt bene aduertit *Zacch. quæſt. Medic. legal. lib.4. tit.1. quæſt.8. num.5.* ibi = *Secundo requiritur, vt morbus fuerit grauis, vt quia ſit cum manifeſtiſſimo Vitæ periculo, vel cum mala tolerantia, grauibuſque ſimptomatibus*; vti facili negocio probatum remanet ex depoſitionibus earumdem Monialinm, ex quibus reſultat, quod morbus dictæ Ceciliæ vnicè conſiſtebat in inflammatione Mammillæ cum aliquo tumore, quo per ſpatium

non-

nonnullorum dierum afflicta remanſit, quo ſtante cum morbi qualitas prouenire potuerit ex nimia ſanguinis caliditate, potuit hæc per eiuſdem naturalem emiſſionem diſſipari, vtpotè per menſtruæ purgationis ſuperuenientiam, cuius poſſibilitas non excluditur, vel cum potuerit eſſe tumor merè humoralis, potuit hic per humoris eiuſdem inſenſibilem euacuationem diſſipari, vt obſeruat *Zacch. quæſt. Medic. legal. lib.9. conſ.8. num.5. verſic. inſurgere tamen poterat*; & etiam per eorumdem humorum retroceſſionem euaneſcere, quamuis retroceſſio ſit valdè ſuſpecta relapſus in alium morbum grauiorem, vt docent *Sennert. lib.5. pract. part.1. cap.3. pag.246. in fin. Guliel. Fabrit. de Aquapendente in ſua Chirurgic. obſeruat.39. cent.3.* cuius pariter relapſus negatiua non remanet probata.

Quintum ſignum, ſiue Miraculum conſtituitur in reſtitutione dexteri oculi ferè omninò deperditi ab Infante Paulo Franciſco Papuſſin, quæ reſtitutio ſiue ſanatio, emiſſo per illius Matrem voto contigit; At contra hoc aſſertum ſignum, ſeù Miraculum aduertitur, quod ad verificandam inuocationem Serui Dei, & votum emiſſum à Matre Pauli Franciſci Infantuli ſanati non eſt ſufficiens aſſertio eiuſdem Matris, nec eius probationem integrare valent aliæ duæ fęminæ, quarum depoſitiones vnà cum dicto præfatæ Matris ſanati dantur in *Summario num.6.*; cum ſint de auditu ab eadem Matre ſanati, vt probant Scribentes in *Cap. Licet ex quadam*, & ſignantèr *Hoſtien. num.1. verſ. Et conclude de Teſt.* aliique congeſti per *Farinacc. de Teſtib. quæſt.65. cap.1. num.2.*

Minuſque datur ſufficiens probatio circa qualitatem morbi, quo d. Paulus Franciſcus vexabatur; quandoquidem de eadem non deponunt, vt videre eſt in *Summar.* vbi ſupra, niſi tres ſupradictæ fęminæ, quæ ob qualitatem ſexus in hac grauiſſima materia concludentem non conſtituunt probationem, vt alias oſtenſum fuit occaſione diſcuſſionis alterius aſſerti ſigni, ſeù Miraculi, nempè Quarti; ob earum quippè imperitiam, & mentis imbecillitatem morborum qualitates diſcernere non valent, minuſque explicare circumſtantias, quæ ſunt neceſſariæ. ad hoc vt in præinſerto dubio Miraculorum approbationem reſpiciente valeat ab hac Sacra Congregatione reſponderi affirmatiuè, vel negatiuè.

Eòque fortius, quoties, prout in præſenti, conſideretur diſcrepantia, quæ elucet in dicto præfatorum Teſtium; Ait enim Mater ſanati *Summar. vbi ſupra* §.3., quod pro curando Infantulo à morbo, quo vexabatur varia adhibuerit medicamina = *Ego quidem varia adhibui remedia, & vndique conſilia exquiſiui, cum verò ea nil profuiſſent, ego votum feci &c.* Alter verò Teſtis pariter vbi ſupra §. 14. & 15. negat, Matrem ſanati medicamina, & remedia adhibuiſſe ibi = *Et licet Matri bona quædam remedia propoſuerim, veluti aquam de Celidonia, Maiori, & Verbena &c. vti noluit* = Diſcrepantia etenim, quoties verſatur in dicto Teſtium, omnem Teſtibus tollit fidem, vt aliàs demonſtratum fuit.

Abſque eo quod Poſtulatoribus vllo pacto opitulari poſſit depoſitio Hieremiæ Berger Medici, quæ datur in dicto *Summario vbi ſupra* §.1. Quandoquidem, vt legenti patet, dictus Medicus in ſua depoſi-

poſitione nil dicit de inuocatione, & voto emiſſo à Matre ſanati, non refert qualitatem morbi, minuſque circumſtantias ſanationis d. Pauli Franciſci, & ſolum paucis verbis, & quidem abſque eo, quod ſui dicti rationem, & ſcientiæ cauſam reddat, ſuam emittit depoſitionem omninò inſufficientem, ad effectum, de quo agitur tenoris infraſcripti = *Ocellum eius penitus diffluere, atque de eo actum eſſe ratus medicamenta fruſtra adhibenda eſſe duxi, adeoque Infantis affectum veluti incurabilem non tetigi &c.*

In puncto quoque releuantiæ dicti aſſerti ſigni, ſeù Miraculi occurrit. Primo, quod morbus, quo dictus Paulus Franciſcus vexabatur, erat infirmitas humoralis, quæ naturalitèr poterat diſſipari & in totum euaneſcere, vt aliàs dictum fuit in examine præcedentis Miraculi: Secundo, quod ſanatio non fuit inſtantanea, quia Infantulus paulatim melius ſe habere cępit, vt conſtat ex confeſſione Matris eiuſdem Infantuli, quæ ait §.6. vbi ſupra = *Quo facto ſtatim Infans cępit conualeſcere.* Et Teſtis 72. §.12. pariter vbi ſupra ibi = *Puer magna omnium admiratione taliter melius habere cępit, vt hodierna quoque die nec vllus quidem in eius viſu defectus apparet*; Deficiente autem ſanationis inſtantaneitate, deficit ratio Miraculi, vt aduertunt *Maluetius in tractat. de Canonizat. Sanctor. dub.3. num.51. & 52. inter tract. Magn. tom.14. pag. mihi 101., Contelor. de Canonizat. Sanct. cap.17. num.9. §. Sed ego diſtinguebam, Zacch. quæſt. Medic. legal. lib.4. tit.1. quæſt.3. n.8.*

Sextum ſignum, ſeù Miraculum deſumitur ex liberatione Catharinæ Knyfflerin à Spiribus immundis, qui eam à natiuitate vſque ad decimum ſextum ætatis annum dinexarant, ac huiuſmodi liberatio poſt inuocationem P. Fidelis euenit. Ad probandum hoc aſſertum Miraculum non fuerunt examinati plures ex Sacerdotibus, à quibus ſe fuiſſe exorcizatam aſſerit ſupradicta Catharina, ac proinde deficit ea notitia, quæ tutior exiſtimari potuiſſet in probatione huius aſſerti Miraculi; Non etenim ſtandum eſt Teſtibus examinatis ob eorum imperitiam in hac materia, in qua vel propter ſimulandi facilitatem, vel propter connexionem, quam habere deteguntur ſigna eorum, qui obſeſſi creduntur cum iis, quæ ſæpè ſæpius apparent in fęminis, vel ratione affectionis hyſtericæ, vel ratione læſæ imaginationis ex atræ bilis abundantia ſapientes etiam deceptos fuiſſe aſſerit *Borell. obſeruat.47. cenſur.4.*

Veruntamen quatenus defectus examinis dictorum Sacerdorum cauſæ præiudicare non deberet, & ſtandum eſſet Teſtibus examinatis, patet ex iis non iuſtificari, eamdem Catharinam non fuiſſe energumenam; quandoquidem prorſus inſubſiſtens detegitur aſſertum ſuppoſitum, quod quædam Muliercula In Carceribus faſſa fuerit, eamdem Catharinam Dęmoni deuouiſſe, ac veneficio in pulmento affeciſſe: hoc etenim factum aliundè non iuſtificatur, quam ex dicto præfatæ Catharinæ Teſtis de auditu à Matre, vt habetur in *Summario num.7. §.1.*, & alterius fęminæ de auditu ex fama publica vbi ſupra §.23., quæ propтereà nullum probationis gradum conſtituunt, multòque minus; cum factum prædictum iuſtificari potuiſſet per exhibitionem Proceſſus Curiæ Criminalis, vbi Muliercula fuit inquiſita ob dictum aſſertum Maleficium, quod fa-

ctum

ctum non fuit, vt firmat *Roſ. deciſ. 5. num. 2. coram Merlin.*, *& coram Cavaler. dec. 87. num. 1. & in recent. dec. 266. n. 19. part. 15. recent.*

Sicuti probatum non remanet ſignum, quo iuſtificari prætenditur, Catharinam fuiſſe energumenam, deſumptum ex repugnantia, qua detineri ſolita erat ad ſumendum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; Quandoquidem ad id probandum nulla alia datur iuſtificatio, quam aſſertio eiuſdem Catharinæ, cui obſtare proptereà videtur ſatis notum dicterium, nempè dictum vnius dictum nullius, quod etiam conuenit Teſti 89. §. 20. cum ſolus deponat de circumſtantia detegendi ea, quæ eodem tempore alibi in locis abſentibus fierent.

Eiuſdem generis eſſe quoque detegitur Maleficium, quod ab aſſerta Energumena eiectum dicitur; Siquidem Teſtes adducti ad id probandum diſcrepant inter ſe; Teſtis etenim 89. §. 18. ait, Energumenam eieciſſe deformem clauem rubiginoſam, ibi = *Ecce mox eadem Catharina deformem quamdam, & rubiginoſam clauem eijcere viſa eſt, quæ clauis in terram cecidit, & vſque nunc Welkirchi aſſervatur*, Teſtis 90. §. 29. cum quo conuenit Teſtis 91. §. 40. ait, fiſtulam ligneam eieciſſe, ibi = *Diabolus reddidit primum Maleficium, fiſtulam ſcilicet ligneam, quæ miro modo à corpore Catharinæ in terram cecidit*.

Diſcrepant ſimiliter inter ſe circà tempus aſſertæ liberationis ſecutæ poſt eiectionem Maleficij; Deponit ſiquidem Teſtis 89. §. 18. poſt eiectionem ſtatim dictam Catharinam liberatam remanſiſſe, ibi = = *Quo facto, ceſſauit omnis vexatio, & eadem Catharina ad ſe reuerſa veluti reuiuiſcere viſa eſt* = Contrarium tamen reſultat ex dicto Teſtis 90. §. 29., ibi = *Veruntamen nec dum præfata Catharina plenè libera remanſit* =, cum quo conuenit Teſtis 91. §. 40.; Ac propterea Teſtes prædicti nullum, vel minimum probationis gradum conſtituere valent, & de Maleficij aſſerta eiectione nulla ratio eſt habenda.

Multòque magis cum ad ſuadendam inſubſiſtentiam dictæ aſſertæ eiectionis Maleficij plura concurrere detegantur; Primum nempe quod dicta Catharina, quæ cœteroquin in ſuo examine ſollicita fuit exponere omnes, & quaſcunque circumſtantias ad verificationem aſſerti Signi, & Miraculi, & ſanè valdè debiliores, & fortaſſe nullius momenti, de dicta Maleficij eiectione nullum, vel minimum verbum fecit: Secundum eſt, quod præfati Teſtes deponunt de dicta eiectione, veruntamen non exprimunt partem Corporis, à qua Maleficium eiecerit, quæ vtique expreſſio neceſſaria fuiſſet ad euertendam quamcunque ſimulationis vmbram, & ad demonſtrandum, quod verè ex ore eiuſdem Energumenæ fuerit eiectum. Et Tertium eſt, quod imperceptibile redditur, quod ſi reuerà dicta eiectio Maleficij ſecuta fuiſſet, idem Maleficium exhibitum non fuiſſet coram Iudicibus, cum à Teſtibus Werkirchij aſſeruari aſſeratur.

At quatenus Catharina fuiſſet Energumena, nunquam tamen eius liberatio eſſet Miraculo adſcribenda; Energumeni etenim liberantur virtute Ordinis exorciſtatus, & cum hic modus ſit in Eccleſia

con-

conſuetus, nihil habet admirationis, & ſic nihil Miraculi. Liberantur quoque Energumeni imperio, quo aliquis Dei Seruus aduerſus Dęmones vexantes vtitur, aut ad contactum Reliquiarum Seruorum Dei, & in hac facti contingentia adeſſe poteſt Miraculum, vti deſumitur ex pluribus Bullis Canonizationum, ſed liberatio ad inuocationem, vel ad contactum Reliquiarum illico ſequi debet, cumque eadem hoc modo ſecuta non fuerit in caſu noſtro, ceſſare idcirco dicenda eſt ratio Miraculi, vti bene animaduertit *Matthęuce. olim Conſultor huius Sacra Congregationis in ſua Practic. Theolog. Canonic. tit.3. cap.3. pag.190. num.8.*, ibi = *Inde habetur ad genus Miraculorum pertinere, ſi liberatio Obſeſſorum ſit vel per contactum Reliquiarum Seruorum Dei, vel per ipſorum inuocationem, poſt mortem, aut ipſis viuentibus per imperium, aut preces ad Deum pro liberatione directas, quæ illico ſubſequatur.*

Septimum, & vltimum Signum, ſeù Miraculum habetur in ſanatione Gaſparis Stigher à vehementi dolore, quo ſpatio quinque annorum in dorſo laborauit, per applicationem Enſis, quo Seruus Dei trucidatus fuit, ſecuta. Aduerſus quod ponderandum proponitur, quod probatio morbi, eiuſque qualitatis non reſulrat ex atteſtatione alicuius Medici, ſeù Chirurgi, ſed ſolùm ex dicto Patientis Ruſtici, eius Vxoris, & Fratris, vt habetur in *Summario Num.* 8.; Quibus, & ratione imperitiæ, & qualitatis perſonarum plena fides non eſt adhibenda, ad tradita per *Bartol. in Leg. ex libero in fine ff. de quæſt.*, quàm refert, & ſequitur *Farinacc. quæſt.57. de Teſt. num.6.*, *Rot. deciſ.209. num.15. part.3.*, *& deciſ.132. num.6. part.16. Recent.*: Abſque eo quod aliquod præſidium præbere poſſe videatur depoſitio Patris Luciani Capuccini, de qua *Summario*, vbi ſupra, cum de ijs, quæ narrat, non reddat rationem, & ſcientiæ cauſam, qui ſanè defectus operatur, vt eidem Teſti fides non ſit habenda, vt notant *Ruin. conſil.44. n.14. vol.4.*, *Rot. cor. Caril. dec.41. n.16.*, *& in Rec. dec.195. n.15. par.17. Rec.*

Item aduertitur, quod non conſtat de identitate Reliquiæ Serui Dei, nempe enſis, qui fuit dorſo Gaſparis applicatus, prout plenè conſtare deberet, vt eiuſdem Serui Dei interceſſioni Miraculum adſcriberetur: Pater enim Lucianus *Summario*, vbi ſupra §.21. loquendo de præfato enſe, ait = *Poſtquam gladius fuiſſet applicatus, quo Pater Fidelis Martyr peremptus eſſe creditur &c.*: Quæ verba in dubium ponunt identitatem Reliquiæ dicti Serui Dei, pro cuius identitatis excluſione quælibet poſſibilitas in contrarium ſufficere poſſet, vt aduertit *Rot. deciſ. 317. num. 10., & 11. part.14. Recentiorum.*

Demum ponderatur, adhibita fuiſſe Medicamenta, & ſanationem non fuiſſe ſecutam in inſtanti, ſed paulatim, cum Pater Lucianus loqui videatur de melioratione, ibi = *Se alleuiatum ſentiret*, & vtraque hæc circumſtantia obſtat Miraculo.

Ad partes poſito, non eſſe hic, & nunc rigoroſè procedendum, cum non agatur taxatiuè de Miraculis, ſed vel de Miraculis, vel de Signis; Signum etenim Sanctitatis non debet eſſe naturale, & conſuetum, ſed inſolitum, & ſupra naturam, & ſic per conſequens Miraculoſum, itaut communis ſit Theologorum Sententia, ad rem,

de

de qua agitur, nullam adeſſe differentiam inter Signum, & Miraculum, vti bene adnotauit, & probauit *Pater Philippus Maria à S. Paulo huius Sac. Congregationis Conſultor in ſuo Opere de Sac. Apparitionibus pag. mihi 71., & plur. ſeq.*

Atque hæc dicta ſint ſub cenſura, ſaluo ſemper &c.

Proſper Archiep. Epiſc. Anconæ Fidei Promotor.

Digitized by Google

Conſtantien. ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis

SIVE

Declarationis Martyrij

VEN. SERVI DEI

FR. FIDELIS

A SIGMARINGA

Sacerdotis, & Religioſi Profeſſi
Ordinis Capuccinorum
S. Franciſci,

Et Primi ex Miſſionarijs Sacræ Congregationis de Propaganda Fide in odium Fidei ab Hæreticis interempti

RESPONSIO FACTI, ET IVRIS

Ad Animaduerſiones R̃mi Fidei Promotoris

SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, necnon de Signis, ſeù Miraculis in caſu &c.

Beatiſſime Pater.

POſtquàm Reuerendiſſimus P. D. Fidei Promotor benignum SANCTITATIS VESTRÆ Indulgentiam, vt in Cauſa noſtri glorioſi Martyris P. Fidelis à Sigmaringa, vnà cum Dubio *de Martyrio, & Cauſa Martyrij* aliud inſimùl proponatur *de Signis, & Miraculis*, valido rationum fundamento ſubnixam, paribuſque non deſtitutam exemplis oſtendit, commendauitque, muneri ſuo impensè vacans nonnullas ſuper vtroque complicato Dubio ſubtiliter monit difficultates; ad

quarum proindè clucidationem prouocati, vt id faciliùs aſſequamur, eamdem à diſertiſſimo Oppoſitore ſeruatam methodum retinebimus, in duas tamen partes præſenti reſponſione diuiſa, refellendo nimirùm in prima Obiectiones reſpicientes Martyrium, & Cauſam Martyrij, & in altera illas, quæ percutiunt Signa, ſiuè Miracula.

2 At quia Reuerendiſſimus Promotor, antequàm deueniat ad diſcuſſionem primæ partis Dubij reſpicientis Martyrium, ſingularem quamdam præliminariter excitat difficultatem, veluti impeditiuam proceſſus ad vlteriora, fundatam in ſuppoſita exiſtentia cuiuſdam libelli à noſtro Ven. Martyre compoſiti, & euulgati, ideò hanc priùs diluere oportet, quod paucis conficietur.

3 Siquidèm, nè inutiliter euagemur ſuper intelligentia Decretorum Generalium Vrbani VIII. in obiecto allegatorum, an ea ſcilicèt opponi valeant ad retardandum progreſſum Cauſæ alicuius Serui Dei, vbi perfecta non habeatur probatio, eumdem Seruum Dei librum aliquem certò conſcripſiſſe, quemadmodùm requiri manifeſtè conſpicitur ex ipſa eorumdem Decretorum litera §. *Præterea* per Reuerendiſſimum Promotorem citato, ibi = *Nàm ſi SCRIPSISSE CONSTITERIT, non priùs eſt ad aliquem actum Inquiſitionis deueniendum, quàm tales Libri diligenter in Sacra Congregatione examinentur* = Quæ ſanè perfecta, & concludens probatio dici nequit concurrere in caſu præſenti; vbi tota fundatur in ſimplici vnius dumtaxàt Teſtis aſſertione; adeout ſi qua in hypotheſi, in hac præcipuè militare videatur adagium illud, paſsìm in Iure receptum, *Dictum vnius, Dictum nullius*, de quo Scribentes *in Cap. In omni negocio, & in Cap. Licet vniuerſis 23. de Teſtibus, & in L. Iuris jurandi, & in L. Iulianus Cod. eodem tit.* Fortius verò, quia præfatus Teſtis nullam penitùs Dicti ſui rationem affert; vndè magis, magiſque eius fides eneruatur *per Text. in Cap. Cum Cauſam*, ibique Doctores communiter de Teſtibus = *Scire enim rem Teſtis non dicitur, cum ſcientia alicuius rei conſiſtat in eiuſdem cognitione per cauſam*, vt ait *Bald. ibidem num.*44.

4 Prò omnimoda oppoſitæ difficultatis ſolutione ſatis eſt reminiſci, quod eidem Inſtantiæ, quæ nunc promouetur, pro exhibitione controuerſi libelli ſatisfactum jàm plenè fuit triginta octo ab hinc annis, nempè anno 1690. occaſione, qua per Fidei Subpromotorem iſtius Cauſæ Proceſſus reuidebantur. Orta nàmque tunc temporis dubitatione ex eodem Dicto præfati Teſtis à Reuerendiſſimo Promotore nunc iterùm oppoſito, an P. Fidelis librum aliquem reuerà compoſuerit, expletiſque ad finem inquirendi eumdem Librum per Patres Capuccinos Prouinciæ Auſtriæ Anterioris opportunis diligentijs, cum nil inueniri potuiſſet, ac ſuper hiſce eorumdem Patrum Atteſtationes Fidei Subpromotori fuiſſent exhibitæ, plenè hic acquieuit, vt colligitur ex tribus Epiſtolis eodem anno 1690. ſcriptis à P. Luciano Montifontano Capuccino tunc in illis Partibus degente, & huius Cauſæ Procuratore, quarum particulæ dantur *in præſenti Summario Additionali num. 1. litt. A. B. & C.* Quinimò poſt hæc alijs ſedulis indagationibus tùm à Patribus Capuccinis Prouinciæ Helueticæ factis, tùm à Reuerendiſſimo Epiſcopo Conſtantienſi prò ſua præſtantiori authoritate in eius quoque Archiuijs demandatis, nulla potuit haberi conquiſiti Libri notitia, & nemo

re-

reperiri valuit, qui aliquam de illo informationem ſuggereret, vt hiſce propemodùm verbis ſolemniter teſtatus fuit dicto anno 1690. laudatus Epiſcopus Conſtantienſis *prædicto Summario Additionali num.2. litt.A.*; & id ipſum iurati depoſuerunt omnes Patres Capuccini tunc ætate, & muneribus geſtis grauiores in dicta Prouincia Heluetica exiſtentes, *eodem Summario Additionali num.3. à lit.A. ad H.*; ex quibus omnibus Documentis cum luculentèr apparuerit conſtare de non exiſtentia petiti Libelli, ab vlteriori Inſtantia exhibitionis fuit omninò ceſſatum, prout manifeſtè deducitur ex eo, quod in Cauſa deinceps proceſſum fuerit ad vlteriora. Habita quippè fuit anno 1695. Congregatio Antepræparatoria coram clar. me. Cardinal Caſanata tunc huius Cauſæ Ponente, quin vlla promota fuerit Inſtantia ſuper dicta exhibitione, quamuis tunc quoque in Summario Informationis adeſſent verba illa Teſtis, quæ præſenti difficultati fomentum præſtant; quod vtique non contigiſſet, niſi reuerà ex documentis vſque de anno 1690. exhibitis ſcrupulus omnis ſuper exiſtentia dicti libri, eiuſque vnquàm poſſibili repetitione fuiſſet plenè ſublatus.

5 Et ſanè è conſpectu atteſtationum Patrum Capuccinorum Prouinciæ Auſtriæ Anterioris, necnon è conſpectu aliarum Epiſcopi Conſtantienſis omniūque grauiorum PP.Capuccinorum Prouinciç Helueticæ vnanimiter ſub iuramento affirmantium,ſe nunquàm vidiſſe perquiſitum librum, neque de illo quidquam penitùs audiuiſſe, quodnam quæſo fundamentum conſtitui poteſt in ſimplici Dicto vnius Teſtis, qui fortè conſpiciens Librum Catechiſticum ſuppreſſo nomine Typis editum potuit facillimè hallucinari,putans eum à Ven. P. Fideli conſcriptum, non alia ductus ratione, niſi quia nouerat eumdem Religioſum ijs in Regionibus ſtrenuiſſimi Miſſionarij munus adimplentem, ſummoque zelo tùm Hæreticorum conuerſioni, tùm Neoconuerſorum confirmationi diù, noctuque vacantem? Illud profectò certiſſimum eſt, præfatum Teſtem ex propria tantùm opinione fuiſſe locutum, cum nullam penitùs adduxerit ſcientiæ cauſam, cur libellum nullius Authoris nomine inſcriptum P. Fideli tribuerit; cumque nemo alter ex tot Teſtibus in tribus Proceſſibus formiter examinatis vllius libelli Authorem fecerit P. Fidelem, imò nec vlla poſthac haberi potuerit notitia in id collimans, cur quæſo ampliùs immoremur in ſuperuacanea, & inutili ſuppoſiti libelli perquiſitione?

6 Huic ſanè hypotheſi apprimè congruit exemplum eius, quod obſeruatum fuit in Cauſa B. Andreæ de Comitibus, in qua cum anno 1723. ad relationem clar. mem. Cardinalis Paulutij in Sacra Congregatione Rituum proponenda eſſet Inſtantia ſuper Signatura Commiſſionis, & Reuerendiſſimus Promotor oppoſuiſſet, quod ante omnia foret explenda reuiſio cuiuſdam Opuſculi = *de Partu Virginis* = quod eidem Beato à P. Luca Wading in Opere de Scriptoribus Ordinis Minorum, alijſque Authoribus tribuitur, *d. Summar. Additionali num.4.*, ea ſatisfactum fuit reſponſione, quod certò non conſtabat, aſſertum Opuſculum fuiſſe à B. Andræa conſcriptum, quodue præterea factæ fuerant extraiudiciales diligentiæ, nilque de præfato Opuſculo reperiri valuerat. Quam quidèm Reſponſionem Sacra Congregatio admiſit petitam Commiſſionis Signa-

gnaturam ſucceſſiuè decernendo, prout omnibus notum eſt.

7 Quanto fortiùs igitur ad vlteriora procedendum hodiè venit in hac Cauſa, vbi dictis veteribus documentis recentia quoque adduntur, juratę nimirùm Atteſtationes duorum Patrum in Prouincia Auſtrię Anterioris præcipua pollentium prærogatiua, Prouincialis nempè, & Exprouincialis, concorditer deponentium, nil vnquàm de præfato libro vidiſſe, aut audiuiſſe, neque in eorum Bibliothecis, & Archiuijs Prouinciæ ſtudioſè in hunc finem perluſtratis quidquam fuiſſe repertum, *dicto Summario Additionali num.5.* Et ità expediti à præliminari Obiectione Reuerendiſſimi Promotoris, tranſitum facimus ad oppoſitas difficultates ſuper priori parte præinſerti Dubij: Sit igitur.

P A R S P R I M A.

Soluuntur Obiectiones circà Martyrium.

8 DVplex Aſſumptum in hiſce nouis Animaduerſionibus ſuper Martyrio Ven. P. Fidelis ſibi propoſuit oſtendendum Reuerendiſſimus Fidei Promotor. Primum nempè, quod probata non ſit perſeuerantia finalis noſtri Serui Dei, quando eidem ab Hæreticis mors illata fuit. Alterum verò, quod ſine hac rigoroſa probatione reſponderi non poſſit, conſtare de Martyrio, & Cauſa Martyrij. Neutrum tamen ità probatum eſt, vt felici Cauſæ huius progreſſui valeat officere, quod infrà luculentiſſimè demonſtrabitur.

9 Et primo quidem liceat innuere, nouam prorsùs non eſſe obiectionem ſuper prætenſo defectu probationis perſeuerantiæ finalis, cum eadem planè oppoſitio excitata jamdudùm fuerit à bo. me. Archiepiſcopo Myrenſi in eius Animaduerſionibus ſuper Dubio Martyrij §. *Ea vero*, quæ propterea nos adegit ad cumulanda quamplura in Reſponſionibus Facti, & Iuris ad dictas Animaduerſiones datis §. 98., *& ſequen.*, quas denuò reaſſumere, & ponderare humiliter exoramus, nè hìc omnia repetendo, longior, quàm par eſt, Reſponſio præſens euadat.

10 Strictè autem aggrediendo nunc elucidationem eorum, quæ noua ſub methodo obijciuntur, nè fortè locus æquiuocis relinquatur, juuat præmittere, quod vbi agitur de probatione finalis perſeuerantiæ exigendę in Martyre, intelligi profectò nequit, probandum eſſe per Teſtes de viſu, Martyrem in vltimo illo inſtanti, quod ipſum Animæ è corpore egreſſum immediatè præcedit, in Charitate Dei perſtitiſſe. Siquidèm actus ille totaliter internus, & cuius veritas recluſa manet in corde, quod neminem alium præter Deum ſui Scrutatorem ſolet agnoſcere, cum ſit omninò extrà Sphæram potentiæ viſiuę, oculis corporeis nullatenùs attingi poteſt; itaque ſatis eſt ad plenam probationem perſeuerantiæ finalis in Martyre, quod priùs viſa, ac rectè præcognita eius alacritate, qua ſeſe Martyrio ſubeundo exhibuit, nullum poſteà contrarium ſignum edide-

rit,

rie, vt alijs prætermiſſis egregiè docet *Eminentiſſimus Petra in ſuis Commentarijs ad Conſtitutiones Pontificias in Conſtitut.* 13. *Innocent. IV. ſect. vnic. tom.*3. *pag.*130. *num.* 20. ibi = *Finis autem in perſeueranti Charitate requiſita ſatis probatur, ſi non appareat ſignum contrarium* =

11 Quo ſic præmiſſo, nemo non videt, perſeuerantiam finalem in Martyre præſumendam potiùs eſſe, quàm probandam; & juſta quidèm ratione. Cum enim apud omnes Sanctos Patres, Theologos, & Canoniſtas firma ſit ſententia, Martyrem in conflictu, & paſſione conſtitutum ſub ſpeciali Dei protectione exiſtere, & ab eo magna virtute, & gratia præmuniri, quid quæſo credibilius, quàm quod in extremo agone poſitus gratuitum finalis perſeuerantię Donum ab immenſa Seruatoris noſtri liberalitate conſequatur? Hanc indefectibilem Chriſti Domini Martyribus ſuis aſſiſtentiam in ſupremo certamine pluribus egregiè commendauit *S. Cyprianus*, & ſignanter *lib.*2. *Epiſt.*6. ibi = *Pretioſa mors, quæ emit immortalitatem pretio ſui Sanguinis, quæ accipit coronam de conſummatione virtutis. Quam lætus illic Chriſtus fuit? Quam libens in talibus Seruis ſuis pugnauit, & vicit Protector Fidei? Dans credentibus tantum, quantum ſe credit capere, qui ſumit. Certamini ſuo adfuit, præliatores ſui nominis erexit, corroborauit, animauit* = & rursùs *lib.*4. *Epiſt.*6. *circà finem*, ibi = *En agon ſublimis, & magnus, & Coronæ Cæleſtis præmio glorioſus, vt ſpectet vos certantes Deus, & ſuper eos, quos Filios facere dignatus eſt, oculos ſuos pandens certaminis noſtri ſpectaculo perfruatur. Præliantes Vos, & Fidei congreſſione pugnantes ſpectat Deus, ſpectant & Angeli eius, ſpectat & Chriſtus. Quanta eſt gloriæ dignitas, quanta felicitas, Præſide Deo, congredi, & Chriſto Iudice, coronari* =

12 Hinc itaque eſt, quod licet in illo vltimo agone grauior fortaſsè poſſit euadere tentatio deficiendi à Fide, vel à Charitate, & quamdiù homo viuit, ſemper timeri valeat, nè ob propriam imbecillitatem ſuccumbat, animoque frangatur, timendum tamen non eſt de Martyris defectione in eo extremo, quo patitur, momento; cum ad Diuinam ſpectet Prouidentiam illum in ſupremo agone cuſtodire, vt ex vnanimi Theologorum ſententia optimè tradit *Card. Capiſuccus Controu. Theolog.*27. *quæſt.*2. §.21. ibi = *Etſi homo quamdiù vſu rationis pollet, peccare poſſit, in eo tamen articulo non peccabit; nàm pertinet ad Diuinam Prouidentiam, ità eum cuſtodire, qui agonem abſoluit, vt nulli cedat tentationi, quod etiam præſtat abundantia gratiæ, & auxiliorum, quæ Martyri conceduntur.*

13 Ideòque, vt mox dicebatur, perſeuerantia finalis in Martyre præſumenda potiùs eſt, quàm probanda, cum nihil magis credibile ſit, quam quod efficacior Spiritus Sancti gratia abundet, vbi maior ad difficiliorem actum virtus eſt neceſſaria, vt benè inquit *Durand. in* 4. *diſtinct.*4. *quæſt.*8. *num.* 10., & pleniùs *Card. Capiſucc. d. Controu. Theolog.* §.21. *circà finem*, ibi = *Pie tamen credendum, quod poſt acceptam gratiam, quæ Martyri omnem culpam, ac pœnam remittit, Deus ſpeciali auxilio ità Martyrem cuſtodiat, vt pro breuiſſimo illo temporis ſpatio mortem antecedente illum non permittat in aliquod peccatum labi. Hoc enim videtur congruere & ipſi Martyris conditioni, vt, ex quo Vitam pro Chriſto voluntariè profundit, Deus*

ex

ex ſua infinita liberalitate eiuſdem Martyris voluntatem ſibi ex tunc inſeparabiliter vniat, itaut ab ipſo Deo per peccatum ampliùs ſeparari non permittat, & ne incaſſum maneat excellentiſſimum opus, quo quis Vitam Deo offert, & conſecrat &c.

14 Et ſi argumentum huius efficaciſſimæ gratiæ, quam in vltimo præſertim conflictu Martyribus ſuis largitur Altiſſimus, vel ex ipſo eorumdem Martyrum ore placeat eruere, luculentiſſimum nobis præſtant Acta Martyrij plurimorum ex illis, præſertim verò S. Theodoti Ancyrani apud *Theodoric. Ruinart. in Actis Sanctorum Martyrum ſinceris, & ſelectis nouæ editionis pag. mihi* 348.; eum enim fortiſſimus Pugil, lacerato per Lictores corpore, per medium forum duceretur ad Carceres, præſentem Populum ad Chriſti potentiam inſpiciendam per hæc inuitauit: *Videte vniuerſi, quàm admirabilis Chriſti ſit Virtus, & quomodò ijs, qui eius cauſa ſe tormentis exponunt, largiatur impaſſibilitatem, atque corpoream infirmitatem efficit igne valentiorem, facitque generis infimi Homines minas Principum flocci pendere, & Edicta Imperatorum contra pietatem lata. Et quidem citra perſonarum acceptionem Dominus vniuerſoram vniuerſis præſtat eiuſmodi gratiam ignobilibus, Seruis, liberis, barbaris &c.* Et poſtmodùm aliquot elapſis diebus, cum Theotecnus Præſes ſæuiſſima tormenta ipſi nouiter inferenda minacibus verbis repræſentaret, generoſus Martyr in eumdem ſenſum hæc reſpondit: *Ecquid, ò Theotecne, adeò grande contra me excogitabis, quod poſſit reſiſtere poteſtati Domini mei Ieſu Chriſti? Quamuis autem corpus meum totum ſit prioribus plagis diſſolutum, vt vides; nouam tamen roboris mei experientiam ſume, diuerſaque tormenta membris meis admoue, vt videas, quàm valida ſint ad tolerantiam, quæ modo diſſipata videbantur.*

15 Eodemque penè ſermone allocutus eſt S. Vincentius Martyr coadunatam Fidelium multitudinem, quæ de ipſius mæſta ſupplicijs ad eum conuenerat, inquiens: *Nolite timere; laudeſque Dei contemnendas nolite putare; immò properè irrumpite, & ſolatia Angelico obſequio miniſtrata oculis haurite ſecuri . . . . . laxata ſunt vincula: creuere vires, corpus ſtramenta mollia refecerunt. Miramini potius, & veris aſſerite præconijs, Chriſtum in Seruis ſuis ſemper eſſe victorem*: vt habetur ex ijſdem Actis Sanctorum Martyrum collectis à *Ruinart. pag. mihi* 371. Et rationem, cur Martyr lætus tormenta ſuſtineat, neque de ipſius Corporis, aut animi imbecillitate verendum ſit, præſtantiſſimam reddidit Superno afflata Spiritu S. Felicitas. Nimirum fortis hæc Mulier à Fidei perſecutoribus apprehenſa vnà cum S. Perpetua, alijſque Socijs, dum octo menſium prægnans reperiebatur, inſtante Martyrij die, in magno erat luctu, ne propter ventrem illud ſibi differretur, quia tunc non licebat prægnantes pęnæ repræſentari: ſed & Commartyres eius grauitèr contriſtabantur, ne tam bonam Sociam, quaſi comitem ſolam in via eiuſdem ſpei relinquerent. *Coniuncto itaque vnito gemitu* (ſunt verba, quæ habentur ex ijſdem Actis Martyrij SS. Perpetuæ, & Felicitatis collectis per ſæpè laudatum *Ruinart. pag mihi 99. ſub num. 15.*) *Ad Dominum orationem fuderunt ante tertium diem muneris. Statim poſt orationem dolores eam inuaſerunt: & cum pro naturali difficultate octaui menſis in partu*

la-

laborans doleret , ait illi quidam ex Miniſtris Cataractariorum : Quæ ſic modo doles , quid facies obiecta beſtijs , quas contempſiſti , cum ſacrificare noluiſti ? Et illa reſpondit : MODO EGO PATIOR, QVOD PATIOR , ILLIC AVTEM ALIVS ERIT IN ME , QVI PATIETVR PRO ME , QVIA ET EGO PRO ILLO PASSVRA SVM = Hiſce nempè mirabilitèr confirmans quam rectè à Deo pro Martyre dictum intelligatur illud *Pſalmi 90. 15.* = *Cum ipſo ſum in tribulatione , eripiam eum , & glorificabo eum ,* vbi Gloſs. ordin. ſic ait = *Non eſt timendum in tribulatione ; fides in te , Deus in te : eripuit tres pueros : nunquid Martyres deſerit ? Tres pueros eripuit corporalitèr , vt confundantur Infideles : Martyres liberat ſpiritualitèr , vt imitentur Fideles ; & hac protectione muniti Martyres ſpernebant cruciatus , iubilabant in doloribus .*

16 Quæ omnia ſicuti vehementiſſimam perſeuerantiæ finalis præſumptionem , ni fortè verius dixerim , certitudinem in Martyre inducunt , ita planè à neceſſitate eius probationis omninò releuare dignoſcuntur ; adeout pro euincenda veritate Martyrij plenè , ac perfectè conſummati ex parte ipſius Martyris , nil aliud requiri videatur , quàm quod antecedentèr ad ipſum actum necis illatæ generoſam ille oſtenderit voluntatem pro Deo patiendi . Hæc autem generoſa voluntas patiendi pro Deo quanta , & qualis fuerit in noſtro Ven. Martyre P. Fideli , longè magis , quàm verbis exprimi poſſit , elucere conſpicitur ex collecta ſerie omnium circumſtantiarum in id conſpirantium , quas latè expoſuimus in Reſponſione Facti , & Iuris ad quaſdam difficultates *à* §. 80. *& plures ſequen.*

17 Quid enim , niſi flagrans Martyrij deſiderium, portendebat quotidiana illa deprecatio , quam pro eiuſdem Martyrij aſſecutione ad Deum fundebat ? Quid rurſus , niſi tale deſiderium , præſeferebat heroica illa animi fortitudo , qua Ven. Dei Seruus difficillimum Apoſtolicæ Miſſionis exercitium alacritèr adeo ſuſcepit , probè guarus ijs præſertim in hoc miniſterio adlaborantibus cęlitùs donari , vt mortem patiantur pro Chriſto iuxta illud Apoſtoli ad Philippenſes 1. *cap.29.* = *Vobis donatum eſt pro Chriſto , non ſolum vt credatis in eum , verùm etiam , vt patiamini pro eo* = Nonne omnia protſus media lubens arripuit , quæ ſumma erga Deum , & Proximnm accenſa in illius corde Charitas eidem imperauit ? Habito enim Pontificio ſimul , ac Superiorum Ordinis meritorio ſalutaris obedientiæ mandato conferendi ſe in Prætegouiam ad prædicandum incultæ , ac ferociſſimæ Genti Sacroſanctum Domini Euangelium , diu , noctuque totis viribus ſuis eò connitebatur , vt impoſito ſibi muneri perfectè ſatisfacere , oueſque miſeras vndequaque circumerrantes ad verum Chriſti Ouile reducere poſſet. Nec in irritum labores eius ceſſere ; tantum quippè verbo ſimul , & exemplo profecit , vt multis iam ex principalioribus Hæreticis ad Fidem Catholicam conuerſis , ſpes maxima apparuerit , omnem illam Gentem ad obedientiam S. Romanæ Eccleſiæ quantocyùs adducendi . Id autem Prædicantes Hæreticos in eam compulit vehementiſſimam rabiem , vt mutua inter ſe inirent conſilia , quomodo eum perderent , & occiderent , queritantes ad inuicem cum Scribis , & Phariſæis = *Videtis , quia nihil proficimus ; ecce Gens*

tota

tota poſt ipſum abit : ſi dimittimus eum ſic , omnes credent per verba ipſius = & venient Catholici Romani , & tollent noſtrum locum , & Gentem ; quemadmodum benè reſultat ex ijs , quæ ſparſim habentur in *Summario Informationis ſuper Dubio Martyrij num.6. pag.68.* §.20. *num.8. pag.81. à* §.75. *ad* 82., *& num.11. pag.107.* §.20. *pag.108.* §.27. *& pag.109.*§.29., *& alibi*.

18 Non latuit profectò Ven. Dei Seruum talis in ipſum facta Hæreticorum Prædicantium barbara coniuratio, vtpote quæ eò vſque temeritatis, & audaciæ progreſſa fuerat, vt quidam Neoconuerſus, Nobilis videlicet Vir Antonius Gugelberg, qui eidem Ven. Seruo nuntium ferre voluit de imminenti mortis periculo, ea propter à furibundis Hæreticis fuerit in itinere trucidatus, vt legitur in *Summario dictæ Informationis pag.70.* §.25. *& 26.*; hoc tamen non attento fidelis Athleta Chriſti ſeuo illo, ac diro brumali tempore per iuga, per montes, per & auia, & inuia, ac ſæpè inter decidentes copioſiſſimas niues, aut aquas, nunc prædicando, nunc catechizando, nunc Confeſſiones excipiendo, nunc priuatis colloquijs exhortando, concreditam ſibi vineam maiori ſemper ſpiritus feruore excolere nitebatur inter præſentiſſima quotidiana vitæ, & mortis pericula, diem illum, & horam ardenter expectans, quam Dominus illi ad exoptatam paſſionem deſtinauerat; adeout Officialis quidam bellicus erga Zelantiſſimum Patrem compaſſiua teneritudine permotus, paulò ante Martyrium ipſum interrogauerit, cur ſe tantis, & tam certis ob oculos verſantibus periculis vitam ſibi citra dubium mox ablaturis obijcere non deſineret, cui Seruus Dei alacri animo ſtatim repoſuit = *Se hoc facere ob Superiorum ſuorum obedientiam, & conuerſionem Hæreticorum in his partibus magno numero exiſtentium, & ob ſalutem Proximi ſui: addiditque, quod quamuis indignum ſe reputaret, nihilominus ad Dei gloriam, Catholicæ Religionis propagationem, & Proximorum ſuorum ſalutem ſæpè ex intimo corde ab Omnipotenti Deo petierit Martyrij aſſecutionem, cuius Coronam ſibi à Domino præparatam ſciret* = vt de facto proprio, & de immediato auditu ab ipſo Seruo Dei ſibi taliter reſpondente deponit Teſtis XXX. d. *Summario Informationis ſuper Dubio Martyrij pag.66.* §.8.

19 Vrgebat ergo Ven. Dei Seruum Charitas Ieſu Chriſti, cuius amore ſuccenſus, cum pro iuſta Apoſtolici ſui muneris exigentia quotidiano mortis periculo ſeſe ſemper intrepidus expoſuiſſet, id tamen ſingulari ſpiritus magnanimitate abundantius præſtitit ea die, qua in Terram Seuiſij ſe contulit, per expreſſos nuntios ſolemnitèr inuitatus à nequiſſimis Hæreticis, qui perfidè diſſimulato, quo erga Dei Seruum exarſerant, fatali odio, eumdem exorarunt ad habendam ibi Concionem publicam; quamuis enim talis inuitatio plurimum ſuſpecta fuerit Ven. Seruo Dei, vti palam teſtatus eſt Vir Illuſtriſſimus Ioachinus Columna d. *Summario Informationis pag.* 77. §.65. inquiens = *Io mi ricordo, che allora il Padre diede manifeſto ſegno, che non ſi aſpettaua da coſtoro, ſe non male* = Nihilominus ille pro debito muneris ſui, ac pro eo, quo ferebatur, ad procurandam Animarum ſalutem ardentiſſimo Zelo, ſtatim pollicitus eſt, altera ſe die in Oppidum Seuiſij protinus aduenturum, ne fortè daretur occaſio dicendi, quod paruuli petierant panem, & non erat, qui frangeret eis.

20 Ad-

20 Aduenta itaque ſtatuta die, ſtetit promiſſis: poſtquam enim Catholicos omnes in Oppido Cruſcæ exiſtentes de præſenti magno vitæ diſcrimine apertiſſimis verbis admonuit, *d. Summario Informationis pag.66. §.6. & §.9.*, eoſque, vt per Sacramentalem Confeſſionem ſe Deo reconciliarent, efficacitèr eſt cohortatus, poſt humillimam ab ipſo Confeſſionem Socio ſuo P. Ioanni peractam, dicto *Summario Informationis pag.91. §.12.*; poſt celebratum ſingulari pietatis feruore Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, d. *Summario Informationis pag.77. §.66.*, ac denique poſt efficaciſſimam ad Populum Concionem habitam, qua durante, raptus fuit in extaſim, vt præſentes omnes poſtea firmitèr crediderint, reuelatam tunc temporis ei fuiſſe mortem deinde ſubſecutam d. *Summario Informationis pag.91. §.4. & §.10.*, Oratione, vt eius moris erat, flexis genibus ad Altare iterum facta, immediatè abſque vlla corporali refectione, in illo ipſo ſpiritus feruore, recta ad Eccleſiam, & locum, quo ab Hæreticis ad concionandum fuerat inuitatus, in Pagum Seuiſij ſe contulit, ibique Populo iam congregato, præmiſſa paritèr de more deuota Oratione, Ambonem conſcendit, & non attento, quod ibidem ſcriptam repererit ſententiam mortis ſibi iamiam imminentis per illa verba = *Oggidì predicherai, e non più* = dicto *Summario Informationis pag.99. §. 50.* feruidiſſimæ Concioni initium dedit, eamque intrepidè eſt proſecutus, donec in illum coniurati perduelles Hæretici, concitato prius in Eccleſia tumultu, mox contra eumdem exploſa bombarda, tandem in manſuetiſſimum Agnum, qui poſt omnimodam ſui ipſius oblationem in precibus iterum ad Altare porrectis Deo renouatam, è Templo, veluti Chriſtus Dominus ab Horto Orationis egreſſus pacificè gradiebatur, fuſtibus, gladijs, clauiſque ferreis barbarè irruentes, quam diù moliti fuerant, immaniſſimam illi necem intulerunt, vt latè referunt plures Teſtes dicto *Summario Informationis num.9. à pag.91. ad* 102.

21 Ex his autem omnibus, cum nemo non videat, noſtrumglorioſiſſimum Martyrem, neque à præcognita nequiſſimorum hominum in ſe coniuratorum perfidia, neque à manifeſto necis ſibi iamiam inferendæ periculo deterritum fuiſſe, quin aſperrimos quoſque labores in commendato ſibi difficillimæ Miſſionis exercitio alacritèr aſſumpſerit, immo & Martyrij coronam ardenter exoptaſſe, illiuſque aſſecutionem à Diuina liberalitate fuſis precibus quotidie imploraſſe, & ad ipſumMartyrium ſibi cęlitus reuelatum nedum tota ſpiritus applicatione intrepidè ſe præparaſſe, ſed & obuiam conſtantèr iuiſſe, fateri profectò cogimur, eam fuiſſe in P. Fideli generoſam voluntatem patiendi pro Deo, quæ dubitare non ſinit, eumdem fortiſſimum Athletam in vltimo conflictus ſui momento ſpecialiſſima illa gratia, quam toties Martyribus ſuis repromiſit Altiſſimus, fuiſſe præmunitum, itaut eius ope in fideli Charitate vſque ad extremum vitæ ſuæ anhelitum certò certius perſeuerauerit. Cur enim de P. Fideli non credamus, quod ſibi euenturum indubiè pollicebatur S. Polycarpus Smyrnenſium Epiſcopus, qui poſitus in medio eorum, quæ ex more parabantur, arſuro = *Permittite, me ſic* (ad aſtantes alacri animo inquit) *qui enim mihi dedit velle, largietur & poſſe, atque ipſum tolerabilem faciet volun-*

luntati ignem ardentem = vt referunt Acta eius Martyrij collecta per Ruinart. *pag.*34. *num.*12.

22 Nec iſta, ex quibus colligimus, P. Fidelem in Charitate Dei vſque ad finem permanſiſſe, eius fortaſſe generis ſunt, quæ id tantùm probabile, credibile, aut veriſimile reddant. Quid enim certius Diuinis repromiſſionibus, quidue manifeſtius generoſa voluntate noſtri inuictiſſimi Pugilis, qua eas in ſe adimpleri promeruit? Hi duo cardines ſunt, quibus innititur perfecta probatio perſeuerantiæ finalis, adeout, cum cętera omnia concurrant extrema Martyrij, quæ hic amplius non controuertuntur, nil profectò vetet, quin præinſerto Dubio abſolutè reſponderi poſſit per verbum *Conſtare*: ſatis enim, ſuperque conſtat de perſeuerantia finali (ſine qua vltrò admittimus, dari non poſſe verum Martyrium) ſtatim, ac ea omnia, quæ Martyrium ipſum præceſſere, manifeſtè oſtendunt, paratiſſimum fuiſſe in Martyre animum patiendi pro Chriſto, nullumque poſtea viſum eſt Signum contrarium, vt præter Eminentiſſimum Petram in *Comment. ad Conſtitut.*13. *Innocent. IV. ſupra allegat. tom.*3.*pag.*130. *num.*20. doctè tradatur etiam Cardinalis Capiſucc.*Controuerſ. Theolog.*27. *quæſt.*1. §.13. vbi ait, quod ad plenam probationem Martyrij formalis ex parte Serui Dei, pro cuius ſubſtantia requiritur perſeuerantia finalis, abundè ſufficit ſola acceptatio eiuſdem Martyrij, quæ aliquando præceſſit, nec fuit retractata, ibi = *Exigitur ergo, & ſufficit ad Martyrium acceptatio, & intentio ſaltem habitualis, ea ſcilicet, quæ aliquando præceſſit, & fuit actualis formalis, nec fuit retractata, & ideo moraliter permanet*.

23 Quod ſi quis fortè intra ſe recogitet, neque magnificatas Dei repromiſſiones, neque paratam voluntatem, qua quis generoſè Martyrio ſubeundo ſe exponit, ſatis certum præbere argumentum perſeuerantiæ finalis in Martyre; quippè quia non ſemel acciderit, aliquos etiam ex ijs, qui prius alacres apparuerunt in ſuſcipienda morte pro Fide Chriſti, miſerè poſthac in extremo penè agone ab ipſa Fide defeciſſe, vt præ cęteris euenit infeliciſſimo illi ex numero quadraginta Militum Sebaſtenorum, qui ex rigenti ſtagno proſiliens immarceſcibilem coronam vitæ ſibi mox mox deferendam miſerabilitèr amiſit; facile tamen intelliget, hoc ipſum, quod obijcitur, exemplum, & alia eiuſmodi, quæ allegari poſſent, non deſtruere, ſed mirabilitèr potius conualidare propoſitionem ſuperius vnanimi Theologorum conſenſu firmatam, videlicet tunc ſatis conſtare, Martyrem in perſeueranti Fide, & Charitate obijſſe eo ipſo, quod nullum apparuit ſignum contrarium. Licèt enim Altiſſimus incomprehenſibili ſuo, atque inueſtigabili iudicio permiſerit aliquando, nonnullos ex ijs, qui palàm videbantur generoſè parati ad ſubeundum Martyrium, miſerrimè deficere; attamen pro ſua ineffabili prouidentia ita conſtituit, vt illorum defectionis manifeſtum ſignum protinus appareret, quemadmodum apprimè patet ex ſingulari quorumlibet eiuſmodi caſuum recenſione, vt optimè ad rem notat Card. Lauræa *in* 3. *lib. Sententiarum tom.*3. *part.*2. *de Martyrio, & de requiſitis ad ipſum diſput.*20. *artic.*10. *num.*175. vbi ait = *Impoſſibile autem eſt, vt alicuius perfidia neſciatur* = Si ergo ad peculiarem Dei prouidentiam

tiam

tiam pertinet efficere, vt ſi quis à generoſa voluntate, quam prius oſtendit, patiendi pro Fide Chriſti, fortaſſe ceciderit, eius defectionis manifeſtum aliquod ſignum videatur, pro certo quoque habendum eſt in perſeuerantí Fide, & Charitate citra dubium permanſiſſe eum, de quo nuſquam tale Signum apparuit.

24 Quin opponi mereatur, hoc ipſum probandum eſſe per Teſtes de viſu, quod nempè nullum apparuerit Signum contrarium perſeuerantiæ finalis; huiuſmodi namque probationis neceſſitas penitus exulare dignoſcitur, ſtatim ac ad Diuinam ſpectat Prouidentiam, vt lapſus eorum, qui à primæua Fide, & Charitate defecerint, manifeſtetur. Iſta quippè eſt ratio potiſſima, ob quam Doctores omnes de huiuſmodi materia tractantes eam ſtatuerunt regulam in Martyribus, vt ipſorum perſeuerantia finalis ſatis probata habeatur, ſi non appareat Signum contrarium, quia nempe ſupremus ille Dominus, quem ſcripſit S. Cyprianus *lib. 2. Epiſt. 6. ad Martyr.* = *Non tantùm Seruos in certamine ſpectare, ſed & ipſum vna luctari; & coronare pariter, & coronari* = ſi forrè iuſto ſuo, & inperſcrutabili iudicio aliquem in extremo conflictu deſerat, idipſum palàm apparere diſponit; ac proptereà Cardinalis de Laurea in eius eruditiſſimo Voto ſuper Martyrio Ven. Serui Dei Ioannis de Prado appoſitè dixit de perſeuerantia finali Martyris ambigendum non eſſe, immo neque inquirendum, quoties non patuit, eum in tormentis poſitum Fidem negaſſe = *de perſeuerantia* ait ille = *nemo ambiget, ſi audiat Sanctum Martyrem Cyprianum ſic docentem. Si Confeſſor Fidei non negauit, ſed in tormentis occubuit, perſeuerauit. Quis autem vnquam id quæſiuit de Martyribus, qui in Confeſſione Fidei occiſi ſunt &c. Legantur Martyrologia, legantur Martyria Sanctorum Petri, & Pauli, qui per nouem menſes in Carcere detenti, redeunte Nerone ex Achaia, accuſati, quod impedirent pellices, ne ad ſuos Amaſios redirent, quia Chriſtianæ factæ erant, occidi iuſſi ſunt, nulla tunc facta Fidei quæſtione. Immo plurimi Martyres ſunt, qui in vincula pro Fide coniecti naturali morte in Carcere deceſſerunt, nemine eorum de perſeuerantia edocto.*

25 Et quidem per expertos Teſtes de viſu non potuit ſanè certiorari Eccleſia de perſeuerantia finali plurium, qui fugientes Tyrannos, in fuga à latronibus oppreſſi, vel à feris diſcerpti, vel alio modo conſumpti, inter Martyres ſunt adſcripti, & merentur adſcribi, vt docet S. Cyprianus *Epiſt. 56. n. 14.*, idemque probat S. Dionyſ. Alexandrin. exemplo Martyrum Ægiptiorum *in Epiſt. ad Fabium Antiochenum apud* Ruinart. *pag.* 103., vbi narratis pluribus Martyrijs in perſecutione Decij in Ægypto, ſic de alijs occiſis in fuga ſcribit ſub *num.* 10. = *Tum quid opus eſt connumerare multitudinem eorum, qui in montibus, aut ſolitudinibus errantes, fame, frigore, ac morbis, aut latronum, aut beſtiarum incurſu interiere. Vnicum dumtaxat facinus ad declarandam veritatem adijciam. Sceremon erat enim grandæuus Nili Vrbis Epiſcopus, hic cum Coniuge in Arabicum Montem fuga delatus, non vlterius reuerſus eſt: et fratres quamuis omnia accuratè perſcrutati ſint, nec ipſos, nec eorum Cadauera reperire potuerunt* = Et tamen nec fuga, nec incertitudo obitus, nec perſeue-

rantiæ finalis ignorantia impedimento fuerunt Sceremoni, alijſque Socijs, quin inter Sanctos Martyres glorificarentur, vt conſtat ex Martyrologio ſub die 22. Decembris ibi = *In Ægypto Sancti Sceremonis Epiſcopi Nilopolis, & aliorum plurimorum Martyrum, quorum alij, ſæuiente Decij perſecutione, fuga diſperſi, in ſolitudinibus errantes, à beſtijs interempti ſunt: alij fame, frigore, ac languore conſumpti; alij à Barbaris, & Latronibus necati, MARTYRII GLORIA CORONATI SVNT.*

26 En igitur quot, quantiſue rationum momentis, necnon celebriorum Patrum Authoritatibus, ac illuſtribus exemplis meritò propugnetur, Teſtes de viſu neceſſarios non eſſe ad probandam perſeuerantiam finalem in Martyre. Neque præmiſſis aduerſatur praxis Apoſtolicæ Sedis: quidquid enim ſit, quod neque in Dubio Virtutum, neque in Dubio Miraculorum, neque in Dubio Martyrij ſaltem poſt Decreta Vrbani VIII. admitti conſueuerint ſoli Teſtes de auditu, exceptis Cauſis B. Iulianæ de Falconerijs, S. Peregrini Latioſi, & S. Agnetis de Monte Politiano à Reuerendiſſimo Promotore iudicatis, in quibus ob præcedentem approbationem Cultus immemorabilis proceſſum fuit per probationes tantùm ſubſidiarias, quas vltrò admittimus, non ſufficere in Cauſa noſtri Ven. Martyris; punctus in eo ſtat, quod à Nobis non contenditur, ſolis Teſtibus de auditu innitendum eſſe pro reſolutione Dubij ſuper Martyrio, & Cauſa Martyrij, ſed vnicè ſuſtinemus, quod, cæteris omnibus extremis Martyrij ſufficienter probatis per Teſtes de viſu, hi minimè neceſſarij ſint ad probandam perſeuerantiam finalem; quippè quia de illa nemo debet ambigere, quoties voluntas generoſa patiendi pro Fide Chriſti tot medijs antecedenter patefacta nunquam apparuit retractata, vt præter allegatos optimè tradidit etiam Caſtellin. *de inquiſit. Miracul. in Sanctor. Martyr. Canonizat. pag. 74. n. 41.* ibi = *Nequit rationabiliter dubitari de veritate Martyrij iuſtorum, timendo de illorum defectione à Fide, vel Charitate in actu paſſionis, vel morte, niſi intercedat aliquod externum Signum certò prædictam defectionem repræſentans.*

27 Hinc itaque eſt, quod licèt Cauſæ iſti minimè opitulentur exempla Cauſarum B. Iulianæ de Falconerijs, S. Peregrini Latioſi, & Sanctæ Agnetis de Monte Politiano, quorum præſidio non vtimur, negari tamen non poteſt, exemplum Cauſæ Harlemenſis Beatorum Martyrum Gorcomienſium dudum abſolutæ cum Decreto approbationis Martyrij, & Miraculorum, apprimè confirmare, quod praxis Apoſtolicæ Sedis etiam poſt Decreta Vrbani VIII. minimè aduerſetur declarationi Martyrij, etiamſi deficiant Teſtes de viſu, præſertim verò reſpectu perſeuerantiæ finalis. In illa enim Cauſa totum Martyrij Factum probatum fuit per Teſtes auritos, vt expreſsè opponebat bon. mem. Petrus Franciſcus de Rubeis tunc Fidei Promotor in eius Animaduerſionibus, quarum particula datur præſenti *Summario Additionali num. 6.*; quod quidem coactus fuit admittere etiam bo. me. Bottinus tunc eiuſdem Cauſæ Aduocatus in eius Reſponſione, vt ex particula relata eodem *Summario Num. 7.* Vnde cum non obſtante oppoſita deficientia Teſtium de viſu Cauſa prædicta felicem habuerit exitum, patens efficitur, praxim Apoſtolicæ Sedis etiam poſt Decreta Vrbani VIII. ad inducendam neceſſitatem

Te-

Teſtium de viſu pro declaratione Martyrij immeritò allegari.

28 Quin officiat replicatio Reuerendiſſimi Promotoris eatenus dicentis, in dicta Cauſa fuiſſe admiſſos Teſtes de auditu, quatenus præceſſerat approbatio Cultus, qui Beatis Martyribus iam antea præſtari cœperat, vt elici contenditur ex quibuſdam Sacræ Congregationis Rituum Decretis; ac vlterius quia ſimul cum Teſtibus de auditu exhibita fuerat relatio Ponti Heuteri, qui aſſeritur fuiſſe præſens toti Martyrio. Quo enim ad primam partem eiuſmodi replicationis prompta eſt reſponſio, quod licet in Cauſa illa quædam prodijſſent Reſcripta S. Congregationis, quæ videbantur importare aliqualem tolerati Cultus approbationem, certum tamen eſt, quod in relatione Cauſæ deindè facta ſa. mem. Innocentio *X.* fuit ille ab eodem Summo Pontifice poſitiuè improbatus, conceſſa dumtaxat facultate procedendi ad vlteriora in eadem Cauſa, vt patet ex tenore Decreti per eumdem Summum Pontificem editi, ac per extenſum relati in *Summario Additionali num. 8. litt. A.*; proptereaque nemo non videt, rationem hanc ab aſſerto Cultu deriuantem nullius ponderis eſſe potuiſſe, nam ſtatim ac fuit ille ſolemniter reprobatus, nullum ſanè poterat præbere argumentum, ex quo Summus Pontifex ad Martyrij declarationem *induceretur*, cum indecens omninò foret, vt ea dicerentur validum Iuris fomentum præſtitiſſe, quæ ab ipſo Principe fuerunt poſitiuè reprobata per *Text. in L. Non dubium Cod. de legibus, & in Cap. Nihil, vbi gloſſ. fin. poſt princ. extra de elect.*

29 Nilque refert, quod idem Summus Pontifex illa in Cauſa mandauerit, procedi ad vlteriora ex cauſis ſibi notis, non obſtantibus Decretis Vrbani VIII., vnde prætenditur deſumi, ibidem ſpecialiter fuiſſe permiſſum, vt procederetur ad vlteriora, licet deficerent probationes directæ, & ſolæ adeſſent ſubſidiariæ: neſcitur enim, quo fundamento aſſeri poſſit, Summum Pontificem voluiſſe, quod in Cauſa Martyrum Gorcomienſium procedi valeret per ſolas probationes ſubſidiarias, quando de eiuſmodi Indulto, quod in circumſtantijs illius hypotheſis fuiſſet admodum ſingulare, ac pernceſſe litteraliter exprimendum, nullibi conſtat. Præfata quippè Derogatio Decretis Vrbani VIII. emiſſa non fuit, niſi ad effectum tollendi obſtaculum, quod ex aſſerto Cultu oriebatur, quemadmodum manifeſtè euincitur ex lectura præcitati Decreti, ibi = *Et facta relatione per eumdem Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Sacchettum Sanctiſſimo Domino Noſtro in Congregatione habita coram Sanctitate Sua, Sanctitas Sua improbata expoſitione aſſertarum Reliquiarum nouemdecim, qui dicuntur Martyres Gorcomienſes, facta præcedente Decreto Archiepiſcopi Mechlinienſis ex cauſis benè viſis, mandauit ad vlteriora procedi, non obſtantibus prædictis Decretis Sanctiſſimæ Inquiſitionis = Summario Additionali dicto Num. 8. litt. A.* Hæc namque verba luculenter oſtendunt, curam Summi Pontificis decernentis proceſſum ad vlteriora vnicè verſatam fuiſſe in remouendo obſtaculo; quod oriebatur ex Cultu Reliquiarum ab Archiepiſcopo Mechlinienſi conceſſo, minimè verò circa ſpecies probationum, quæ forent admittendæ in Cauſa, de quibus ne verbum quidem legitur in Decreto.

30 Quo verò ad alteram partem præmiſſæ replicationis, quod nempè in

Cau-

Cauſa Martyrum Gorcomienſium Teſtis vnus de viſu interuenerit,
qui fuit Pontus Heuterus, vti contenditur probari ex Informatione
à Poſtulatoribus tunc porrecta, cuius verba referuntur à Reueren-
diſſimo Promotore in §. *Tum quià*, ſi res tota ſeriò ponderetur, ma-
nifeſtum euadet, hanc ipſam circumſtantiam hypotheſi noſtræ mi-
rabiliter opitulari. Siquidem, Pontum Heuterum Teſtem fuiſſe
oculatum plurium actuum, qui præceſſerunt Martyrio, nos minimè
controuertimus, cum reuerà ille ijs interfuerit, dùm adhuc in Fi-
dei Catholicæ profeſſione perſeuerans vnà cum aliis Sociis Gorco-
mia Brillam verſus traductus fuit; at poſtquam omnes Brillam ap-
pulſi, varijſque modis tentati, vt Catholicæ Fidei nuntium re-
mitterent, tres defecere, inter quos adnumeratur ipſemet Heute-
rus, qui ſaltem ſimulatè id egit, ac propterea dimiſſus fuit, vt
habetur ex particula eiuſdem Relationis in *Summario Additionali*
num.9. §.1. ibi = *Quidquid ſit, omnes ad eumdem Carcerem reducti*
fuerunt ſpe ſeruandi vitam, & in ſuperiori Camera fuit eis datus ci-
bus, & potus, exceptis tribus, qui ad Subpratorem ducti fuerunt,
ibique dimiſſi, quorum vnus erat Paſtor in Maeſdam florentis adhuc
ætatis, alter Dominus Pontus Heuterus = certè ipſe non potuit am-
pliùs eſſe Teſtis de viſu eorum, quæ poſteà ſunt ſubſecuta.

31 Nec vlla vis fieri valet in Informatione Poſtulatorum, in qua aſſe-
ritur, Pontum Heuterum fuiſſe præſentem ſæuitijs, ac tormentis
per Heterodoxos Beatis illis Martyribus illatis, necnon extremo
mortis ſupplicio ab eiſdem inuictè tolerato; ab ipſa enim Ponti
Heuteri relatione ſatis apertè dignoſcitur, quod poſtquam ipſe
dimiſſus fuit, ea omnia, quæ narrat, non ſuiſmet oculis verè con-
ſpexit, ſed ab alijs reſciuit, quorum propterea fidem cum ſequere-
tur, parcè admodum ſe geſſit in referendis circumſtantijs poſtremi
actus Martyrij, vt ex tenore dictæ relationis legendæ in *Summario*
Additionali num.9. §.2., quas multò diffuſiùs enarraſſet, ſi earum
Teſtis fuiſſet oculatus. Et in hunc ſenſum accipienda etiam ſunt
verba Petri Franciſci de Rubeis tunc Fidei Promotoris in obiectio-
ne allegata, quod nempè ille quidem admiſerit, Pontum Heuterum
fuiſſe Teſtem de viſu plurium actuum, qui præceſſerunt Martyrio,
& donec ipſe cum cæteris omnibus verſatus eſt, minimè verò eo-
rum, quæ ſubſecuta ſunt, poſtquam fuit dimiſſus; cum reapsè idem
Petrus Franciſcus de Rubeis non inconſultò mentionem fecerit ſe-
parationis Ponti Heuteri à Beatis Martyribus, ibi = *præter vnicum*
Pontum Heuterum, qui à prædictorum conſortio ſeiunctus aſſeritur
tunc defeciſſe, cui tribuitur hiſtorica deſcriptio à Poſtulatoribus relata =
vt nempè indicaret, neque illum fuiſſe Teſtem de viſu eorum om-
nium, quæ in aſſerta eius relatione enarrauit.

32 Cæterum etſi admiſerimus, Pontum Heuterum fuiſſe Teſtem ocula-
rum totius Martyrij, profectò exemplum Cauſæ Beatorũ Martyrum
Gorcomienſium quoad declarationem eiuſdem Martyrij feliciter
completæ ſub vnico fundamento hiſtoricæ relationis ab eo deſcri-
ptæ mirabiliter fauet hypotheſi noſtræ, in qua non deſunt omninò
Teſtes de viſu etiam quoad poſtremum Martyrij actum, quod infra
oſtendendum reſeruamus, ne intermittatur diſcuſſio aliorum exem-
plorum, quæ Reuerendiſſimus Promotor obiecit.

33 Scilicet ad ſuadendam neceſſitatem Teſtium de viſu etiam in proba-

tione

tione perſeuerantinæ finalis in Martyre ; pergit , opponere exemplum Cauſæ Hiſpalenſis , ſeù Marochitanæ Declarationis Martyrij Ven. Serui Dei Ioannis de Prado, in qua cum duo præcipui adeſſent Proceſſus , alter Marochitanus Ordinarius , & alter Hiſpalenſis Apoſtolicus , aſſerit, in priori illo decem , & ſeptem Teſtes de viſu depoſuiſſe quoad Martyrium , & perſeuerantiam finalem ; in alio verò Apoſtolico vnum fuiſſe Teſtem de viſu præter alios vndecim de auditu , ſubditque plures nihilominus excitatas fuiſſe difficultates ſuper inſufficientia probationum , quià vnus tantum Teſtis de viſu habebatur in Proceſſu Apoſtolico ; vndè concludit , ſibi perſuadere minimè poſſe , quod perſeuerantia finalis probata dici debeat , quando illa ſolis Teſtibus de auditu innititur .

34 Quamuis autem noſtrum non ſit tueri conſequentiam , quam impugnat Reuerendiſſimus Promotor , quod nempè probata dici debeat perſeuerantia finalis , quæ ſolis Teſtibus de auditu innititur, cum fundamentum, ſeù probationem perſeuerantiæ finalis noſtri glorioſiſſimi Athletę in ſolis Teſtibus de auditu ex hactenus ailatis , & inferius etiam ſubnectendis minimè conſtituamus , vt tamen oſtendatur, inter prædictam Cauſam Marochitanam Ven. Serui Dei Ioannis de Prado , & inter Cauſam noſtram talem differentiam non eſſe qualem objicit Reuerendiſſimus Promotor , ſed longè aliam , & eam quidem , quæ à fortiori concludit in fauorem eiuſdem Cauſæ noſtrę , operæpretium ſiquidem eſt admonere , potiſſimam difficultatem in illius proſecutione excitatam reuera non promanaſſe ex motiuo aſſertæ inſufficientiæ probationum , ſed ex quo Proceſſus Marochitanus confectus fuerat ex commiſſione P.Matthię, qui erat Socius Serui Dei, à Doctore Andręa Camelo Viro Laico tanquam Iudice , & ab Emanuele Aluarez, vti Secretario deputato,idemque Proceſſus non ab alio poſtea ſubſcriptus , & authenticatus, quàm ab eodem P.Matthia , vnde maxima facta eſt quęſtio , an Proceſſus ille foret validus , cum nulla interceſſiſſet Authoritas Epiſcopi, vel alterius Officialis legitimè deſignati , proùt refert Pater Matthęuccius *in Practic.Theolog. Canonizat. Tit.IV.cap.2. §.308. de Martyrio*, adeout in medio curſus Congregationũ, quę præceſſerunt Generalem coram Sanctiſſimo , neceſſe fuerit approbationem validitatis dicti Proceſſus à Congregatione Ordinaria die 4. Martij 1704. reportare .

35 Præterea grauiſſima etiam excitata fuit difficultas ſuper gradu probationis , quem facere poſſent Teſtes dicti Proceſſus Marochitani, aliorumque authoritate Ordinaria compilatorum , eo quia nonnulla ſolemnia fuerant in illorum examine prætermiſſa , hæc opponente inter cætera ipſo Reuerendiſſimo Promotore in nouis eius Animaduerſionibus ſuper Dubio Martyrij , & Miraculorum §. *Quintum* ibi = *Quintum denique , & vltimum requiſitum conſiſtit in arbitrio , & prudentia Conſultorum , & Iudicum, qui videant, vti dictum eſt , an , & qua , & quanta fides præſtanda ſit Teſtibus auctoritate Ordinaria examinatis . Siue loquamur de Proceſſu Marochitano , ſiue de Proceſſu Matritenſi , non fuerunt Teſtes examinati cum Interrogatorijs eo modo , & forma , quo fieri debebat , ſtante quod in Proceſſu Marochitano nulla interuenerunt Interrogatoria , & in Proceſſu Matritenſi non fuit adhibitus Promotor Fiſcalis , ſed Interrogatoria ipſa exhibita*

bita fuerunt per Cauſa Procuratorem. Licet autem propter talem circunſtantiam in ea non ſim opinione, vt Proceſſus iſti nulli ſint, poſtquàm Sacra Congregatio pronunciauit pro validitate, & eius reſponſum fuit à Sanctiſſimo approbatum, nemo tamen eſt, qui non videat quantum differant inter ſe examen ſine Interrogatorijs, & examen cum Interrogatorijs legitimè factis. Adhibetur Interrogatorium, vt pateat de veritate articulatorum, adeòque ſi in Proceſſu Marochitano nulla Interrogatoria adhibita fuerunt, & in Proceſſu Matritenſi eadem exhibita fuerunt per Cauſa Procuratorem, prætendi non poteſt, quod Teſtes taliter deponentes facere valeant probationem, & quod ſint uniendi cum Teſtibus Proceſſus Apoſtolici &c.. Ex quibus optimè deprehenditur, præcipuam difficultatem conſtitutam fuiſſe in eo, vt veritas erui non poſſet ex Teſtibus, qui non fuerant legitimè interrogati.

36 Hæc itaque circumſtantia certè grauiſſima, ſi adhùc impedire non valuit, quin Cauſa declarationis Martyrij Ven. Serui Dei Ioannis de Prado felicem habuerit progreſſum, quanto magis eumdem ſperare fas eſt in hypotheſi, qua Teſtes omnes, quot quot producuntur ſub Interrogatorijs legitimè factis, cæteriſque ritè ſeruatis examinati depoſuerunt? Præſertim verò quia vnicus Teſtis de viſu, ſuper quo maior vis fieri debuit in dicta Cauſa, fuit quædam fæmina, quam Tyrannus ad curam filiorum ſuorum deſtinauerat, quæque proprio ore confitetur, ſe quidem vidiſſe aliqua circa initium Martyrij, non autem ipſam huius conſummationem, eo quod abſens eſſe diutius non poterat à cura Filiorum ſibi commiſſa, vti colligitur ex Poſitionibus, & Summarijs Cauſæ tunc diſtributis; Adeòque ſemper magis, magiſque compertum redditur, etiam ab exemplo Cauſæ Ven. Serui Dei Ioannis de Prado luculentiſſimè confirmari, Apoſtolicæ Sedis praxim non eſſe, vt ad probationem perſeuerantiæ finalis in Martyre Teſtes de viſu neceſſariò requirantur.

37 Neue maioris contra nos ponderis eſſe poteſt aliud exemplum Cauſæ Braſilienſis Declarationis Martyrij Serui Dei Ignatij, & Sociorum, in qua, vti opponitur, concurrentibus cultu eiſdem Martyribus præſtito, Reuelatione S. Tereſiæ, Declaratione S. Franciſci Borgiæ, conſenſu plurium Scriptorum, & Facti notorietate, adhùc tamèn fauorabile Decretum non prodijt: nàm præterquamquod nos hodiè non decet cribrare qualitatem, ſiue ſtatum dictæ Cauſæ Braſilienſis ad effectum, decernendi, quæ inter vnam, & aliam Cauſam intercedere poſſint, diſcrimina; maximè verò quia dicta Cauſa Braſilienſis hucuſque in via exiſtens, licet hactenùs terminum non attigerit, felix tamen complementum non deſperat, quod eidem ſeduli ſui Poſtulatores conſilio, rerum vſu, & doctrina præſtantiſſimi validis rationum momentis indubiè parabunt.

38 Id vnum ad ſolam præſentis Cauſæ opportunitatem indicare fas eſt, vt contrariæ oppoſitioni fiat ſatis, quod nimirum noſtra in Cauſa veritas Martyrij tum materialis, tum formalis tàm ex parte Hæreticorum, quàm etiam ex parte ipſius Serui Dei reſpectu ad acceptationem concludentèr probatur ſiuè per Teſtes de viſu, ſiuè per Teſtes de proprio auditu, adeòut à Reuerendiſſimo Promotore id

ampliùs

amplius non impugnetur, & ſola quæſtio reſtringatur ad perſeuerantiam finalem, ſiuè continuationem eiuſdem acceptationis. E contrà verò in Cauſa Braſilien. quoad extrema prædicta nullus affertur Teſtis de viſu, in quo conſiſtit præcipua Cauſæ difficultas, præter aliàs plures oppoſitiones à Reuerendiſſimo Promoto in illa excitatas nil penitùs commune habentes cum noſtra. Ideoque ſi res æquo animo ponderetur, facilè compertum fiet, ab exemplis aliarum Cauſarum contra nos oppoſitis inferri minimè poſſe, quod ad probationem ſolius perſeuerantiæ finalis, vbi cætera Martyrij extrema probata ſint, Teſtes de viſu abſolutè requirantur.

39 At verò, licet hactenùs luculentis rationum momentis, ſolidiſque Doctorum Authoritatibus, ipſaque etiam Apoſtolicæ Sedis laudabili praxi oſtenſum fuerit, neceſſarios non eſſe Teſtes oculatos ad probandam perſeuerantiam finalem in Martyre, quippè quæ ſatis probata ſit, ſtatim ac nullum apparuit ſignum contrarium; ſi quis tamen illud adhùc optaret, vt nedum poſitiua excluſio contrarij Signi, ſed etiam patens aliquod externum indicium eiuſdem perſeuerantiæ probaretur per Teſtem de viſu, id planè in caſu noſtro manifeſtum comperiet; quippè quia Teſtis eiuſmodi noſtra in hypotheſi minimè deficit. Siquidem eodem planè temporis momento, quo Ven. Martyr è Templo egreſſus à furibundis Hæreticis in eius necem coniuratis impetitus fuit, ac duobus ſæuis, & immanibus vulneribus eius capiti inflictis in terram proſtratus, ibique gladijs perfoſſus, tum fuſtibus, clauiſque ferratis atrociſſimè contuſus, ità ſemiuiuus iacebat, Mulier quædam è Templo non multo antè egreſſa eum vidit in prato ſupra Dorſum iacentem, apertiſque, & in Cælum eleuatis oculis adhùc tribus vicibus ſpirantem, & ſpiritum ſuum beatè emittentem, vt hæc eadem Mulier formitèr in Proceſſu Apoſtolico examinata depoſuit *Summario dictæ Informationis pag.94. §. 25.* ibi = *Ego ipſa P. Fidelem in Prato ſuprà dorſum iacentem conſpexi, & eum apertis, & in Cælum eleuatis oculis adhùc tribus vicibus ſpirantem, & ſpiritum ſuum beatè emittentem ego ipſa cum magno cordis dolore vidi* = Quid ergò dicetur ampliùs, deſiderari Teſtes de viſu, ex quibus probetur perſeuerantia finalis in noſtro P. Fideli?

40 Profectò finalis perſeuerantia, quæ in ſolo conſiſtit animo, cuius intima penetralia, vt ſuprà diximus, vnicè à Deo cordium Scrutatore dignoſci poſſunt, haud alitèr probari valet per Teſtes de viſu, niſi quatenus iſti deponant, in vltimo morientis agone ipſos aſtitiſſe, & aliquod ſuiſmet oculis conſpexiſſe externum Signum perſeuerantiæ in Fide, Spe, & Charitate connotatiuum, nullumque penitùs ab eiſdem Virtutibus defectionis indicium. En autem vt idipſum à noſtro Teſte luculentiſſimè deponatur. Aſſerit illa nempè, ſe vidiſſe extremos P. Fidelis anhelitus, ac eum vidiſſe eleuatis in Cælum oculis tribus adhúc vicibus ſpirantem, ſuumque demùm ſpiritum beatè emittentem. Quænam verò ſigna afferri poſſunt efficaciùs connotatiua animi in vera Dei Charitate permanentis? Oculos profectò eleuauit in Cælum noſter Chriſti Athleta ad inſtar B. Stephani Protomartyris, vt eo, quo poſſet, modo, ipſe etiam indicaret, quanta fide, & dilectione expectaret beatam ſpem, & gloriam Magni Dei, pro quo alacriter patiebatur.

41 Nec inconſultò depoſuit præfatus Teſtis, ſe vidiſſe P. Fidelem beatè ſpiritum emittentem. Quamuis enim quoad illam expreſſionem, quæ importare poteſt aſſecutionem Beatitudinis in P. Fideli, locutus fuerit de propria opinione, ſeù credulitate, nec illa res foret ſub eius ſenſibus cadens, de qua teſtari valeret, nemo tamen percipit, eiuſmodi formulam à iurato Teſte fuiſſe adhibitam, vt vno verbo exprimeret, in P. Fideli tunc moriente ea omnia concurriſſe externa ſenſibilia Signa, quæ aptiora forent ad explicandam eius Sanctiſſimam mortem. Huiuſmodi namque ſunt ſigna expreſſiua generoſæ acceptationis, & tolerantiæ Martyrij, quæ in plerisque Sanctorum Martyrum Actis recenſentur, vt benè aduertit P. Matthęuccius *in Theolog. Canonic. de Canonizat. titul.* 4. *cap.* 1. §. 1. *num.* 30. vbi ait = *Hæc, & alia eiuſmodi ſenſibilia ſigna eſſe argumenta ad internam voluntatem, electionemque mortis aſſumpta pro nomine Ieſu generaliter inſtituta*.

42 Conferatur iam verò noſter hic Teſtis cum præallegata relatione Ponti Heuteri, cuius fidei innixa præcipuè fuit declaratio Martyrij Beatorum Gorcomienſium, & facilè dignoſcetur, quo potiori iure contendamus, eam, quæ à nobis expetitur, perſeuerantiæ finalis probationem à Teſte iſto longè validiùs exſurgere. Pontus Heuterus, vt ſuprà animaduertimus, non ea omnia, quæ ſcripſit, ſuiſmet oculis vidit; plura quippè, & ea præſertim, quæ reſpiciunt poſteriores Martyrij actus, neceſſariò debuit ex aliorum teſtimonio accipere, cum ipſe à Martyrum conſortio fuiſſet præcedentèr dimiſſus, proindeq; in ipſa eius relatione circa præfatos extremos Martyrij actus nullum legitur verbum, quo teſtetur, ijs omnibus, quæ deſcribit, ſe fuiſſe præſentem. Præterea Pontus Heuterus non fuit examini ſubiectus, ſed in ea relatione ſimplicem agit Hiſtoricum; nemo autem ignorat, in Cauſis recentibus Hiſtoricos vix vllo in pretio haberi, vtpotè inhabiles ad iudiciariam probationem inducendam, vt ait Matthęuccius in ſua *practic. Theologic. Canonic. de Canonizat. tit.* 4. *cap.* 2. quoad probationem Martyrii *num.* 4. vbi rationem reddit his verbis = *Quoniam Hiſtorici ipſi regularitèr ſolliciti non ſunt de veritate inquirenda, propterea probatio ex ipſis in huiuſmodi Cauſa remanet imperfectiſſima* = Et generalitèr, quod Hiſtoricis parum ſit fidendum, quia, vt ait Flauius Vopiſcus *lib.* 3. in Aureliano Imperatore, *nemo Scriptorum, quantum ad Hiſtoriam pertinet, non aliquid mentitus eſt*, latè firmarunt Picus Mirandulanus *tom.* 2. *lib.* 7. *in examine dict. var. cap.* 37. *Ludouicus Viues lib.* 6. *de Cauſa corruptæ artis, Franc. Balduinus lib.* 1. *de inſt. hiſt. fol.* 65. Fortiùs verò, quia ea non retulit ſub iuramento, quo caſu Hiſtoricus multò minorem promeretur fidem, vt benè probat laudatus Matthęuccius *tit.* 3. *cap.* 6. §. 2. *ſub num.* 30. ibi = *Hiſtoricus verè ſe habet veluti Teſtis, referens poſteris ea, quæ audiuit, vel vidit; & ideò, quia non iuratus nullum per ſe gradum probationis facit &c. Nàm ſi Hiſtoricus ille viueret, & iniuratus deponeret, nullatenùs probaret, ſed à teſtificatione repelleretur, quomodo ergo probabit loquens ſine iuramento per chartam?* Et optimè ad rem noſtram Petrus Franciſcus de Rubeis in ſua Diſſertatione de Fide, & probatione Hiſtoricorum apud *Matt. de Canonizat. par.* 4. *cap.* 24. *num.* 3. ibi = *Nos exiſtimamus ea, quæ viua dicuntur voce, & cum iureiurando, hæc di-*

gniora fide, quàm ſcripturam. At ſcribentibus hiſtoriam, ſi eadem viua voce extraiudicialitèr dixiſſent abſque iuramento, nulla fides attributa fuiſſet, ergò idem ſtatuendum eſt de ipſorum teſtimonijs ſcriptis in Chronicis, & Hiſtorijs.

43 E contra verò noſter hic Teſtis extremos P. Fidelis anhelitus ab impijs Hæreticis lethalibus vulneribus Immanitèr confoſſi ſuiſmet oculis vidit, atque idipſum formali ſub examine, & legitimis cribratus interrogatorijs depoſuit præuio ſolemni iuramento coràm Iudicibus Apoſtolicis emiſſo. Quis autem inficiabitur, ex hoc Teſte multò maiorem haberi probationem, quàm ex ſimplici, & iniurata Ponti Heuteri Hiſtorica relatione, conrrà quam præterea grauis illa vrgebat exceptio, vt ſolùm coniecturalitèr Ponto Heutero tribueretur, cum neque eius nomine ſcripta appareret, quemadmodùm rectè colligitur ex ijſdem verbis Animaduerſionum Petri Franciſci de Rubeis à Reuerendiſſimo Promotore allegatis in §. *Tum quia* ibi = *Cui tribuitur Hiſtorica deſcriptio à Poſtulatoribus relata*. Si ergò ex illa potiſſimè admittitur, habitam fuiſſe pro ſufficienter probata perſeuerantiam finalem BB. Martyrum Gorcomienſium, nulla certè dubietas adeſſe poteſt, quin multò vberius comprobata cenſeri debeat in caſu noſtro perſeuerantia finalis huius glorioſiſſimi Athletæ.

44 Quod ſi denuò reponatur, maximum felici progreſſui illius Cauſæ pondus præſtitiſſe cultum, quem præcedentèr habuerant dicti Martyres Gorcomienſes, iterùm ſuſtinemus, neque in huiuſmodi circumſtantia Cauſam noſtram minori præſidio communiri. Si quidem etiàm Ven. Dei Seruus Cultum iamdiù habuit, & quidem non qualemcumque, ſed magnum, & mirabilem valdè; ſtatim enim ac inuictus iſte Dei Seruus occubuit, palam Populus eum, vt Beatum Martyrem venerari cæpit, quemadmodum vnanimes affirmant ſex oculati Teſtes in Proceſſu Curienſi Apoſtolica authoritate confecto *Summ. Informationis ſuper Dubio Martyrij pag.* 115., *&* 116. præter alios quadraginta ibidem indicatos *pag.* 117. Quinimmò alii referunt ſolemnem illum, & admirabilem Proceſſionem, qua Corpus glorioſi Martyris ad Eccleſiam Cathedralem Curienſem fuit deportatum, ibique inter publicam Hymni Ambroſiani recitationem feſtiuè ſepultum, *Sumnario Reſponſionis Facti, & Juris ad quaſdam difficultates num. 7. per totum*; & tandem Sarcophago idem Corpus reconditum habenti vſquè ab anno 1622. ſequens appoſita legebatur Inſcriptio tempore Translationis Iudicialis anno 1686. expletæ reperta = *Corpus Beati Fidelis Cappuccini Martyrio affecti in Seuis Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo vigeſimo Secundo* = vt habetur ex dicta Translatione in Proceſſu Apoſtolico ſuper non Cultu, *præſenti Summ. num.* 10. *litt. A.*

45 Et ſanè, vt vno oculo deprehendatur, qua ſolemnitate ſingularem, reuera Cultum redolente facta fuerit rranslatio Corporis P. Fidelis non longè poſt eius necem, nimirùm ſtatim ac id licuit Catholicis liberè exſequi, ſatis eſt percurrere Depoſitionem VI. Teſtis, qui cum eſſet Hæreticus, & quidem ex præcipuis Sectæ ſuæ Prædicantibus, ob ſolùm rumorem extraordinariæ celebritatis, qua Proceſſio illa peracta fuit, Catholicæ Fidei veritatem cœpit agnoſcere, vt de ſe ipſo teſtatur *Summar. Informationis ſuper Dubio. Martyrii*,

pag. 85. §. 87. ibi = *Auuenne poi, che di nuouo li Cattolici l'anno iſteſſo 1622. nel meſe di Settembre ricuperarono il Paeſe, e che da poi nel meſe di Nouembre fù translatato il Corpo del Beato Martire in Coira con tanta ſolennità: e quando io inteſi di queſta ſolennità, che pareua il Trionfo della Cattolica Fede, all' hora in ſentir' l'onore fatto alle Reliquie di eſſo Padre Fedele, mi commoſſi talmente, che cominciai da vero à penſare à caſi miei* =

46 Nequè in illa tantum feſtiuæ Proceſſionis actione Populi veneratio ergà P. Fidelem terminum habuit, ſed continuò magnum, & publicum Cultum ille præſtare cæpit, potiſſimè Cranio Ven. Martyris in Eccleſia Weldkirchii collocato, proùt iureiurando affirmarunt Conſul, & Senatus eiuſdem Ciuitatis Vueldkirchii in eorum Atteſtatione *Summ. dicta Informationis num.* 13. *pag.* 118. §. 9. ibi = *Sextò notum facimus, quod Conciues noſtri, & finitimi Populi, vnuſquiſque pro ſua priuata deuotione, eumdem Patrem Fidelem, vt verum Chriſti Martyrem piè colunt, & inuocant, eiuſque Sacrum Caput apud Eccleſiam Patrum Capuccinorum aſſeruatum, cæteraſque illius reliquias & imagines ſummo zelo venerantur.* Qui cultus poſteà per longam annorum ſeriem continuauit, etiàm cum retentione Imaginum S. D., & aliis conſimilibus ſignis, vti deponunt Teſtes in Proceſſu Apoſtolico ſuper non cultu examinati, *præſenti Summ. additionali num.* 11. §. 1. 2. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12. 15. 17. 18. 20. 21. 25. 27. 29. 32. 34. 35. 36.

47 Quamobrem ſi declarationi Martyrii BB. Gorcomienſium non nihil ponderis tribuit cultus iiſdem Martyribus præcedenter exhibitus, quidni eadem menſura in Cauſę noſtri Ven. Martyris admittatur, quem non minoribus piiſſimæ venerationis officiis tum Vueldkirchienſes, tum finitimi Populi longè latèque ſunt proſequuti? Et, ſi quod diſcrimen intèr vnam, & alteram Cauſam etiàm quoad hanc circumſtantiam interceſſit, id nobis potiſſimum fauet. Illa quippè in Cauſa euenit, quod ob non promptam paritionem Decretis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, Reliquiarum expoſitio continuata etiàm poſt ſignatam Commiſſionem, confectoſque Proceſſus debuit à Summo Pontifice Innocentio X. poſitiuè improbari, vt ſupra fuit animaduerſum: contra verò in Cauſa iſta, licèt non abſque diſplicentia multorum, vt præſertim enarratur in Epiſtola vnius ex Iudicibus Remiſſorialibus Proceſſus confecti anno 1710. ſuper nouis miraculis *præſenti Summ. num.* 12. §. 1. ad exactè parendum Decretis quilibet Cultus publicus fuit illicò remotus, & in hoc præcipuè adlaborarunt ipſimet Patres Capuccini in eorum Concionibus palam conclamantes, vt à quacumque publici Cultus, erga Tumulum, Cranium, aliaſque reliquias P. Fidelis, præſtatione abſtineretur in debitum Apoſtolicis Decretis obſequium, vt latè referunt Teſtes in d. Proceſſu *præſenti Summ. n.* 11. §. 3. 5. 7. 9. 10. 11. 13. 14. 16. 19. 20. 22, 23. 24. 26. 28. 33. 35. 37. vndè nulli dubium eſſe poteſt, quin huiuſmodi prompta obedientia particularem mereatur conſiderationem pro habenda ratione cultus, qui præceſſit; quemadmodum in hiſcemet terminis alias ponderauit bo. mem. Archiepiſcopus Myrenſis in eius Animaduerſionibus factis in Cauſa Ven. Ser. Dei Hieronymi Emiliani, vbi ingenuè admiſit, attendendum eſſe cultum longæuum, qui præſtitus fuerat ergà dictum Seruum Dei *pro ſupplemento probationis ob defectum Teſtium oculatorum* AT-

TEN-

TENTA PRÆSERTIM PROMPTA OBEDIENTIA [ſunt eius verba præciſa] *ſtatim ac notificatum fuit Decretum &c.*

48 Nèc in dubium reuocari poteſt, quin etiàm in caſu noſtro cultus fuerit admodum longæuus; ſiquidem ad obitu P. Fidelis, nempè ab anno 1622. vſque ad annum 1686., quo primum intimata fuerunt Decreta Pontificia imponentia neceſſitatem remouendi qualemcumque Cultum, vt refertur in prælaudata Epiſtola vnius ex Iudicibus Remiſſorialibus d. præſenti *Summario additionali dicto numer.* 10. §. 1., conſtantiſſimè perdurauit, & quidem omnium animis adeò infixus, vt vix abſque grauiſſimo tam Catholicorum, quam Hæreticorum ſcandalo remoueri vnquam poſſe cenſeretur ad relata per Teſtes in Proceſſu Curienſi ſuper non Cultu, *præſenti Summ. d. n.* 11. §. 31. *&* 38. *ad* 41. Quo circà huic hypotheſi ne dum optimè conueniunt, quæ, vt ſupra diximus, admonuit bo. mem. Arhiepiſcopus Myrenſis tunc Fidei Promotor in Cauſa Ven. Hieronymi Emiliani, ſed egregiè quoque aptantur, quæ in terminis magis præciſis arguendi Sanctitatem, & veritatem Martyrii fundatiſſimè dixerunt Auditores Rotæ in Relatione B. Martyris Ioſaphat Polocenſis *Par.* 3. §. *Frequens* ibi = *Frequens Populi deuotio ad venerationem Sepulchri huius Servi Dei tamquam Martyris, & Reliquiarum eius Cultus, de quibus præcitati Teſtes loquuntur, Sanctitatis, & Veritatis Martyrii indicium eſt ex veteri Eccleſiæ conſuetudine receptum, ex D. Auguſt. de Ciuit Dei lib.* 22. *Cap.* 8., vbi plura afferuntur.

49 Quæ cum ità ſint, comperrum planè redditur, in hac noſtra Cauſa eas omnes concurrere circumſtantias, & quidem in grada præſtantiores, quam quæ in aliis conſimilibus diiudicatæ fuerunt ſufficientes ad conſtituendam plenam probationem perſeuerantiæ finalis in ſupplementum qualiſcumque defectus Teſtium oculatorum. qui potuiſſet vnquam opponi. Sed hic non ſiſtunt argumenta noſtra, quæ longè magis procedunt; ſiquidem vltrà Teſtem L. Proceſſus Curienſis ſupra adductum, qui in ſuo formali examine iuratus depoſuit, ſe ipſum vidiſſe Patrem Fidelem eleuatis in Cælum oculis ſpiritum ſuum beatè emittentem, quatuor alii occurrunt Teſtes de auditu immediato ab ipſis videntibus, qui apprimè confirmant Depoſitionem prædicti Teſtis oculati; Primus nempè eorum eſt Teſtis XXXIII. ex eodem Proceſſu Curienſi *Summar. Informationis ſuper Dubio Martyrii pag.* 91. *ſub* §. 10. de auditu ab altero ex Occiſoribus, qui retulit, Dei Seruum vulnera excipientem in genua procubuiſſe, & nomina *Jeſus, Maria* ſæpius inuocaſſe. Secundus eſt Teſtis XLIII. *d. Summ. pag.* 92. §. 17., *&* 18. de auditu à duabus Mulieribus Catholicis, quæ poſtquam magna ex parte Tragędiam vidiſſent, P. Fidelem tunc temporis manus ſuas in Cælum eleuaſſe, iiſdem Sacris nominibus voce intelligibili prolatis, affirmarunt. Tertius eſt Teſtis V. Proceſſus Mediolanenſis *dicto Summ pag.* 99. *ſub* §. 48., *& ſeq.* de audita à pluribus, & præſertim à Milite Catholico præſente. Quartus demùm eſt Teſtis VI. dicti Proceſſus Mediolanenſis *dicto Summario pag.* 85. §. 84., *& ſeq.* de auditu proprio alterius ex occiſoribus, qui ait = *coſtui di propria bocca mi raccontò, come ſopra hò detto, che egli aueua con le proprie mani aiutato ad ammazzare il detto Padre in Seuis &c., e che all' hora detto Padre Fedele moriua tanto allegramente, che quanto più lo feriuano, e percoteuano, tanto più gli ſi moſtraua allegro, e ridente &c.*; & hæc eadem

con-

confirmat alibi in *dicto Summar. pag.* 113. §. 47. Ex his autem Teſtibus cò maior ad rem noſtram exſurgit probatio, quo certius eſt, ex præmiſſis finalem perſeuerantiam, de qua hic potiſſimè diſputatur, non alia indigere probatione, quamquod contraria in moriente ſigna non apparuerint. Quid enim efficacius ad oſtendendum, nullis extrinſecis ſignis labefactatam fuiſſe fidem, & charitatem P. Fidelis in vltimo eius Agone, quam Depoſitio tot Teſtium concorditèr aſſerentium propriiſmet auribus accepiſſe à diuerſis Perſonis, quæ vſque ad ſupremos ipſius anhelitus aſtiterunt, dictum Patrem Fidelem ſæpius inuocatis Sanctiſſimis Nominibus *Jeſue, Maria*, hilari, paratoque animo, manibus, oculiſque in Cælum eleuatis obiiſſe?

50 Profectò Teſtes prędicti in eo, quod ità audiuerint ſibi relatum à Perſonis, quas citant, omnimodam merentur fidem, cum deponant de re percepta per proprium ſenſum *Gloſſ. in L. Arbiter in gloſſ. magna ante fin. verſ. nam in quibuslibet obligationibus ff. de probat Bartol. in l. 2. §. idem labes verſ. ſed de auditu ſemper valet teſtimonium de aqu. pluu. are.*, & ibi *etiàm Cuman. num.* 7., & 8. *in fine*, & paſſim in hac materia Canonizat. admittunt *Matt. Cap.* 18. *par.* 4. *tom.* 5., & *Matthæucc. tit.* 5. *Cap.* 3. *quoad probationes virtutum num.* 15. Quinimmò cum certum ſit, aliquos ex occiſoribus P. Fidelis de eiuſmodi nece gloriatos fuiſſe, vt euincitur ex Depoſitionibus Teſtium, qui immediatè id audiuerunt, adductis in Reſponſione Facti, & Iuris ad quaſdam Difficultates §. 55., & quidem ex hoc ipſo fuiſſe gloriatos, eo quod virum interemerint Catholicæ Religioni nimis addictum, eorumque Sectæ vehementèr aduerſantem; En ex hiſce met Teſtibus manifeſtè comprobatum, quod P. Fidelis conſtantiſſimè prò Fide Catholica mortem ſibi illatam perpeſſus eſt; & ecce penitùs excluſa poſſibilitas, quod aliquod ille Signum ediderit finali perſeuerantiæ contrarium; ſi enim tale quid interceſſiſſet, profectò eius Occiſores, qui non poterant illud non videre, minimè tacuiſſent, nèc totum oppoſitum in eorum ſermonibus ſucceſſiuè habitis ſuper nece P. Fidelis adeò alacritèr diſſeminaſſent, vt præ cæteris valdè notabilia ſunt verba, quæ Teſtis XXXIII. *Summ. Informationis ſuper Dubio Martyrii*, *pag.* 104. §. 1., & *ſeq.* refert audita ab ipſomet ore vnius ex Hæreticis Interfectoribus ità dicentis = *Ego huic Nebuloni eam mercem rependi, quam benè meruerat; quando quidem Religionem noſtram extirpare voluit* = quæ verba (ſubſequitur dictus Teſtis XXXIII.) *ego ipſe tunc audiui ex ore proprio eiuſdem Hæretici, & Parricidæ; & horum ſimilia* (ecce quam concoñcordes in iiſdem expreſſionibus eſſent omnes Hæretici qui mortem intulerant Patri Fideli) *percipiebantur ex ſignis, moribus, & actionibus aliorum trium Hęreticorum, qui nimirum in mea præſentia, vidente me, & audiente omnia, gloriabantur ob necem P. Fidelis, & magnam exinde lætitiam, & iubilum oſtendebant* = Quodque reuerà tantum abfuerit, vt P. Fidelis vel minimum præberet indicium aliqualis defectionis à Fide, Spe, & Charitate, vt potiùs maximam oſtenderit conſtantiam in tolerandis ictibus, quibus immaniſſimè cædebatur, luculentiùs deprehenditur à narratis per alium Hæreticum, qui poſtquam dixerat = *di propria bocca, ch'egli con le ſue mani aueua aiutato ad ammazzare in Seuis il principale de Capuccini &c.*

perchè queſto Capuccino Papiſta voleua diſtruggere la Fede Euangelica &c. addidit prætereà *Che mentre egli con altri compagni andauano ferendo, e percotendo il detto P. Fedele, all' hora eſſo Padre moſtraua grande allegrezza, e tanto più queſto Capuccino moſtrana Segni di gaudio, e di giubilo, quanto più diſpettoſamente lo feriuano, e percuoteuano, e che in queſta ſerenità, e giubilo cadde in terra, e lo laſciorono per morto* = & vt latius legere eſt ſæpedicto *Summ. Informationis ſuper Dubio Martyrii, pag.*113. §. 45., *& ſeq.*

51 Si ergo dubitari non poteſt, Hæreticos occiſores P. Fidelis hæc omnia dixiſſe, quæ immediatè ab eorum proprio ore audiuiſſe referunt noſtri Teſtes, nulla equidem ſupereſſe poteſt difficultas, quin finalis perſeuerantia inclyti Athletæ ſit in hypotheſi perfectiſſimè comprobata, cum hodiè ampliùs non controuertatur in eiuſmodi materiis, etiàm Hæreticorum, ſeù Infidelium relationes admitti in teſtimonium veritatis juxtà tradita per Lactantium Firmianum *de Ver. Sap. lib.* 4. *Cap.*12. ibi = *Satis firmum Teſtimonium eſt ad probandam veritatem, quod ab ipſis perhibetur inimicis* = & faciunt *Text. in Cap. In fidei fauorem, & Cap. contra Chriſtianos de Hæret. in* 6., *& gloſſ. in Cap. Forus verb. de qua de verb. ſignif. cum aliis,* quos citat *Matthæucc. tit.* 4. *cap.* 2. *quoad probationem Martyrii num.* 21.

52 Sed hæc, & his ſimilia, quæ vberiùs adhuc erui poſſent ex Proceſſibus Cauſæ in argumentum perſeuerantiæ finalis, ac veritatis Martyrii noſtri Ven. Serui Dei, ad ſupremum tandem euidentiæ gradum aſcendunt præſidio miraculorum, qnibus eam teſtatam voluit Altiſſimus, quæue tandem iuxtà ſecundam præinſerti Dubii partem modo examinanda ſuperſunt. Quin vllum faceſſere valeat negocium poſtrema ſuper hoc Martyrii articulo Reuerendiſſimi Promotoris Oppoſitio dicentis, defectum Teſtium de viſu ſuppleri minimè poſſe ex Signis, & Miraculis, cam ob rationem, quod ſicuti in Caſu alicuius Serui Dei Confeſſoris, deficientibus virtutum probationibus per Teſtes de viſu, reſponderi non poſſet *conſtare de virtutibus*, etiàmſi probarentur Miracula, ità quoque ad probandam finalem perſeuerantiam in Caſu Martyrii ſufficere non valeant Signa, ſeù Miracula, vbi ad eius probationem Teſtes de viſu non concurrant; quià nimirum perſeuerantia finalis in Martyre æquipolleat virtutibus Confeſſoris in gradu heroico vſque ad obitum continuatis.

53 Prætermiſſo namque examine prioris Propoſitionis, cui totum innititur contrarij obiecti argumentum, quę alioquin dici nequit abſolutè vera, eum principium videatur apud Doctores Claſſicos indubitatum, quod ad effectum Canonizationis cuiuslibet Serui Dei ſufficiant Miracula ipſius interceſſione poſt eius mortem patrata, vt potè certa Sanctitatis Signa, vt docet S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 178. *art.* 2. *in Corp. Caſtellin. in Elucidar. cap.* 8. *punct.* 21. *num.* 27. §. 8. qui teſtatur de veriori, & communi, & Matta de *Canonizat. par.*4. *cap.*7. *num.* 19. alijque apud eum, ità vt B. Auguſtinus Triumphus in Summa *de Poteſt. Eccleſ. quæſt.*15. *art.*4. *in corp.* firmiter aſſeruerit, Papam debere aliquos canonizare propter ſolam Miraculorum euidentiam, ibi = *Propter euidentiā ergo miraculorum, cum ſint ſigna teſtſinis Sanctitatis, & doctrinæ veritatis Sanctorum, Papa debet aliquos canonizare*, & concinniùs ad rem Card. de Laurea *de Miracul. diſpu-*

*ſput.*20. *art.*25. §.4. *art.* 1119. ait = *Quamuis prò Canonizatione ſit neceſſarium probare virtutes in Vita, & Miracula poſt mortem, vt ſepe probatum eſt ex Conſtitutionibus diuerſorum Pontificum; ſi tamen daretur caſus, quod de virtutibus alicuius non haberetur notitia, quia antiquus, & nullus ſcripſit eius geſta, tamen poſt mortem miracula patrarentur in eius Sepulcro, vel ad inuocationem, aut contactum Reliquiarum illius, hæc ſufficerent ad canonizandum.* Vbi obſeruandum eſt, quod licèt Eminentiſſimus Scriptor loquatur in terminis Cauſæ antiquæ, intelligi tamen non debet de Cauſa, in qua procedatur per probationes ſubſidiarias, & per viam Cultus, eum de Cultu verba non faciat, ſed de Cauſa in qua vel ob antiquitatem, vel ob aliud impedimentum probationes virtutum deficiant; & in his quoque terminis loquitur *P.* Matthæuccius dudum S. Rituum Congregationis Conſultor in ſæpe citata eius Praxtica Theologico Canonica ad Cauſas Beatificationum, & Canonizationum pertractandas *tit.*3. *cap.*8. §. 1. *num.*11., vbi abſolutè firmat, in quacumque Cauſa Miracula poſt mortem de ſe eſſe ſufficientia ad effectum Canonizationis.

54 Huiuſmodi adhuc argumentum, dato etiam contra rei veritatem, quod in caſu Confeſſoris deficiente probatione virtutum, ſola Miracula ad eius Canonizationem non ſufficiant, ex multiplici ratione in præſenti hypotheſi non procedit. Siquidem in caſu per Reuerendiſſimum Promotorum figurato ſupponitur, deficere omnimodam probationem Sanctitatis per Teſtes de viſu, & ea in hypotheſi aſſeritur, quod Sacra hæc Congregatio ob ſolam Miraculorum probationem numquam reſponderet *conſtare de Virtutibus*; iſti autem non ſunt termini, in quibus verſamur, neque enim deficiunt hic omninò probationes, & quidem conflatæ ex Teſtibus de viſu quoad cætera Martyrij extrema, de quibus nulla difficultas, ſed ſola quæſtio eſt circa perſeuerantiam finalem, cuius reſpectu contenditur, plenam ex Teſtibus de viſu probationem non haberi. Quamuis autem ex ſupra deductis id minimè ſubſiſtat, attamen vbi etiam hoc admittatur, facile dignoſcitur, quale, quantumque inter vnum, & alterum caſum diſcrimen intercedat, cum hic non totalitas probationis quoad ſubſtantiam Martyrij conſtituatur in Miraculis, ſed hæc tantum adducantur in complementum probationis quoad perſeuerantiam finalem, quę vix vnquam contingere poteſt, vt ſolis Teſtibus de viſu conficiatur; ac propterèà ſupplementum ad probationem Martyrij formalis, quod præcipuè ſubſtantiatur in finali perſeuerantia, accipiendum eſt ex Signis, ſiuè Miraculis, vt optimè docet Caſtellin. *de Inquiſit. Miracul. in SS. Martyr. Canoniz. pag.*99. *ſub num.*8. vbi poſt relata diplomata ſuper Declarationibus Martyriorum ait = *Colligi poteſt ex præcitatis Bullis, magnam ſcilicèt conferre vtilitatem, atque facilitatem Miracula adhibita etiam in Canonizatione SS. Martyrum, præſertim quando non plenè conſtat de veritate Martyrij prò Chriſto ſuſcepti* = & idem firmat Hurtado *de verò Martyrio Fidei reſolut.* 44. §. 4. *pag.*240. *vol.*1. *ſub verſ. ſed vlterius ad certiùs corroborandum Martyrium formale* dicit = *Nullum medium magis firmum ad inducendam hanc moralem certitudinem eſt, quam Miraculum, quo Deus loquitur, conteſtans.*

55 Præterea aduertendum eſt, quod in Cauſis Confeſſorum ea duo prò re-

regula Canonizationis attenduntur, quæ tradidit Innocent. III. in Bulla Canonizationis S. Homoboni *Bullar. nou. pag. 81. tom. 1.* = *virtus videlicet morum, & virtus Signorum, opera ſcilicèt pietatis in vita, & Miraculorum Signa poſt mortem* = Ideòque nil mirum, ſi ex duobus ſubſtantialitèr requiſitis prò effectu Canonizationis in Confeſſoribus altero minimè probato, difficultas haberi poſſet circa proceſſum ad vlteriora, ſed in Cauſis Martyrum neminem latet, quamdiù inter doctiſſimos Authores diſceptatum ſit, vtrum Miracula ad eorum Canonizationem requirantur, quę tandem quæſtio ſatis definita videtur in celebri Decreto edito anno 1640. occaſione declarationis Martyrij B. Ioſaphat Archiepiſcopi Polocenſis relati per Matt. *de Canonizat. par. 5. cap. 3. in princ.*, cuius verba ſunt hæc = *Diſputatum fuit in genere in Cauſis Martyrum, quæ ſolent in Sac. Congregatione examinari, vtrum pro declarando Martyre à Sede Apoſtolica inquirenda ſint miracula, & aliqui fuerunt in voto, quod non ſint requirenda ex eo, quod Martyrium ad inſtar Baptiſmi in inſtanti operetur remiſſionem peccatorum, & conferat gratiam & ex eo quod innumerabiles Martyres colantur in Eccleſia, de quorum Miraculis non conſtat, nec Eccleſia de illis mentionem facit. Alij verò fuerunt in voto, quod requirantur, ſi non conſtet de actu interno, & ex eo, quod ad conſummandum Martyrium requiratur voluntas probata patiendi prò Fide, & permanſio in Charitate vſque in finem, quæ veritas eum reſideat in corde, cuius tantum Deus ſcrutator eſt, pendeat ab actu interno finali, nequit probari niſi per ſignum à Deo, quod eſt Miraculum, ſeù mirabile; ſed videbantur concordari hæ opiniones cum ſuppoſitione, quod nimirum dato vero Martyrio Miracula non ſint neceſſaria; ad hoc verò, vt in indiuiduo hoc, vel hoc Martyrium probetur verùm, Miracula eſſe requirenda.* Cum igitur hodiè ſtatutum ſit, Miracula in Cauſis Martyrum vnicè requiri ad habendam certitudinem perſeuerantiæ finalis; iam ſatis de ſe patet immeritò nimis opponi, quod Miracula conferre minimè valeant, vt reſpondeatur de Martyrio, & Cauſa Martyrij, ſi finalis perſeuerantia ſolis probetur Teſtibus deviſu. Quomodo enim hæc duo conciliari poſſunt, quòd Miracula in Martyribus vnicè requirantur ad probationem perſeuerantiæ finalis, quæ aliunde haberi non valet, quodque hęc eadem non ſufficiant, vbi perſeuerantia finalis per Teſtes de viſu plenè probata non ſit?

56 At verò non eſt, cur diutiùs immoremur in confutatione huius obiectionis, quod licèt à Reuerendiſſimo Promotore nihil intactum relinquente ad exactiſſimum muneris ſui complementum proponatur, ab eo tamen nullius momenti pro ſua ingenuitate declaratum eſt in ipſo ſuarum Animaduerſionum exordio, vbi dignis laudibus extulit benignã SANCTITATIS VESTRÆ Indulgentiam, quæ decreuit, vt vna cum Dubio *de Martyrio, & Cauſa Martyrij* proponeretur aliud *de Signis, & Miraculis*. Si enim indulgentia hæc, vt ille ait, ſuum validiſſimum habuit fundamentum, non aliud ſanè, quàm quòd, ità exoptantibus etiam non nullis ex Reuerendiſſimis Conſultoribus, quæcumque ſupereſſe poſſet difficultas circa probationem Martyrij, & Cauſæ Martyrij, à concurſu Miraculorum penitùs tolleretur. Quo circà vt ad illorum tandem examen procedatur, ſit.

PARS SECUNDA.

Miracula ab Obiectionibus vindicantur.

57 ANtequam deſcendamus ad particularem elucidationem difficultatum, quæ contrà ſingula ex ſeptem propoſitis Miraculis fuerunt excitatæ, operæ pretiũ eſt veluti in ſpeciem euiusdam prolegomeni breuiter admonere, non inconſultò, aut inutilitèr in Cauſis Martyrum eiuſmodi Dubia concipi ſolere ſub eà formulà diſiunctiua = *an conſtet de Signis ſeù Miraculis* = prout eſt præinſertum. *Di*ctio namque illa *ſeù* opportunè apponitur ad cõnotandum, Signa diſtinctè à Miraculis eſſe accipienda, atque ſufficere, vt vnum ex duobus probetur, cum Dictio prædicta diuerſitatem ſignificet inter partes orationis, quibus adijcitur, *leg. aut facta ff. de pen. Card. Zabarella in Clem.2. num.6. ſub init. de ætat. & qualit. Gonzal. in Regul.8. Cancell. Gloſſ.48. num.17.*

58 Vt autem faciliùs intelligatur quodnam inter Signa, & Miracula diſcrimen intercedat, optimè ad rem confert definitio Signi tradita à S. Auguſtino in *Can. ſignum de conſecrat diſt.2.*, vbi ait, Signum eſſe rem illam, *quæ præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid ex ſe facit venire in cognitionem*, quibus cohærenter Ioannes de Turrecremata in commentario eiuſdem Canonis hæc tradit = *Signum quantum ad primam ſui impoſitionem ſignificat aliquam rem ſenſibilem prout per eam manuducimur in cognitionem alterius occulti*, Hac igitur póſita Signi quidditate, ſtatim de ſe patet, quod ſi illud cum Miraculo conferatur, aliquid minus importat, quàm Miraculum; ideoque penès Baruch *cap.2. verſ.11.* legitur = *Et nunc, Domine Deus Iſrael, qui eduxiſti Populum tuum de Terra Ægypti in manu valida, & in ſignis, & in prodigijs* = vbi Gloſſa ordinaria optimè ad rem noſtram exponit = *In ſignis quantum ad minora miracula, & in Prodigijs, quantùm ad maiora*. Sic paritèr in nouo Teſtamento D. Paulus ad Hebræos ſcribens *cap. 2. verſ. 3.* hæc ait = *Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? Quæ cùm initium accepiſſet enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus* = Quę poſtrema verba Gloſſę interlinearis explicat = *ſignis ideſt minoribus, vt morbos depellere, & Portentis, ideſt maioribus, quæ contra naturam ſiunt* = & hæc omnia expendit Card. de Laur. *de Miracul. diſput.20. art.4. num.53. & 59.*

59 Ex his itaque meritò ſubſequitur, dubitari non poſſe, quod vbi ſimul cum Miraculis diſcutienda ſunt Signa, non eſt in tali diſcuſſione abſolutè neceſſaria rigoroſa probatio ſingulorum Requiſitorum, ex quibus conſtituatur Miraculum. Signum enim in huiuſmodi caſu denotare habet aliquid inſolitum, & præter Hominum opinionem contingens, quod in cognitionem veritatis Martyrij inducit, proptereaque ſatis eſt, vt res alioquin naturæ ordinem non excedens eueniat in eo facto, quod nil commune habet cum Signo. Quare in plu-

plurium Sanctorum Lectionibus Breuiarij Romani Signa huiuſmodi in comprobationem Martyrij adducuntur. Nimirum in ſeptima Lectione de S. Agatha ad diem 5. Februarij dicitur = *Quo tempore [ſcilicèt Martyrij] ingenti Terramotu Vrbs tota contremuit* = In ſexta Lectione de S. Canuto ad diem 19. Ianuarij hæc habentur. *Multis poſteà Miraculis Martyrem ſuum illuſtrauit Deus* = inter quę illud recenſetur, quod = *Graui penuria, & diuerſis calamitatibus oppreſſa Dania ſacrilegij pęnas luit* = In ſexta item Lectione de S. Venantio ad diem 18. Maij expoſito Martyrio ſubditur = *Fulgura, & Terramotus eo tempore ità magni fuere, vt Præſes aufugeret* = Hæc autem omnia, quæ in hiſce Lectionibus exprimuntur, citra dubium natura ipſa produxit, ſed cum in circumſtantijs Paſſionis Sanctorum Martyrum, & præter Hominum expectationem eueneriſſnt; prò Signis mirabilibus eorum Sancti Martyrij indicatiuis habita fuere.

60 Et ſanè idipſum admiſſum iam fuit in Cauſa viginti ſex Martyrum Iaponenſium: ſiquidem Sacræ Rotæ Auditores in illius Relatione poſt recenſita ea, quæ conferebant ad probationem Martyrij, vt illud magis illuſtrarent, nonnullos eiuſdem generis euentus latè enarrarunt, vt ibi videre eſt ſub tit. *de aliquibus mirabilibus &c.* Eademque ratione Contelorius agens de duabus ſententijs, quæ aduerſantes habentur ſuper neceſſitate Miraculorum in Cauſis Martyrum, hæc ait in ſuo *tract. de Canonizat. cap. 21. num. 11.* = *Hæc ſecunda opinio (requirens videlicèt Miracula) fortè in praxi admittetur; niſi cum Martyrio aliquid aliud prodigioſum accidiſſet, vt puta, ſiſtante ſereno Cœlo tempeſtas, & fulgura ſtatim orta eſſent in loco, in quo Martyr patiebatur, vel aquarum diluuium, vel ſi viſi fuiſſent radij, ſeù ſplendores circa caput Martyris, vt radij Beatorum, vel alia Signa, vt puta Cometa, Terramotus circa tempus Martyrij &c.* Quodque demùm etiam iuxtà ſententiam eorum, qui magis rigidè cenſuerunt, in Cauſis Martyrum inquirenda eſſe Miracula, ſufficiant illa Signa, quę aliquid mirabile præſeferunt, optimè colligitur ex verbis ipſius Decreti editi anno 1640. relati in ſuperiori §. 55. vbi dicitur, quod iuxtà illorum ſenſum, *permanſio in Charitate vſque in finem &c. cum reſideat in corde, cuius tantum Deus ſcrutator eſt &c. nequit probari, niſi per ſignum à Deo, quod eſt Miraculum, ſeù mirabile*; indigitando nimirum, quod non rigoroſa Miraculi probatio requiratur, ſed quodcumque *mirabile* in caſu occurrens abundè ſufficiat.

61 Hæc autem ità pręmittere placuit, non quia reformidemus Miracula à nobis propoſita, vbi etiam ad ſeuerioris iudicij lancem appendantur, haud iuſti ponderis poſſe deprehendi, ſed vt plenius dignoſcatur meritum Cauſæ, in qua tot etiam non neceſſaria concurrunt. Prætereà id quoque meretur animaduerti, alia plura, quæ citra dubium vti Signa potuiſſent accipi, fuiſſe à nobis prætermiſſa, ne leuioribus vteremur, vbi ſolidiſſima abundant Miracula. Præ ceteris enim aderat Signum pulcherrimi floris mirabiliter exorti ſupra Tumulum Serui Dei, dùm adhuc eius Corpus ſepultum erat in Cæmeterio Seuiſiano. Aderat Signum apparitionis eiuſdem Serui Dei Fr. Meinrhado Laico Capuccino in ea temporis circumſtantia, qua Rhæti Heterodoxi Weldkirchij Ciuitatem inuaſuri

erant. Aderat alia non longè abſimilis apparitio, cum nempè, Catholicis manus cum Hæreticis conferentibus propè Oppidum Stainberg, Seruus Dei gladium vibrans apparuit in medio duorum Capuccinorum, qui milites ad ſe ſtrenuè gerendum hortabantur. Aderant demum alia quoque non infimæ notæ Signa. Sed quid his opus erat, dum vera, & ſanè præclariſſima non niſi ad lydium lapidem ſummo cum rigore examinanda ſuppetunt Miracula? Id tantum expoſcimus, vt hæc nobiſcum iuſtitia geratur, ſeueram nimis fuiſſe trutinam Reuerendiſſimi Promotoris, qui perinde, ac ſi non ageretur de Cauſa Martyris, in qua Signa ſufficiunt, nihil omninò in eorum exactiſſima diſcuſſione, vel à quolibet rigidiori Cenſore obijciendum reliquit in ipſo Miraculorum examine, quod fieret in qualibet alia Cauſa ſimplicis Confeſſoris. Veruntamen difficultates omnes à ſolertiſſimoOppoſitore ſubtiliter promotas penitùs ſubmouere, Deo adiuuante, non diffidimus.

Quoad Primum Signum, ſiue Miraculum

Repentinæ extinctionis Incendij Arcis Maienfeldæ.

62 INgens hoc Miraculum verè ſplendidiſſimū obtenebrare ſatagit Reuerendiſſimus Promotor repetendo in eius Animaduerſionibus §. *Primum Signum* ponderationem illam ab Archiepiſcopo Myrenſi olim propoſitam, num ſcilicèt ignis extinctio naturaliter euenire potuerit ex improuiſa venti mutatione, quæ illo tempore contigit: data quippè venti mutatione, & ſic flammarum retroceſſione, extinctio Incendij non eſſet, vt ipſe ait, Miraculo tribuenda.

63 Fatemur equidem, Incendij extinctionem à ſubita venti mutatione proceſſiſſe, tum etiam non inficiamur, venti mutationem per ſe, & in abſtracto ſumptam ſæpè ſæpius effectum eſſe à natura creata prouenientem. At in caſu præſenti intrepidè dicimus modo non naturali, & impetu quodam naturæ vires excedente de repente ſuſcitatam fuiſſe venti mutationem; quà ſanè in circumſtantia Miraculi ratio conſiſtit, cum nempè Diuino implorato Subſidio ex inſperato, ſubitò, & in inſtanti naturalis effectus, quem alioquin nulla naturalis diſpoſitio tunc anteibat, producitur. Quoties enim in operatione, quæ propria naturæ eſſe poteſt, modus eiuſmodi datur, eadem Miraculo eſt adſcribenda. Sic inter Prodigia per Moyſen ab Altiſſimo in Ægypto edita recenſetur Exodi *cap.* 10. illud ſuſcitationis venti, qui locuſtas eò mirabiliter aduectas, orantę Moyſe, expulit; ibi enim *verſ.* 18., *&* 19. habetur: *Egreſſus Moyſes de conſpectu Pharaonis orauit Dominum, qui flare fecit ventum ab Occidente vehementiſſimum, & arreptam locuſtam proiecit in mare &c.* Similiter cum triennalis ſiccitas Samariam vexaret, preces Elia funden-

dente; pluuia magna, & ventus de Cœlo immiſſa fuerunt, vt enarratur *Lib. 3. Regum cap. 18. verſic. 45.* ibi = *Cumque ſe verteret* (ideſt Achab) *huc, atque illuc, ecce Cœli contenebrati ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluuia grandis.*

64 Certè nil facilius naturaliter euenire poteſt, quàm venti ſuſcitatio, ac pluuiæ immiſſio; & tamen vtraque hæc operatio in caſibus mox relatis fuit miraculoſa, non alia quidem ex ratione, niſi quia precibus in illum præciſum finem præmiſſis, momento temporis præter Hominum expectationem naturales huiuſmodi effectus contigere. Quę omnia maturè ponderans Card. de Lauræa de *Miracul. diſput. 20. art. 20 num. 880.* concludit, vera fuiſſe Miracula, ibi = *Quid magis facile, & familiare, quàm pluuia &c. Quæ tamen ſtatim ad Eliæ preces poſt ſiccitatem illam grandem aduenit, miraculoſa fuit. Et ſic de alijs euentibus, qui poſſunt à natura prouenire, vt tenebræ, Bruchi, muſcæ &c. quæ per Moyſen Exodi 7. in Ægypto acciderunt, Coturnices, quæ in magna copia in Deſerto Exodi 10. 13., cum quotidie hæc à natura adueniant; quia tamen in his circumſtantijs ad ſupplicationem hominum, & ſtatim accidunt, Miracula ſunt* = Sic pariter nemo inficiatur, miraculoſam fuiſſe pluuiam, quam precibus ſuis impetrauit S. Scholaſtica, vt impediretur receſſus S. Benedicto eius fratri, cuius facti ſeriem perbellè narrat S. Gregorius Papa in ſuis Dialogis *lib. 2. cap. 33.*, ibi = *Cumque adhuc ad menſam ſederent* (*nempè SS. Benedictus, & Scholaſtica*) *& inter ſacra colloquia tardior ſe hora protraheret, eadem Sanctimonialis fœmina ſoror eius eum rogauit, dicens: quæſo te, vt iſta nocte me non deſeras vt vſque mane de cœleſtis vitæ gaudijs loquamur. Cui ille reſpondit: Quid eſt, quod loqueris Soror? Manere extra cellam nullatenus poſſum. Tanta verò erat Cœli ſerenitas, vt nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem fœmina, cum verba Fratris negantis audiuiſſet, inſertas digitis manus ſupra menſam poſuit, & caput in manibus Omnipotentem Dominum rogatura declinauit. Cumque leuaret de menſa caput, tanta coruſcationis, & tonitrui virtus, tantaque inundatio pluuiæ erupit, vt neque Ven. Benedictus, neque Fratres, qui cum eo aderant, extra loci limen, quo conſederant, pedem mouere potuerint* = Quod quidem optimè agnouit S. Benedictus miraculoſè à Deo factū fuiſſe ad preces S. Scholaſticæ, cum qua propterea *cœpit conqueri contriſtatus dicens. Parcat tibi Omnipotens Deus Soror, quid eſt, quod feciſti? Cui illa reſpondit: ecce rogaui te, & audire me noluiſti: rogaui Deum meum, & audiuit me: modò ergo ſi potes, egredere, & me dimiſſa, ad Monaſterium recede* = Quæ omnia latius referuntur à S. Gregorio loco ſupra citato, qui Miraculum in eo conſtituit, quod ſtatim poſt emiſſas preces, ſerenitate aeris immutata, pluuia ſucceſſerit, ibi = *Nec paulò tardius poſt orationem inundatio illa ſecuta eſt; tanta fuit conuenientia orationis, & inundationis, vt de menſa caput cum tonitruo leuaret, quatenus vnum, idemque eſſet momentum, & leuare caput, & pluuiam deponere.*

65 Hæc duo Extrema in caſu, de quo agitur, adamuſſim interuenere. Inuocatio nempè Serui Dei, & inſtantanea alteratio effectus naturalis in mutatione venti conſiſtens, vt luculentiſſimè deprehenditur ex Teſtibus de viſu in *Summario* præmiſſæ Informationis *num. 2.* ibi enim Teſtis XXV. Proceſſus Apoſtolici Curienſis §. 4. & 5.

hæc

hæc ait = *Quod periculum cum Belli Dux de Sultz vidiſſet, ipſe percutiendo pectus ſuum dixit; nunc ego ſperabo, & ſpero, quod ſi Pater Fidelis coram Deo Sanctus exiſtit Martyr, tunc illum apud Deum, & Beatiſſimam Virginem tantùm impetraturam eſſe, vt ad minimum munitio ſaluata remanſura ſit. Et hoc de benefato Domino Copiarum Præfecto ipſemet vidi, & audiui. Neque minus etiam, quod ſtatim ac ſubito flammæ à Turre receſſerint, & inopinato à vento, qui exortus fuerat, in aliam partem depulſæ fuerint, quo facto, Turris ſalua permanſit* = Et VII. Teſtis ex Proceſſu Mediolanenſi Comes de Sultz ſupremus copiarum Præfectus in eodem *Summario dictæ Informationis num.* 2. poſt expoſitum deploratum ſtatum Incendij ſic ait, *ibidem* §. 41. = *In queſta afflizione mi ricordai del B. Padre Fedele, onde riuolto à Dio con tutto il cuore, così pregai, e feci orazione dicendo: o ſignore Iddio, ſe il Padre Fedele è veramente Santo, fate che per li meriti di lui reſti libero il Caſtello con la monizione. Così orai, e ſotto à quel nome di Santo io intendeuo, ſe il Padre Fedele ammazzato dagl'Eretici è ſtato nella ſua morte un vero, e Santo Martire, perchè io mi ricordauo di lui, come di quegli, ch'era morto per la noſtra Santa Cattolica Romana Fede, e ſe ciò non foſſe ſtato, cioè, che egli foſſe morto per la Fede, io in quel punto non l'auerei inuocato. Fatta dunque queſta Orazione SVBITO ſi riuoltò il vento, in modo che doue prima portaua il fuoco nel Caſtello, così DI SVBITO per contrario lo portaua fuori. Quando io viddi queſto, ſubito mi rallegrai, e giudicai, che il Martire foſſe in mio aiuto, e mi aueſſe da Dio impetrata la domandata grazia.*

66 Idque ipſum confirmat Teſtis XIII. eiuſdem Proceſſus Mediolanen. *Summario num.* 5. §. 70. & 71. ibi = *In queſto frangente io viddi il Signor Conte di Sultz, che ſi poſe in atto di fare orazione; viddi ſimilmente altri Capitani, e Tenenti, che ſi poſero à fare Orazione, & io ſimilmente gionſi le mani, e pregai Dio, che per li meriti del Beato Martire Fedele liberaſſe il Caſtello da quell'incendio, e nell'iſteſſo tempo io ſentij altri Capitani, ed Officiali, che con voce aſſai alta, e da me ſentita pregauano Iddio, che per li meriti del Beato Martire Fedele liberaſſe il Caſtello, e la monizione da quell'incendio. Queſta ſteſſa orazione io hò inteſo, che il Signor Conte di Sultz fece allora, perche io ſtauo vicino à eſſo Signor Conte, e ſentij alcune parole, dalle quali io conobbi, che pregaua Dio, acciò per li meriti del Santo Padre Fedele preſeruaſſe il Caſtello, e la monizione da quell'Incendio. Dopo queſta Orazione io viddi, che SVBITO ſi riuoltò il vento al contrario, di modo che portaua fuori del Caſtello quell'incendio, e ſubito io mi perſuaſi, che il Beato Martire foſſe in noſtro aiuto, e ſentij, che altri Soldati, li quali aueuano fatto la iſteſſa orazione, cominciarono à dire, che il Santo Martire Fedele era venuto in noſtro aiuto* = Et hiſce conſonant alij Teſtes circa inſtantaneitatem, plerique de viſu, & in reliquis de immediato auditu à videntibus, vel de fama publica *ibidem num.* 2. §. 9. 11. 12. 15. 20. 21. 31. 35. 36. 52. 57. 58. 59. & 63. Itaut reſpectu vtriuſque Extremi, invocationis nimirum, & inſtantaneitatis vix vlla melior probatio videatur excogitabilis.

67 His itaque ſtantibus, quis neger extinctionem Incendij ex repentina illa venti mutatione ſecutam fuiſſe miraculoſam? Profectò prodigium hoc eiuſdem generis eſſe comperitur, ac illud, quod

ope-

operatus eſt Chriſtus Dominus, quando ad ſedandam procellam imperauit ventis, & mari, & ſtatim *ceſſauit ventus, & facta eſt tranquillitas magna*, vt legitur *Matth. cap.*8. 26. *& Marc.*4. 39., quod porrò homines tunc videntes mirati ſunt, vt ibidem dicitur. Quamuis enim effectus à natura producti ſoleant eſſe ceſſatio venti, & fluctuum maris ſedatio, ex quo tamen ſubito, & ad nutum Seruatoris noſtri contigerunt, nemo non potuit non exclamare = *Qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei?* Ita planè mutatio venti, & retroceſſio flammarum, ſi de per ſe, & in abſtracto conſiderentur, nihil continent prodigioſum; at ſi in hypotheſi perpendantur circumſtantiæ inuocationis, quæ præceſſit, & immediatæ mutationis venti, qui flammas diſperſit, & foras in contrariam partem ſubito abegit, vt vnanimes referunt Teſtes, qui rem totam viderunt, nemo ſanè cum iiſdem non dixerit, id magnum fuiſſe Miraculum, cum euidens nimis reddatur, ad interceſſionem Ven. Patris Fidelis, & ad certius manifeſtandam veritatem eius Martyrij, tunc imperaſſe Dominum vento, & flammis, & ita Caſtrum ab incendio fuiſſe ſeruatum; naturaliter enim, vt inquit Card. de Lauræa *de Miracul. diſput.*20. *num.* 879., *ſtatim, & incontinenti non ceſſat*, vel in contrariam partem non mutatur totaliter ventus.

68 Ipſam igitur contra rei veritatem pugnare conſpicitur ponderatio in contrarijs Animaduerſionibus promota, quod Incendij extinctio prouenire potuerit ab opera militum in id adlaborantium, ex quo Teſtis V. Proceſſus Conſtantienſis, *dicto Summario num.*2. §.17., hæc dixerit = *Verum etiam ingreſſus ſum prædictam Arcem, in qua munitio militaris totius aſſeruabatur Regimenti, vt ſi poſſibile foret à flammarum globis, deflagrationeque, quantum valerem, eam tuerer, atque defenderem* = cui conſentire videtur II. Teſtis ex Proceſſu Mediolanenſi *ibidem* §.22. dicens = *Di più in detto tempo ragionando con il Bombardiere del Caſtello mi diſſe, che nel tempo del ſudetto incendio egli ſi ritrouò nel Caſtello, e quantunque ſi affaticaſſe di rimediare al fuoco, acciò non daſſe nella poluere &c.* Siquidem ab iiſdemmet Teſtibus mox relatis, ſi integra eorum depoſitio percurratur, manifeſtè deprehenditur, non operæ, aut laboribus Militum, ſed tantùm repentinæ mutationi venti, qui flammas in contrariam partem abegit, incendij extinctionem eſſe tribuendam. Præfatus enim Teſtis V. Proceſſus Curienſis ſuam proſequens depoſitionem *dicto Summario num.*2. §.18. hæc ait = *Poſtquam verò Magiſter Armamentarij mihi oſtendit, & ego ipſe vidi, imò ſuper accenſas ſcandulas, ſeù aſſulas, ſcintillaſque ignium, quæ ſupra ſparſos hinc inde pulueres, & ipſa vaſa tormentarij pulueris ceciderant, inceſſi, pedibuſque conculcaui, tantus horror, ac timor me inuaſit, vt per aliquod ſpatium temporis in cellarium quoddam, ſeù fornicem infra terram me abdiderim; opinabar enim, quod ſi puluis tormentarius accenderetur, Caſtrum ab igne in aera leuandum fore, meque ſaluum remanſurum eſſe. Poſtquam autem ventus ille vehemens ſubito in aduerſam partem ab Arce ſe conuerterat, tunc Miraculo confortatus, è cellario rurſum egreſſus fui* = Ecce nimirum, quod Teſtis iſte iuxta ea, quæ ipſe dixit, Arcem ingreſſus, vt flammarum globis, deflagrationeque, quantum valeret, tueretur, atque defenderet, nullas profectò diligentias fecit, quibus incendij extinctio valeat adſcri-

ſcribi, cùm imò fateri non erubeſcat, ſeſe in ſubterraneum locum receipiſſe, ſtatim ac ſuiſmet oculis conſpexit, rem eò fuiſſe deductam, vt inutilis euaſiſſet qualiſcunque conatus humanus ad impediendam imminentem Arcis omnimodam conflagrationem.

69 Nec diuerſimodè loquitur Teſtis II. Proceſſus Mediolanenſis; poſtquam enim in verbis ſuperius tranſcriptis, & à Reuerendiſſimo Promotore in Obiectione allatis expoſuit, ab illo Exercitus Officiali vulgò dicto *il Bombardiere* impenſam fuiſſe omnem operam, vt incendium extingueret, protinus addidit, eam fuiſſe omninò fruſtraneam, vt legere eſt *in dicto Summ. num.2. §.22.* = *E quantunque ſi affaticaſſe di rimediare al fuoco, acciò non daſſe nella poluere, ed incendeſſe, ad ogni modo non potè impedirlo, e che caderono più volte delle fauille, e bragia acceſe anche ſopra l'iſteſſa poluere diſperſa nel pauimento* = Quid autem luculentius afferri poteſt ad oſtendendum Militum labores, & diligentias nihil omninò contuliſſe inſperatæ Arcis præſeruationi ab incendio?

70 Quod ſi maiora adhùc huius veritatis teſtimonia deſiderentur, hæc vbertima præſtant alij duo Teſtes de viſu, & de facto etiam proprio reſpectiuè deponentes. Narrant illi nimirum, quod cum Comes Sulrzenſis præſentiſſimum Arcis periculum inſpiceret, Milites aduocauit, vt adiutrices manus ad remouendum incendium porrigerent; quod tamen à nimia ineuitabilis periculi euidentia facere detrectarunt, ſic nempè ait ipſe Comes, *Summ. dicto num.2. §.40.* = *In queſto viaggio io viddi, che il fuoco portato dal vento entrò nel Caſtello, & vſcirono alcuni Soldati per timore di abbrugiarui dentro, allora io domandai, e comandai ai Soldati, che veniſſero, & ammorzaſſero il fuoco del Caſtello, mà nè pure vno volle vbbidire, perche il fuoco già brugiaua il Caſtello da molte parti, e ſingolarmente perche il fuoco cadeua giù doue ſtaua la poluere* = Et alter Teſtis miles plenè concordans cum Comite ait *ibidem §.69.* = *Et io viddi, che la fiamma era arriuata nel Caſtello, e noi altri Soldati guardauamo là temendo, che quando ſi accendeſſe la poluere, non ſi rompeſſe il Torrione del Caſtello, e ci deſſe la morte. Io mi ricordo, che allora il Conte di Sultz comandò a' Soldati, che andaſſero ad ammorzare il fuoco del Caſtello, mà viddi ancora, che niuno ardiua di entrare, nè di fermarſi preſſo, perche dubitauano, che ſubito ſi accendeſſe la poluere, & andando all'aria il Caſtello, l'ammazzaſſe* = Si igitur Milites ipſi à Supremo Copiarum Duce, quamquam iuſſi, metu tamen perculſi, ne à deuorante igne corriperentur, ad incendium reſtinguendum properare auſi non ſunt; nemini certè credibile reddi poteſt, ab ipſis Militibus, parata fuiſſe media, & quidem tantæ efficaciæ, quibus extinctio ſubſecuta ſit tribuenda.

71 Parum itaque refert, quod præſumendum ſit, præfatos Milites accurriſſe pro huiuſmodi effectu in principio incendij, quo caſu facile ab ijs adhiberi potuerint proportionata remedia. Quænam enim quæſo remedia potuerunt adhibere milites in principio incendij; ſi per incuriam militum ſupponitur, illud fuiſſe excitatum? Si ſtatim magnum adeò, & horrendum euaſit, vt Ciuitas Mayenfeldenſis infra ſpatium vnius horæ in cineres, ac fauillas redacta fuerit? Si demum flammæ, & ſcintillæ ignium ex vehementia venti vndequaque in Arcem immiſſæ taliter graſſabantur, vt omnes illico agno-

uerint, non ſine magno, ac ſupernaturali miraculo, Caſtrum prædictum à totali incendio poſſe præſeruari? Et, vt præceteris reſert V. Teſtis Proceſſus Conſtantienſis *dicto Summ. num. 2. §. 13.* ibi= *Æſtimo incendium illud per incuriam Militum excitatum fuiſſe, & quidem adeò magnum, & horrendum illud erat incendium, vt Ciuitas Mayenfeldenſis infra ſpatium vnius horæ, excepta Arce, in cineres, ac fauillas redacta ſit. Et quamuis ventus valdè vehemens, ac importunus ardentes ſcandulas, ſeù aſſulas cum ſcintillis ignium vndique in Arcem comportauerit, imò, & ſupra diſperſos hinc inde in terra pulueres ipſos tormentarios proiecerit; quandoquidem in eadem Arce, ac Turri aliquot centena pulueris tormentarij pondera collocata permanebant, & quia pridie Militibus cuique portio pulueris diſtributa fuerat, in efferendo plures hinc inde pulueres in terram ceciderant, attamen accenſi pulueres non fuerint, ventuſque inſuper ſubitò ab Arce, ſeù Caſtro in aduerſam ſeſe conuerterit partem, firmiter cenſeo, atque æſtimo, ſæpius repetitum Caſtrum non ſine magno, ac ſupernaturali Miraculo &c. conſeruatum eſſe* =, & concordant ferè in omnibus cœteri Teſtes *d. Summ. num. 2. per tot.*

72 En igitur, quam longè abſit, vt humanis conatibus tribui poſſit preſeruatio Arcis ab incendio, cum nihil omninò nec in principio, nec in progreſſu fecerint Milites, aut facere valuerint, quod aptum eſſet flammarum violentiam prepedire. Et ſanè quis, niſi Deus efficere poterat, vt flammæ illæ ictu oculi retrocederent? Verumtamen Omnipotens Dominus, vt magis, magiſque clarificaret Martyrium Serui ſui, cuius interceſſio fuerat inuocata, nedum ſæpedictas flammas in aduerſam partem ſubito abire coegit, ſed ipſam cohibuit naturalem ignis actiuitatem, ne pulueres tormentarij humi diſperſi, ſuper quibus accenſæ ſcintillę cadebant, incenderentur. Quæ porrò circumſtantia ad ſupremum quemdam maioris euidentiæ gradum Miraculum iſtud extollit, cum hæc de ſe ſola ſit adeò notabilis, vt nemo ad eius ponderationem nequeat non obſtupeſcere, quemadmodum mirati ſunt valdè quotquot rem illam præſentes viderunt, vt legere eſt *dicto Summ. num. 2.*, vbi ſignanter ſæpedictus Teſtis Quintus Proceſſus Conſtantienſis §. 17., *& ſeqq.*, ex propoſito refert quantus illum horror, ac timor inuaſerit, quando ſuiſmet oculis vidit accenſas ſcandulas, ſeù aſſulas, ſcintillaſque ignium, quę ſupra ſparſos hinc inde pulueres, & ipſa vaſa eoſdem pulueres continentia ceciderant, cum impoſſibile ſibi videretur, quod Arx tota ſubito non conflagraret.

73 Et Quintus Teſtis ex Proceſſu Mediolanenſi, qui pariter præſens fuit Incendio, hæc narrat *dicto Summario Informationis num. 2. §. 32., & ſequen.*, ibi= *Il giorno ſeguente inſieme con detto Signor Onelli io andai al Caſtello, e viddi, che veramente il fuoco aueua cominciato ad abbrugiare in più luoghi la Fortezza, entrai dentro nel Torrione iſteſſo, doue ſtaua la monizione, ed alzando gli occhj viddi, che l'incendio aueua in più luoghi abbrugiato il Cielo iſteſſo di quella Stanza del Torrione, doue ſtaua la poluere, e la monizione da Guerra, anzi guardando io meglio viddi, che tuttauia il fuoco ſi ritrouaua anche acceſo nel reſtante di quei legni, che ſtauano nel cielo di detta Stanza, e procurai, che ſi ammorſaſſe del tutto, e con tale occaſione vn Capitano, che nel tempo dell'incendio era reſtato nel Caſtello, mi moſtrò il luogo, doue le*

 bra-

bragie acceſe erano cadute ſopra non ſolo de' barili, mà anche dell'altra poluere ſparſa per terra in molta quantità, e mi diſſe, che egli haueua veduto le bragie acceſe, e fermate ſopra la poluere, e che ad ogni modo non ſi abbrugiò: queſto medemo mi fù confermato, e dal ſudetto Signor Onelli, e da altri, e queſto miracolo fù tanto euidente, che niuno di noi potè dubitare =, *&* §.36., ibi = *Eſſe bene le fauille, e bragie acceſe, abbrugiato già il cielo della Stanza, cadeuano ſopra la monizione, ad ogni modo per li meriti di eſſo Beato non ſi abbrugiaua la poluere.*

74 Conſonè ad hæc II. Teſtis ex Proceſſu Mediolanenſi *in Summario dicto num.2.* §.23. referens, ſe paulò poſt incendium moram traxiſſe in Arce Maienfeldæ, quæ ſupramemorato periculo expoſita fuerat, ſic teſtatur, ibi = *Ragionando col Bombardiero, mi diſſe &c., e che caderono più volte delle fauille, e bragie acceſe anche ſopra l'iſteſſa poluere diſperſa nel pauimento, e che ad ogni modo mai non ſi attaccò fuoco &c.* =, & §.25. ſubiungit, ſe vidiſſe locum, vbi fuerat puluis, & veſtigia inchoatæ conflagrationis, ibi = *Con l'occaſione, che io andai à viſitare, e leuare buona parte di quella monizione, il ſudetto Bombardiere mi raccontò, e moſtrò doue caſcaua il fuoco tanto ſopra li Barili, come anche in terra, doue era piena di poluere ſparſa &c.* =, & his conſentit VII. Teſtis Comes Sultzenſis *in eodem Summario num.2.* §.43. inquiens = *Entrati li Soldati nel Caſtello, ſi ritrouò, che le bragie acceſe erano cadute nel luogo della monizione. In queſto luogo ſi ritrouauano circa quaranta barili di poluere, e il giorno auanti ſi era diſtribuita la monizione à Soldati, e nel pauimento di detto luogo ſi era ſparſa tanta poluere, che in molti luoghi, e ſpeſſi vi era vn dito alta. Sopra queſta poluere ſtauano le bragie acceſe, ad ogni modo il Guardiano della monizione ſopra la poluere iſteſſa vi ammorsò le bragie ſenza leſione, e fù preſeruata la monizione tutta. Queſto delle bragie acceſe cadute ſopra la detta poluere, e dell'auerci ſopra ammorſato il fuoco me lo riferì di bocca propria l'iſteſſo Guardiano, che vidde, & operò, come hò detto.*

75 Eandemque præſeruationem pulueris ab illa accenſione, quam naturaliter concipere debuiſſet, affirmant alij Teſtes de auditu à determinatis perſonis, quæ rei ſtatum conſpexerant, *Summ. dicto num.2.*, vbi Teſtis XII. ex Proceſſu Mediolanenſi §.66. hæc ait = *In ſpecie autem de hoc miraculo mecum locutus eſt quidam Miles familiaris meus, qui tunc ibi aderat, & viderat; iſte Miles vocabatur Rodericus Croacia, & eſt Conſtantienſis, & tempore prædicti incendij aderat, & vidit proprijs oculis, quod in loco, vbi Annona militares conſeruabantur in Caſtro Mayenfelda, ibi erant multa vaſa cum puluere tormentario; vidit etiam, quod de puluere illo tormentario non parua quantitas diſperſa erat ſuper pauimento, & quando incendium cæpit concremare Caſtrum, tunc ipſe Croacia vidit flammas deſcendentes ſuper pulverem illum bellicum diſperſum, & vidit, quod quamuis flamma ſtarent ſupra ipſos pulueres, nihilominùs pulueres non incendebantur* = & Teſtis XIII. ibidem §.72. = *Staua allora nel Caſtello il Signor Giacomo Cothkinich Preuos del Regimento del ſudetto Signor Colonnello Conte di Sultz, e quando cominciò ad abbrugiare il Caſtello, mentre che alcuni altri Soldati fuggirono di fuori, egli vi reſtò dentro, e vidde con occhi proprij, che venne vn gran vampo di fiamme ſopra la poluere ſteſſa, e che iui ſen-* A

ſenza fare alcuna leſione s'ammorsò; di più vidde molte fauille, e bra-g'e acceſe cadute ſopra la poluere ſteſſa, e che mai s'attaccò fuoco, coſa che egli la ſtimò gran Miracolo.

76 Porrò ex his Teſtium depoſitionibus, ſi attentè perpendantur, indubiè elicitur, quod Arcis præſeruatio, ob non ſecutam pulueris tormentarij conflagrationem, fuerit omninò miraculoſa. Quid enim clarius excogitari valet pro concludenda prodigioſa pulueris præſeruatione, quam quod Teſtes omnes in eo conueniant, magna in copia puluerem ipſum humi diſperſum fuiſſe, ac ſuper eum ſcintillas ignitas, ſiuè aſſulas candentes repertas? Neque vis vlla fieri poteſt in eo, quod cum pridiè, quam incendium contingeret, fuerit puluis tormentarius Militibus diſtributus, ac per humum diſperſus; veroſimile propterea ſit, quod à Militibus ſuper illum tranſeuntibus occaſione dictæ diſtributionis compreſſus fuerit, terræque ille humiditatem contraxerit, ex qua ſi non impediri in totum ignis actiuitas, debilior ſaltem reddi potuerit.

77 Nam præterquamquod de ſuppoſita pulueris compreſſione, aſſertaque contracta humiditate nulla penitùs mentio fit à Teſtibus, qui rem totam videtunt; aduertendum eſt, quod ſi quæ verè pulueris compreſſio contigiſſet, nedum ex eiuſmodi compreſſione dicti pulueris actiuitas imminuta neqnaquam fuiſſet, verum potiùs maiorem in modum notabiliter aucta extitiſſet, cum obuium cuique ſit, nec non quotidianis experimentis compertum, à puluere tormentario aliqualiter compreſſo, vel etiam protrito multò faciliùs virtutem ignis admitti, quippè quia ex tali compreſſione, ſeu protritione naturalis eius virtus magis intenditur, proùt ad rem obſeruat Chriſtian.Wolfius *in Element. Mathemat. ſub tit. de Pyrotechnia cap. 3. de Ignibus feſtiuis* §. 76. & 77. Nec pariter vlla potuit contrahi tàm grandis humiditas, quæ impediret, ſeù diminueret actiuitatem ignis adeò ardentis, quem tanto furore conſtat graſſatum fuiſſe, vt ab eo Ciuitas Mayenfeldenſis infra ſpatium vnius horæ in cineres redacta fuerit, vt ſupra notatum eſt; vix enim mente concipi poteſt, puluerem tormentarium ob aſſertam humiditatem fortaſſe contractam, ex eo ſolùm, quod fuerit per humum diſperſus, effectum fuiſſe corpus adeò parum combuſtibile, vt præ illo facilius tot alia corpora conflagrarent, quando alioquin neminem latet, eam eſſe præcipuam huiuſce ſubiecti virtutem, vt ignem ſumma non minùs celeritate, quàm facilitate concipiat.

78 At verò maioribus non indigemus ratiocinijs ad oſtendendum, ſuppoſitas compreſſionem, & humiditatem pulueris humi exiſtentis impedire minimè potuiſſe, quin accenſæ ſcandulæ vires ſuas in illum exerere valerent, cum Milites ipſi qualitatem pulueris eo tempore conſpicientes neque per vmbram cenſuerint, naturaliter accidere potuiſſe, vt puluis ille non incenderetur, ſed vnanimi ore concluſerint, præſeruationem incendij in illis potiſſimè circumſtantijs magnum, & euidens fuiſſe Miraculum interceſſione Serui Dei patratum. Ita quippè ait V. Teſtis ex Proceſſu Conſtantienſi *Summario dicto nu. 2.* §. 16. ibi = *firmiter cenſeo, atque æſtimo, ſæpius repetitum Caſtrum non ſine magno, ac ſupernaturali miraculo, & quidem, vti erat communis opinio, & fama omnium Militum per interceſſionem dicti B. Patris Fidelis (cuius Corpus è Domo Gubelgeri exportatum fuit) conſeruatum eſſe* =

Sic pariter II. Teſtis ex Proceſſu Mediolanenſi *ibidem* §. 24. ex relatione cuiuſdam Officialis vulgò *Bombardiere*, ait = *Che caderono più volte delle fauille, e bragie acceſe anche ſopra l'iſteſſa poluere diſperſa nel pauimento, e che ad ogni modo mai non ſi attaccò fuoco, e queſto egli reputaua gran miracolo* = Et §.26. ibi = *e tutta via per gratia di Sua Diuina Maeſtà, e per li preghi, che teneuamo per certo, che aueua fatti il buon Martire, miracoloſamente ſi ſaluò detta monitione con tutto il Caſtello immoleſtato* = Quintus Teſtis ex eodem Proceſſu ibidem § 34. ibi = *E queſto miracolo fù tanto euidente, che niuno di noi potè dubitare* = & §.36. & 37. = *E ſe bene le fauille, e bragie acceſe, abbrugiato già il cielo della ſtanza, cadeuano ſopra la monitione, ad ogni modo per li meriti di eſſo Beato Martire non ſi abbrugiaua la poluere, e tutto queſto io lo ſeppi all'hora, e vi era nell'Eſercito noſtro fama publica. Per queſto nuouo miracolo crebbe molto più la diuotione verſo di queſto Beato Martire, sì che li Soldati quando poi ſi fece la traslatione del Sacro Corpo in Coira, l'accompagnarono, sì come era in fatti, per Reliquia di vero, e Santo Martire.*

79 Præcipua tamen inter iſtorum Teſtium depoſitiones quoad Miraculi agnitionem eſt illa Comitis Soltzenſis Summi Copiarum Præfecti Septimi Teſtis ex eodem Proceſſu Mediolanenſi. Intrepidè enim ille nonniſi magnum prodigium interceſſione Serui Dei patratum conteſtatur, fuiſſe huiuſmodi præſeruationem *Summar. dicto num.2.* §.46. & 47. ibi = *Io hò ſempre riputato queſto per gran miracolo, & adeſſo nuouamnte proteſto, e confeſſo, che ſenza miracolo non era poſſibile di ſaluare il Caſtello, e molto meno la monitione. Perlochè di nuouo riconoſco queſta gratia per vero, è ſegnalato miracolo operato da Dio per i meriti, & interceſſione di detto Beato Martire Fedele* = nec minùs notabilis eſt Depoſitio Teſtis X. *ibidem* §.60. = *Queſto miracolo fù trà di noi all'hora tanto euidente, che ſi accrebbe la noſtra diuotione, e riuerenza verſo di queſto Beato Martire* = & cohærenter ad prædictos ait etiam XII. Teſtis de auditu ab eodem Comite Soltzenſi, *ibidem* §.64. = *Hæc, & ſimilia tunc enarrauit mihi D. Comes, & hæc eadem ego ab alijs Catholicis Militibus, qui ibi tunc aderant, ſæpiùs audiui, & in Exercitu noſtro loquebantur de hoc quidam Milites noſtri, tanquam de vero, & indubitato miraculo, quod Deus ob merita, & interceſſionem P. Fidelis veri, & S. Martyris feciſſet nobis &c.* & §.66. ibi = *Hæc mihi retulit ipſe Miles Croacia, & ſemper quando iſta mihi referebat, magnoperè ſtupebat, & dicebat, ſe credere, & non poſſe aliter arbitrari, niſi quod hoc fuit maximum miraculum, & aiebat, quod credebat, quod Deus fecerat hoc miraculum ob merita, & interceſſionem S. Martyris noſtri P. Fidelis* = Et tandem cum prædictis concordat XIII. Teſtis *ibidem* §.73. = *Queſto miracolo fù tanto euidente all'hora frà noi Soldati, che chiaramente conoſceſſimo, che il Santo Martire Fedele aueua liberato il Caſtello, e la monitione da quell'incendio.*

80 Ex hac itaque vniformi tot Teſtium Depoſitione abſque vlla formidine aſſerentium, verum, & magnum in caſu Miraculum interueniſſe, nemo non videt, impoſſibile prorsùs eſſe, quod aſſerta compreſſio, vel ſuppoſita humiditas ineptum reddiderint puluerem tormentarium ad concipiendum naturaliter ignem. Quomodo enim talis circumſtantia, ſeu naturale hoc impedimentum, ſi verè interceſſiſſet,

po-

potuiſſet latere tot Milites in his rebus præcipuè verſatos, & expertos? Ipſi quidem, qui rei ſucceſſum proprijs oculis conſpexerunt, in admirationem rapti non fuiſſent, nec vnquam credibile fiet, quod Miraculum pleno ore conclamaſſent, ſi puluis in eo ſtatu poſitus, etiam admoto igne, citrà miraculum præſeruari potuiſſet. Compertum autem eſt in omnibus materijs, Peritorum iudicio ſtandum eſſe, ad tradita per Bartol, *in leg. Inſtar num.11. Cod. de iur. Fiſc. lib.10. Paulus de Caſtr. in leg. Si cui libertas num.2. ff. de cond. & demonſt. Neuiz. conſ.94. num.18.*, & quidem etiam ſi dd. Periti deponerent de credulitate, vt ait Abb. *in cap. Propoſuiſti num.11. verſ. venio nunc ad ſecundam prob. de prob. Bald. in cap. Quoties num.3. de Teſtibus*, & non redderent cauſam ſcientiæ Bart. *in leg. Ætate n.9. ff. de minor. Aretin. in leg.1. ff. ſi cert. petat. & in cap. cum cauſam num.21. de Teſt.*, & præciſè in materia Canonizationis Matt, *de Canoniz. St. Sanct. part.4. cap.23. num.13.*, & in caſu præſeruationis à periculo naturaliter ineuitabili, vt miraculo adſcribatur, Mattheucc. *t.t.2. cap.2. §.2. num.15.*

Quoad Secundum Signum, ſiuè Miraculum

Conuerſionis Ioannis Iodoci Rhæti peſſimi Prædicantis ad Fidem Catholicam.

81 Pondus huius Signi, ſeù Miraculi Reuerendiſſimus Promotor tentans eneruare in eius Animaduerſionibus §. *Secundum*, opponit, quod inſpecta depoſitione ipſius Ioannis Iodoci, eius conuerſio ſecuta fuerit iuxta ordinariam legem Gratiæ, ac propterea inter Miracula connumerari non poſſit, cum Miraculi conditionem deficere ſupponat in eo conſiſtentem, quod illud ſit opus inſolitum, dum conuerſio Peccatoris excedens quidem naturæ totius facultatem procedit ſemper ſecundum conſuetum ordinem Gratiæ per ea, quæ tradit Araux *deciſ. moral. tract.3. quæſt.23. §.5. num.79. & 80.*, verùm huic difficultati facillima occurrit reſponſio.

82 Quamuis enim in eiuſdem Miraculi Informatione ſub *tit. de Releuantia §. Iuſtificationem, & ſequen. pag.13.* latè probatum fuerit, Impij Conuerſionem eſſe miraculoſam, & hoc ipſum in terminis Conuerſionis Schiſmaticorum meritis B. Joſaphat Archiepiſcopi Polocenſis expleræ oſtendant Sac. Rotæ Auditores in Relatione illius Cauſæ *par.4. ſub titulo de aliquibus Signis mirabilibus*, quæ poſt illius mortem euenerunt, ſic aientes = *Sextum demum, quod maximum eſt veri Martyrij argumentum mors Antiſtitis multorum Hæreticorum conuerſionem ad Fidem operata fuit, eiuſque ſanguis inimicos quoque ſuos conuertit ad pacem, ut non diuidatur, aut ſoluatur vinculum Charitatis* = & infra, pluribus alij adductis, concludant = *Hanc verò Perſecutorum, & ab impietate ad pietatem reuocationem inter mirabilia per Martyres edita recenſendam eſſe monuerunt S. Ephrem &c. & hu-*

iuſmo-

Digitized by Google

huiuſmodi impiorum iuſtificationem miraculoſam appellat S.Gregorius Homil.29. in Euangel.Matthei, ſubdens hæc miracula tanto maiora, quanto ſpiritualia, & per quæ non corpora, ſed Animæ ſuſcitantur &c. adeoùt his ſtantibus, ſola ipſa Jodoei conuerſio, abſque circumſtantijs eam concomitantibus perpenſa, verum prodigium præſeferat.

83 Nihilominùs cum Reuerendiſſimi Promotoris ſententia in Arauxi Auctoritate fundata procedendo dicitur, in huiuſmodi caſu concurrere circumſtantiam, quæ ad illius ſenſum prædictam conuerſionem prodigioſam conſtituit. Ex Jodoei ſiquidem Depoſitione patet, hominem in Hæreſis tenebris ambulantem, omnemque conatum adhibentem pro Catholicæ Fidei expulſione, aliorumque in ijſdem tenebris Ductorem factum, non alio medio lumen aſpexiſſe, quam SeruiDei meritis, idque de repente accidiſſe; licet enim audita ſancta, & exemplari vitæ ratione, quam ille agebar, de falſitate propriæ Sectæ Jodoeus dubitaſſet, *Summ. Informationis n.3. §.2.14.* certior factus de hilaritate, qua Dei Seruus mortem pertulit, Fidei veritatem agnoſcere cæpiſſet, *ibidem* §.16.; cum tamen glorioſam Cadaueris tranſportationem magna cum ſolemnitate peractam fuiſſe accepiſſet, prædictam veritatem internè illicò admiſit, ibi = *Auuenne poi, che di nuouo li Cattolici l'anno iſteſſo mille ſeicento ventidue nel meſe di Settembre ricuperarono il Paeſe, e che dopoi nel meſe di Nouembre fù translatato il Corpo del Beato Martire in Coira con tanta ſolennità. E quando io inteſi di queſta ſolennità, che pareua il trionfo della Cattolica Fede, allora in ſentire l'onore fatto alle Reliquie di eſſo Padre Fedele mi commoſſi talmente, che cominciai da vero à penſare a' caſi miei; così vedendo, che la Cattolica Romana Fede era conforme alla Scrittura Santa, alli Santi Padri, e Concilij, & era antichiſſima, e vera, mi riſolſi di farmi Cattolico, e ſe bene era paſſato nelli colloquij noſtri, che neſſuno aueſſe commercio con i Padri Capuccini, ad ogni modo io cominciai à ſcriuere al Padre Frà Ignazio da Bergamo Sacerdote, e Predicatore allora Miſſionario dell'Agnedina Baſſa = dicto Summario Informationis num.3. §.17. & 18.* Solemnitate igitur auditæ translationis inductus ipſe Jodoeus veterem hominem confeſtim exuit, nouum induens in concludenda Fidei veritate, ac in illius acceptione; quo pacto illius Conuerſio, nullo externo auxilio concurrente, inſtantaneè proceſſit.

84 Quibus poſitis, controuerti non poteſt, prædictam Conuerſionem fuiſſe miraculoſam; in ea ſiquidem interuenit ſecunda conditio, repentina videlicèt, ac inſtantanea cordis mutatio in Hæretico, dùm ipſe Cadaueris ſolemnem traſportationem audiens Fidei veritatem ex hoc agnouit, ſtatimque admiſit, qua in re miraculi eſſentia iuxtà opinionem Arauxi conſiſtit. Quod ſanè ad rem explicat D. Thomas; ducta enim paritate à ratione miraculi tertij generis in ordine ſanationum, quæ in curſu non conſueto, & inſolito verſatur, ſic 2. 2. *quæſt.113. artic.10. in corp.* inquit = *Tertio modo in operibus miraculoſis inuenitur aliquod prater ſolitum, & conſuetum ordinem cauſandi effectum, ſicut cùm aliquis Infirmus ſanitatem perfectam aſſequitur ſubitò prater ſolitum curſum Sanationis, qua fit à natura, vel arte; & quantum ad hoc iuſtificatio impij quandoque eſt miraculoſa; & quandoque non &c.* =, & infrà enarrans, in quo conſiſtat ratio Miraculi,

ſub

ſubdit = *Quandoque verò tàm vehementer Deus animam mouet, vt ſtatim quamdam perfectionem iuſtitiæ aſſequatur, ſicùt fuit in Conuerſione Pauli; adhibita etiam exterius miraculoſa proſtratione* = Atque hinc in caſu præſenti cùm conſtet adfuiſſe repentinam, & mirabilem mutationem, admittenda iure merito videtur miraculi veritas, vt ſimùl ad rem vſurpare fas ſit verba Pignattellij *in Conſult. Canonic.178. num.45. tom.10.* ibi = *Concludamus ex his cùm citato Chryſoſtomo; maius igitur cæteris ſignum fuit Paulum &c., vt enim in toto naturæ ambitu iuxtà D. Bernardum Lib. Medit. cap.17. nihil humano corde, ſeù libero arbitrio ſublimius, nihilque Deo proprius, aut ſimilius, ità naturam altiſſimè tranſcendat, neceſſe eſt, quicquid efficaci, ac ſubita mutatione rebellem eius contumaciam flectit ad meliora* =

85 Et huiuſmodi circumſtantia eo magis attendi meretur, cùm eam ſummoperè confirmet Factum ſubſecutum ipſius Iodoci ad Catholicam Fidem conuerſi; narrat enim, quod cùm illam ſequi decreuiſſet, ob idque, vt debita Catecheſi informaretur, litterarum commercium cùm Patre Ignatio Bergomenſi Capuccino inijſſet, hoc agnoſcentes Hæretici ipſius vitæ inſidias moliti ſunt; deindè verò cùm Hæreſim eiuraſſet, vnus ex illis in eius perſonam conſpirauit; Diuino tamèn interueniente auxilio, ac Beati Martyris meritis ſuffragantibus, quocunque periculo liber euaſit, *Summario Informationis dicto num.3. §.19. & 20.*. Quinimmò ex duabus Epiſtolis eiuſdem P. Ignatij ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide perſcriptis magnam planè fuiſſe Iodoci conſtantiam, & zelum in Catholicæ Fidei profeſſione; poſtquam enim illius communioni per congruam abſolutionem reſtitutus fuit, minas mortis à propria Vxore intentatas, acerbas illius exprobrationes, & contumelias in odium dictæ profeſſionis etiam per Epiſtolam ſibi illatas patienter tolerauit *Summario Additionali num.13. §.1.*, aliaſque itidem inſultationes eiuſdem Mulieris, quæ ſumma perſpicacia, & aſtutia prædita erat, generosè paſſus eſt *dicto Summario Additionali num.13. §.3.* Quodque illius virtutis caput eſt, maximum zelum oſtendit in curanda inſtructione illorum Hæreticorum, apud quos anteà impio Prædicantis Officio functus fuerat; ſic enim habetur in ſecunda ex dictis Epiſtolis ibi = *Il Signor Ioanne Iodoco da Cernezzo aliàs Predicante, hora fatto buoniſſimo, e perfettiſſimo Cattolico mi hà conſegnata tutta la ſua Libraria &c. in paſſando per l'Agnedina alta, oue egli tanti anni haueua predicata l'Ereſia, ſi moſtrò vn altro S. Paolo, dicendo à tutti, e priuatiuamente, e publicamente con vna coſtanza incredibile, che in tutto quel tempo, che gli haueua predicato, haueua detto il falſo, e ne domandaua perdono à Dio, e che hauendolo Dio chiamato alla vera cognizione della Fede, e Religione Santa Cattolica Romana, che à tutti proteſtaua, che altra fede non può ſaluare, e che ſe non ſi conuertiuano, tutti ſarebbero ſtati dannati alle pene Infernali, e li pregaua di Terra in Terra, di Luogo in Luogo, che faceſſero venir li loro Predicanti, che li voleua far vedere, che li predicauano il falſo &c.* = *Summario Additionali dicto num.13. §.2.*

86 Quanti verò ponderis cenſeri debeant eiuſmodi conſtantia, & zelus, ſiuè dùm Iodocus contraria paſſus eſt, ſiuè dùm Hæreticorum inſtructioni operam nauare ſtuduit, nemo non videt. Id ſanè Conuerſionem veram ſolidam, & perſeuerantem fuiſſe comprobat, quo

nil

nil aptius ad Miraculi veritatem indicandam. Quomodo enim recenter conuerſus tot, ac tanta peragere potuiſſet, ni Diuinæ gratiæ virtus in conuerſione abundaſſet? Quomodo vitæ inſidias ſibi ſtructas declinare? Quomodo furentis Vxoris minas, & artes contemnere? Quomodo fraudem à ſe partam in docenda Hæreſi palam detegere, veniam à ſeductis petere, illos ad Fidei agnitionem hortari, iiſque aduerſantia, quæ antea docuerat, inſinuare, Fidei veritatem proteſtari, æternam damnationem ob oculos ponere, certamini cùm Hæreticis Prædicantibus obeundo paratum ſe offerre, & hæc omnia non priuatè ſolùm, ſed palam, & publicè, non in vno tantùm loco, ſed vicatim peragere? Profectò ſicut hi actus virtutem ſapiunt extraordinariam, nec ad conſuetos Gratiæ cæleſtis effectus reſtringuntur, ità clarè indicant, in Iodoci Conuerſione mirabile quid, & inſolitum accidiſſe; quippè quià ſi effectus cùm ſua cauſa conformari debet, pernecesſe dicendum ſequitur, illius Conuerſionem modo extraordinario, & inſolito proceſſiſſe; vndè Miraculi veritas magis magiſque remanet illuſtrata.

Quoad Tertium Signum, ſiuè Miraculum

Inſtantaneæ extinctionis Incendij in Pago Vveiſſenthanni exorti.

87 ADuerſus huiuſmodi Signum, ſiuè Miraculum quoad illius probationem obijcitur, quod licèt in quolibet negocio duo Teſtes ſufficiant, attamen in hoc caſu alij requiri debeant, cùm locus, vbi Miraculum contigit, talis non eſſet, vndè plures Teſtes haberi non potuerint; ad quem effectum allegatur exemplum Cauſæ Sancti Stanislai Coſtkæ, in qua ſan. mem. Clementis XI. approbare noluiſſe dicitur Miraculum cuiuſdam Sanationis duorum tantùm Monachorum teſtimonio ſuffultæ, niſi præmiſſa probatione, quod in Monaſterio, in quo Miraculum ſecutum fuerat, tres, aut quatuor Monachi ſolùm habitare conſueuerant.

88 Quod pertinet ad numerum Teſtium, ſi à Reuerendiſſimo Promotore admittitur, quod generaliter loquendo duo tantum Teſtes ad conſtandam plenam probationem neceſſarij ſint, idipſum locum habere debet in hypotheſi, quippè quià non docetur huic adaptari legem aliquam, ſiuè ordinationem, quæ contrarium præcipiat; & è conuersò vulgatum eſt, quod vbi amplior numerus præſcriptus non ſit, duo tantùm Teſtes ſufficiant, ad *Text. in cap. in omni negotio, & cap. licèt* 23. *de Teſt., & in leg. vbi numerus* 12. *ff. eodem*, ac eleganter explicat Gonzalez *in dicto cap. licèt num.*6. ibi = *Cùm circà numerum teſtium non ſit aliqua diuina, vel poſitiua lex Ciuilis, ſeù Canonica, quæ regulariter, & abſolutè numerum teſtium præfiniat in om-*

omnibus actibus humanis adhibendum, *ità diſtinguendum eſt*, *aut certo actui numerus præfinitus eſt à lege*, *vel non eſt definitus* : *ſi præfinitus eſt*, *ipſe numerus adhiberi debet*, *aliàs actus corruit*, *vt in Iuris locis ſupra adductis*, *cùm verò numerus præſcriptus non eſt*, *ſed tantum teſtes exiguntur*, *ad probationem duo*, *vel tres ſufficiant &c.*, *& erit legitima probatio* =, & concordant Pirring. *in Ius Canon. lib.2. tit.20. ſect.2. num.108.*, *Pax Iordan. Elucubrat. diuerſ. tom.3. lib.14. tit.18. num.25.*

89 Idque ipſum pluribus in cauſis Canonizationum admiſſum fuit, cùm approbata fuerint nonnulla Miracula, de quibus duo tantum Teſtes depoſuerant. Præcæteris in illa Sancti Ignatij Loiolæ proceſſum fuit quoad quartum Miraculum inſtantaneæ Sanationis Annæ Barzellonæ Mulieris Paralyticæ, & Apoplecticæ, vt videre eſt in Relatione Rotali *part.3.*, vbi agitur de dicto Miraculo §. *Hoc Factum*, ibi = *Hoc factum nobis probatum fecerunt ipſa met Anna Teſtis 26. Proceſſ. Valent. iuxtà 18.*, *& Margarita Barcellona illius Soror Teſtis 14. eiuſdem Proceſſus iuxtà idem*, *quæ dictæ Annæ infirmæ miniſtrauit*, *& vidit remedia applicata*, *& fuit præſens* =, & poſteà Summus Pontifex idem Miraculum approbauit in Litteris Decretalibus Canonizationis, quæ ſunt Bulla 3. inter illas Vrbani VIII. §.38. Sic in Cauſa S. Ioannis de Deo S. Rota inter alia Miracula patrata poſt obitum admiſit illud repentinæ Sanationis à febri in perſona Beatricis Caſebræ de Gama, de quo ſanata cùm alia tantùm muliere depoſuit, vt patet ex Relatione ſub *Titul. de Miraculis in ſexto Miraculo* ibi = *Ità deponunt de viſu*, *ac certa ſcientia in Proceſſu Elborenſi eadem Beatrix filia ad eumdem fol.580. Agnes Cardoſa ad eumdem fol.584.*; quod Miraculum ſubindè S.Sedis Apoſtolicæ approbationem meruit, proùt colligitur ex litteris eiuſdem Canonizationis à ſa. mem. Innocentio XII. expeditis ibi = *Æſtuabat acerrima febri Beatrix Caſebre de Gama penè ſexagenaria*, *ſicque menſem exegerat*, *ſenſuum omnium ſpatio decem*, *& octo dierum expers*, *non ſine ſummo vitæ diſcrimine*, *deſperantibus illius ſalutem Medicis*; *cùm vix ægrotantis collo portiuncula Terræ Domus Serui Dei appenſa fuiſſet*, *illa ad deperditos ſenſus reuocata eſt*, *ac deindè abſque medicamentorum ope conualit* = Denique omiſſis alijs inutiliter afferendis, ex Litteris Decretalibus Canonizationis S. Andreæ Auellini à ſan. mem. Clemente XI. editis *ſub* §.29 refertur prodigioſa eiuſdem Sancti, ac Sociorum præſeruatio à copioſiſſimo imbre cùm apparitione magni ſplendoris, qui illius Corpus circumfudit; quę præſeruatio à S. Rotæ Auditorio fuerat iàm approbata in tertia Parte Relationis in Primo Miraculo, vbi ad rem ſignanter hęc habentur = *Hoc plenè deponunt d. Ioannes Paulus de Orlando Cappellanus dictæ D. Catharinæ Caraſæ 85. Teſtis ſuper 104. art.*, *& dictus Andręas de Bellis famulus eiuſdem D Catherinæ 46. Teſtis ſuper primo*, *qui in hoc ſunt conteſtes*, *& omnia viderunt*, *quià comitati ſunt Patrem Andream*, *eorum autem depoſitio viſa eſt ſufficiens*, *cùm in omni materia Dictum duorum Teſtium*, *vbi aliter non diſponitur*, *ſufficiat* =

90 At præciſiuè ab huiuſmodi reſponſione ceſſat ex alia parte obiecta difficultas, ponderando, quod cùm Proceſſus ſuper Martyrio, & Miraculis Ven. Serui Dei P. Fidelis conſtructus fuerit in Ciuitate Curiæ, & Pagus Vveinſenthanni, vbi contigit Miraculum, ab ea di-

ſtet, prout notorium eſt, non ità facilè auocari poterant Incolæ ex eodem Pago ad examen in prædicta Ciuitate ſubeundum; quocirca ſi alioru n Teſtium inductio prætermiſſa fuit, nullam hæc omiſſio ingerere apta eſt ſuſpicionem, cùm ſtudiosè ad finem occultandi veritatem facta non fuerit, ſed ex cauſa neceſſaria; quo caſu perfecta prob itio, quæ ex duorum Teſtium Dicto reſultat, manet in ſuo robore; præſertim cùm Teſtes adhibiti eſſent omni except ione maiores, vtpotè ambo Sacerdotes, & Parochi, ac proindè ſinguli vicem duorum teſtium ſupplerent. *Gloſſ. in Can. Monachus* verbo = *Quorum = d. ſtinct.* 77. *Anton. Coſta conſil.* 40. *num.* 13.; & denique cùm omnis præſumptio militet, quod Iudices Delegati fideliter, ac diligenter proprium munus in procurando Teſtium, qui forent neceſſarij, examine adimpleuerint, & nil omiſerint. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 67. *num.* 2. *cùm ſeqq.*, *& de adipiſc. poſſeſ. remed* 4. *num.* 844.

91 Nec turbat exemplum Cauſæ iàm terminatæ Sancti Staniſlai Coſtikę, in qua ſupponitur, non emanaſſe approbationem Miraculi Sanat onis cuiuſdam Monachi à duobus Teſtibus probati, niſi priùs doctu m' fuiſſet, in Monaſterio tres, vel quatuor Monachos tantùm tunc temporis moram traxiſſe; ſi enim ad materiæ, de qua res eſt, meliorem illuſtrationem aliquid in medium proferre liceat, compertum id eſt, quod in Cauſa prædicta probatio in depoſitione duorum Teſtium conſiſtens, perfectionem aliquam deſiderare forſan videbatur; obſeruatæ ſiquidem inibi fuerant nonnullę Teſtium contrarietates, ac præterea Sanatus ipſe ſtatum deſperatæ ſalutis, inuocationem, ac repentinam Sanationem teſtabatur, alter verò Teſtis fuerat quidem præſens toti infirmitati, ac inuocationi, ſed modo mirabili peractæ Sanationis non interuenerat, cùm ad Monaſterium redijſſet ſero diei, quo Sanatio contigit, proùt colligitur ex particula Animaduerſionum bon. mem. Bottini ſuper dicto Miraculo editarum, quæ datur *in Summario Additionali num.* 14. Quarè nil mirum, ſi Summus Pontifex antequàm ſuper veritate Miraculi pronunciaret, magis exquiſitas diligentias fieri voluerit; hæ ſiquidem ad perficiendam probationem, ſiuè illam reddendam tutiorem dirigebantur, quæ ſanè à præſenti caſu longè abſunt; cùm ad illius probationem duo Teſtes interueniant ſuper Miraculi ſerie integrè de viſu deponentes, & omninò concordes.

92 Quod ſpectat denique ad Miraculi relenantiam nimis debilis difficultas videtur illa, quod prodigij veritas excludatur, eo quià in venti mutatione, quæ naturaliter contingere poteſt, ea fundetur; quoniam cùm ad inuocationem Parochi Loci ſtatim ventus ceſſauerit, & hoc pacto incendij extinctio euenerit, totum id Miraculo tribuendum eſt per ea, quæ in Informatione ſuper Primi Signi, ſiuè Miraculi releuantia S. *Probationem pag.* 8., & in hac ipſa Reſponſione § 63. *& ſequen.* ſuperiùs adducta fuerunt, ex quibus probatum fuit in prædicta circumſtantia improuiſæ mutationis venti verum interuenire Miraculum.

Quoad

Quoad Quartum Signum, ſiuè Miraculum

Subitæ Sanationis inflammationis, ſiuè ſuſpicionis Cancri in dextera Mamilla Sororis Cæciliæ Munſingerin Sanctimonialis.

93 EX capite aſſertæ deficientiæ tàm probationis, quàm releuantiæ præſens Signum, ſiuè Miraculum impugnatur; ſiquidem reſpectu probationis opponitur defectus atteſtationis Medici, & Chirurgi; vndè in occulto remaneat qualitas morbi ſcitu neceſſaria prò capienda reſolutione; verùm plana eſt reſponſio, quòd in Sanctimonialis curatione nullus Medicus fuerit adhibitus, vt habetur in Informatione eiuſdem Signi, ſiuè Miraculi *pag.* 16. *&* 17., & conſilium Præfectæ Cœnobij Virgini patienti datum illud fuit, vt cuiuſque naturalis medicamenti ope ſepoſita vnicè refugium illa reponeret in Serui Dei patrocinio, proùt colligitur ex eadem Informatione *pag.* 19. §. *Hæc eadem &c.*; quarè probatio Miraculi de aliquo defectu arguenda non eſt, cùm præciſa cauſa extiterit, propter quàm Chirurgus, & Medicus non interuenerint; eoque fortiùs cùm illorum deficientia Miraculo non officiat, dùm illud optimè probat Dictum trium Teſtium de viſu peculiariter morbi ſtatum, & circumſtantias exponentium, cùm etiam in tali caſu abſque vllo examine Peritorum, qui ægram curauerint, Sanatio miraculoſa poſſit approbari, ad trad. ta per Contelor. *de Canonization. Sanctor. cap.* 18. *num.* 12.; ex circumſtantijs enim per Teſtes panditis facultas datur cognoſcendi, an ope naturæ, aut potiùs virtute Diuina Sanationes euenerint, proùt ipſe Contelor. loco mox allegato proſequitur; & ità ſeruatum fuit in approbatione I. II. & IV. Miraculi Sanctæ Thomæ de Villanoua, vt ex Relatione Rotali apud *Contelor. pag.* 676. 683. *&* 687., nec non in approbatione Primi Miraculi S. Pij V. prò Canonizatione.

94 Parui quoq; refert alia Obiectio quoad eamdem aſſ. probationis deficientiam, in eo fundatam, quod Miraculi probatio vnicè ſubſtantietur in trium Monialium depoſitione, quæ ratione ſexus reputari debeat infirma, ex Doctrina D. Thomæ per Rmum Promotorem allegata; receptum enim eſt ex Iuris Canonici diſpoſitione, mulieres in vniuerſum ad ferendũ teſtimoniũ admitti, *Can. ex eo* 15. *quæſt.* 2. *ibiq. Gloſſa in verbo Teſtimonium*, ac id ipſum procedere in Cauſis Canonizationum firmant Matt. *de Canonizatione Sanctorum par.* 4. *cap.* 17. *num.* 12., *& Card. de Lauræa de Mirac. diſp.* 20. *art.* 25. *num.* 1076., prout etiam in praxi ſeruatum fuiſſe indigi-

tam Auditores Rotæ in Relatione Cauſæ S. Andreæ Corſini apud *Lezanam Oper. Moral. tom. 4. Conſult. 1. nu. 269.*, vbi pro ſufficienti habita fuit depoſitio trium mulierum quoad ſanationem manus leproſæ; & in Relatione Cauſæ Sancti Thomæ de Villanoua penes Cantelor de Canonization. ad probandum Miraculum reſuſcitationis duorum mortuorum, omnes ferè Teſtes fæminei ſexus admiſſi fuerunt, vt ibi videre eſt *pag. 674.*, *& ſequen.*; & tandem in Relatione Cauſæ B. Gregorij X. ſuper Secundo Miraculo §. *Quia fundamentum* dicitur ibi = *Ad qualitatem ſexus Teſtium non reſpexerunt Maiores noſtri* =

95 Quod ſi hoc verum eſt generalitèr, atque ita in probatione Facti, cujus veritas aliundè haberi poteſt, quanto potiori jure locum ſibi vindicabit in hypotheſi præſenti, in qua agebatur de probanda re, quæ intra Monaſterij Septa contigerat? Hoc enim caſu, cum veritas conſtare, niſi ex Monialibus, poſſit, earum profectò Depoſitio maximoperè attendenda eſt; ita enim ſentiunt Matta *de Canonizat. loco mox citato num. 12.* ibi = *Eoque maximè ſi ageretur de probando miraculo in Monaſterio Monialium, cum ibidem actu, & habitu ſæculi Teſtes interuenire non poſſent* = & egregie Bordon, qui in terminis fortioribus depoſitionis, quæ fiat à Moniali in Cauſa correligioſæ, *de Miracul. Meditat. 32. num. 34.* ſic ait, ibi = *earum ſtatus facit fide dignas, vnde ſicut teſtantur pro negotiis ſui Monaſterij &c. ita & in hac materia, & quidem à fortiori reſpectu ſuarum Monialium, cum nulli extraneo pateat aditus intra clauſuram, ex qua prohibitione centum eſt, nullum præter illas ſcire geſta, mores, & obſeruantias ſuarum Monialium, vnde de neceſſitate ſunt Teſtes idoneæ, & ſicut ſunt tales in fauorem ſui Monaſterij, vt dixi &c. ita, & in Miraculis, cum ſit res fauorabilis Monaſterio* = & conſentit Pignattel. *Conſult. Canonic. 254. num. 2. tom. 1.*; & ſic proceſſum fuit in Cauſa S. Pij V., de qua Matta, vbi ſupra, ſic ad rem ait = *Qua ratione admiſſum fuit teſtimonium Monialium in probatione multiplicationis farinæ in earum Monaſterio ad inuocationem Beati Pij V.* = de quo ſanè Miraculo ita loquuntur Litteræ Decretales Canonizationis S. Pij per fel. Record. Clementem XI. editæ §. 42. = *Alterum fuit mira quædam, ac perampla triticeæ farinæ multiplicatio, quæ contigit in Monaſterio Monialium S. Dominici apud Pratum in Hetruria* =

96 Quibus ita ſe habentibus nullatenus officit Auctoritas D. Thomæ à Rmo Promotore in Obiectione allegata, vbi habetur, quod mulieris teſtimonium non ſit firmum; quia reſponſio hæc exuberat, quod licet in aliquibus negociis mulierum teſtimonium pro perfecto nõ habeatur, in Cauſis tamen Canonizationum ad teſtificandum ſine vlla difficultate illæ recipiantur. Sic apertè tradit Matta *de Canonizat. Sanct. d. par. 4. cap. 17. num. 12.* ibi = *Mulier è contra licet dicatur mendax, fallax, periuria, doloſa, mutabilis &c. non repellitur à teſtificando in Cauſis Canonizationum* = vndè à fortiori facultas ferendi teſtimonium adaptatur Monialibus, quales ſunt Teſtes præſentis Miraculi; cum enim ab hominum commercio ſejunctæ intra Monaſterij clauſtra ſe contineant Deo ſolum, animæque propriæ ſpirituali profectui vacantes, ex hoc ipſo quacumque ſuſpicione illarum Depoſitiones remanent purgatæ, & ſummoperè idoneæ ad veritatem comprobandam cenſendæ ſunt.

97 Po-

97 Poſtremò quoad ſecundum Caput prænotatæ Obiectionis ſuper aſſerta irrelevantia Miraculi ex eo deducta, quod morbus, à quo Mulier ſanata fuit, non eſſet grauis, cum ille vnicè conſiſteret in inflammatione Mamillæ cum aliquo tumore, dicitur, quod in Informatione ſuper hoc Signo, ſiue Miraculo *pag.* 17. §. *Et veritas* latè oſtenſa extiterit grauitas morbi conſiſtens ne dum in tumore, ſed etiam in rubore, vndè ipſius Mamillæ præſentiſſima erat exulceratio; cumque agere de hac materia munus potiſſimum ſit Peritorum, qui à Poſtulatoribus, & Emo Ponente eliguntur, ſatis erit ad eorum Vota remiſſiuè nos habere.

Quoad Quintum Signum, ſiuè Miraculum

Subitaneæ reſtitutionis dexteri Oculi ferè omnino deperditi in perſona Infantis Pauli Franciſci Papuſsin.

98 PLura, quæ contra huiuſmodi Signum, ſiue Miraculum opponuntur, nullius momenti videntur. Quod enim dicitur, ad verificandam inuocationem Serui Dei, & voti emiſſionem à Matre Pauli Franciſci Infantuli Sanati factam nõ ſufficere aſſertionem eius Matris, illiuſque probationem non integrare alias duas fœminas, cũ deponant de auditu ab eadem Matre, non ſubſiſtit, quoniam hanc in rem iuuat in medium proferre, quæ de modo probandi inuocationem in prodigioſis Sanationibus ex profeſſo agens habet Card. de Laurea *de Miraculis Diſp.* 30. *art.* 25. §. 3. *num.* 1103. ibi = *Dico, vt Miraculum præfato modo probatum nempè per Teſtes de viſu tribuatur alicui Sancto determinatè, inuocatio iſtius ſiue verbalis, ſiue per applicationem reliquiæ, ſi probaretur per duos Conteſtes de viſu, aut proprio auditu, melius eſſet; adhuc tamen ſufficit, ſi patiens ſolus deponat, vel alius, qui pro eo inuocauit* = & infra *ibidem num.* 1107. adductis, quoad hoc Aſſumptum nonnullis probationibus concludit = *Ergo quamuis Teſtes referentes inuocationem ſingulares, vel etiam vnici ſint, eis credendum eſt, ſi cætera duo extrema juridicè per plures conteſtes de viſu probentur* = & num. 1109. concinnè ſubdit = *Confirmatur ex praxi Eccleſiæ, quæ in probatione inuocationis admittere ſolet, vel ipſum ſanatum, vel aliquem ex parentibus, cognatis, aut amicis, quo faciente votum pro ſanando miraculum contigit, dummodo Extrema, & Sanatio ſubita plenè probentur* = Porrò ſi ad effectũ probandæ inuocationis ipſius inuocantis Dicto deferendum eſt; idque juxtà relationem Doctiſſimi, & in his rebus verſatiſſimi Scriptoris in Praxi admittitur, excitata obiectio inſubſiſtens omninò videtur, cum in hiſce circumſtantiis depoſitio Matris, quæ inuocationem fecit,

ac emiſit votum, procul dubio ſufficiat, ac in ea tota probatio conſiſtat. Dictum verò Teſtium de auditu ab eadem Matre non ad probationis integritatem, ſed ad maiorem corroborationem eorum, quæ retulit Mater, afferatur, ad quem finem Teſtes auritos prodeſſe autumauit *Rot. in Relatione Cauſa S. Andreæ Corſini apud Lezan, Conſult. 1. num. 233.*

99 Conſimiliter non ſubſiſtit, quod probatio circa qualitatem morbi non videatur idonea, cum de illo deponant tres fæminæ, quæ perfectam non conſtituere probationem ſupponantur, vtpotè quia ob imperitiam, & mentis imbecillitatem qualitates diſcernere non valeant, minuſque explicare circumſtantias, quæ neceſſariæ ſint pro ſtatuenda Miraculorum veritate; recurrit enim reſponſio paulo ſupra quoad Quartum Signum ſiue Miraculum data, quod nimirum fæminæ in Cauſis Canonizationis ad teſtificandum habiles cenſeantur, quod præſertim in caſu admittendum videatur, cum earum depoſitio adeo accurata ſit, prout patet ex deductis in Informatione ſuper hoc Signo, ſiue Miraculo pag. 21. & 22. §. *Primum extremum, & ſeqq.*, vbi diſtinctè ex illarum depoſitione habetur ſtatus morbi cum ſuis circumſtantiis; vnde Periti à Poſtulatoribus, & Emo Ponente electi judicium concinne ſuper Miraculo efformare poterunt; potiſſimè, cum ſtatus, & qualitas morbi vnicè non innitantur mulierum Dicto, ſed etiam concurrat Medici atteſtatio in principio *Summarij Informationis num. 6.* regiſtrata, quo caſu mulierum depoſitio magis remanet adminiculata; idque ſeruatum fuit quoad Primum Miraculum reſuſcitationis duorum mortuorum in Cauſa S. Thomæ de Villanoua penes Contelor. *de Canonizat. Sanctor. pag.* 674., & in altera Canonizationis S. Laurentij Iuſtiniani, in qua Sedes Apoſtolica depoſitioni trium mulierum, & duorum Virorum innixum Miraculum inſtantaneæ Sanationis cuiuſdam Nobilis Matronæ admiſit.

100 Nec ad infringendam vim probationis ex dictis Teſtibus reſultantis vrget oppoſita illorum contrarietas, eo quod Mater Sanati aſſerat, pro curando Infantulo adhibuiſſe varia medicamenta, alter verò neget huiuſmodi medicamentorum applicationem; ſedulo enim ponderatis vtriuſque Teſtis depoſitionibus nulla inde reuera promanare poteſt contradictio; verba ſiquidem Matris hæc ſunt, *vt in Summar. Informationis num. 6. §. 3.* ibi = *Ego quidem varia adhibui remedia, & vndique conſilia exquiſiui, cum verò ea nil profuiſſent, ego votum feci* = e contra verò alterius Teſtis verba *ibidem* §. 15. integrè relata ſic ſe habent = *Et licet Matri bona quædam remedia propoſuerim, veluti aquam de celidonia maiori, & verbena &c. attamen conſiderando Mater, quod eiuſmodi ocelli pupilla rupturam, ſeu foramem habere videretur, ſimilibus vti noluit* = porrò in his nulla occurrit repugnantia cum verbis Matris; hæc enim in propria depoſitione dixit, variis ſe vſam fuiſſe remediis generaliter loquendo, nulla facta peculiari ſpecificatione vnius, vel alterius remedij, alter vero Teſtis in vniuerſum non aſſerit à Matre rejecta fuiſſe medicamenta, ſed quædam tantùm, ea nimirum, quæ ab ipſomet Teſte proponebantur, aqua nimirum de Celidonia maiori, & verbena; vnde nemo diffitebitur, peculiarem huiuſmodi medicamentorum ſpecificationem excluſivè non ſtare quoad alia medica-

dicamenta, de quibus Mater intellexit; proindeque nullam inter vtrumque Teſtem contrarietatem deprehendi, cum optimè inter ſe concilietur, quod vnus dixerit adhibuiſse medicamenta, alius verò, quod quædam non fuerint adhibita, illorum enim vſus verificatur in aliquibus tantùm, & non in omnibus; ſemper enim, quantum fieri poteſt, Dicta Teſtium ſunt interpretanda, & ad concordiam reducenda *Cap. cum tu, ibiq. Gloſſ. in verbo benigne de Teſtibus, Farinacc. de Teſtibus quæſt. 65. num. 37.*

101 Præſertim quia ex depoſitione Secundi Teſtis perſpicuum redditur, quænam fuerit ratio, propter quam Mater noluerit admittere medicamenta ſibi propoſita; ibi enim dicitur = *attamen conſiderando Mater, quod eiuſmodi ocelli pupilla rupturam, ſeù foramen habere videretur, ſimilibus vti noluit* = *Summario Informationis n. 6. §. 15.* Si ergo Mater medicamenta quædam excluſit, eo quia probat Matrem filij Sanitatem ex corde optantem decebat, illa perniciosa, vel ſaltem inutilia fore in caſu ponderauit; idque ob determinatam cauſam fuit, ob rupturam nimirum, & foramen oculo inhærens, vberrimè datur intelligi, quod excluſio medicamentorum non fuit vniuerſalis, ſed tantum reſtricta ad certam ſpeciem medicamentorum, quæ organo vitiato maiorem perniciem eſſent allatura; ſicque ſemper firma, & immota ſtat veritas, quod Mater non excluſerit omnium medicamentorum vſum, ſed aliquorum tantùm, quo pacto facilius ad concordiam reducuntur Teſtium depoſitiones.

102 Poſita ſubſiſtentia probationis ex Dicto huiuſmodi Teſtium conſurgente, viribus nullatenùs carere videtur depoſitio Hieremiæ Berger Medici, dum nil dicit de inuocatione & voto emiſſo à Matre Sanati, ac de qualitate morbi, minuſque de circumſtantijs Sanationis, propriumque inſuper ſenſum paucis verbis aperit, nulla reddita ratione, & cauſa ſcientiæ; nam ſicut exploratum eſt, pro diſcuſſione Miraculi abſolutè non requiri Medici, qui curam egit, examen; cum pro ſtatuenda illius veritate ſufficiat expoſitio ſtatus, & circumſtantiarum morbi, quæ fiat à Teſtibus, vt deinceps alij Medici tamquam Periti adſciti proferant iudicium ſecundum propriæ artis præcepta, prout tradit Matthęucc. *in Theolog. pract. Canonizationis tit. 2. cap. 5. §. 3. num. 59.* = *Nec officit, ſi non potuerit examinari Medicus, qui ægrum curauit, vel non habeatur eius Atteſtatio de qualitate morbi in actis recognita, & compulſata, nàm videtur Iudicium ſufficiens Peritorum, qui pro veritate ſcribunt. Peritis in arte debet fides adhiberi, vt notant Bart. &c. maximè quando alij Teſtes de viſu concludenter deponunt de infirmitate, ex quorum depoſitionibus poſſunt informari* = Sic nil refert, ſi Medici depoſitio pati videatur aliquem defectum in expoſitione morbi per eum facta; cum paria ſint in Iure aliquid non eſſe, vel non fieri, ac minus legitimè, ſiuè imperfectè fieri. *Gonzal. ad Regul. 8. Cancellariæ Gloſs. 55. n. 22.*

103 Verum prædicta difficultas alia ratione penitùs remouetur, obſeruando, quod dictus Hieremias Berger Medicus ſic loquitur in eius depoſitione *in Summario Informationis num. 6. §. 1.* ibi = *Ad prædictum Infantulum &c. accerſitus ocellum eius penitus deſfluere, atque de eo iam iam actum eſſe ratus, medicamenta fruſtra adhibenda eſſe duxi, adeoque Infantis affectum veluti incurabilem, non*

tetigi.

*teñgi. Cur proindè ſubſequutum Sanitatis effectum Miraculo non ad-
ſcribamus , non video* = Ex his verò duo deducuntur , primum ,
quod dictus Hieremias curæ Infantuli non aſtitit , adeout eſſe non
potuerit de omnibus morbi periodis informatus, ſed tantùm in il-
lius principio accerſitus Infantuli morbum obſeruauit. Secundum,
quod in actu obſeruandi morbum Medicus illius ſtatum , & quali-
tatem optimè agnouit , & quamuis hæc omnia paucis expreſſerit,
nihilominùs illius ſpecificatio ſubſtantialitèr continuit , quicquid
ob oculos ponere poterat morbi prauitatem ; ait enim , ſe inue-
niſſe, quod oculus diffluerèt , denotando nempè, quod in eo
adeſſet vitium organi , præterea facta obſeruatione ſe iudicaſſe ,
quod morbus eſſet incurabilis , ac in eo ſtatu , quod medicamen-
ta forent inutilia. Quotiès Medici ergo depoſitio ita ſe habuit ,
nemo ambigere poteſt illam ſatis fuiſſe , nec aliquid amplius in
ea requiri ; ſi quidem cum onus curationis Medicus non geſſerit,
morbi ſeriem enarrare non poterat , & quatenus poſtea illius ſta-
tum exprimere habuit , totum connotauit dicendo , quod oculus
efflueret , quodque rurſus morbus eſſet incurabilis , atque ita
ipſe totum explicuit quod ad morbi ſtatum pertinere poterat .

104 Progrediendo hinc ad oppoſitiones , quæ aduerſus Signi , ſeù Mi-
raculi releuantiam proponuntur , nil immorandum nobis erit in
diſſolutione prioris oppoſitionis in eo conſiſtentis , quod infirmi-
tas , à qua Infantulus vexabatur , eſſet humoralis , quæ natura-
litèr diſſipari poterat , ac in totum euaneſcere , quia ex deductis
in Informatione *pag.21. §. Primum Extremum* , conſtat , morbum
conſtitiſſe in fluxu oculi , ruptura , ſiue foramine , ac in obductio-
ne facta per pelliculam , qui ſanè defectus principium trahere po-
terant ab humoribus , eorum tamen conſiſtentia tota verſabatur
in vitio partis organico , quod vel incurabile erat , vel difficilli-
mæ ſanationis : quoniam verò hac in inſpectione partes præcipuæ
ſunt Peritorum in Cauſa electorum, ſatis erit prædicta innuiſſe, nos
in reliquis referendo ad ea , quæ per Viros eximios hanc in rem
adducentur .

105 Nec ſubſiſtit , quod Sanatio non fuerit inſtantanea , cum Infantu-
lus, adimpleto per Matrem voto , melius ſe habere cœperit , vt de-
ducere contendit Reuerendiſſimus Promotor ex verbis Matris
eiuſdem Infantuli, & LXXII. Teſtis Proceſſus Curienſis per eum
allegatis in Animaduerſionibus §. *In puncto &c.* ; etenim cum Ma-
ter inſtantaneam Sanationem referens ita locuta fuerit , *vt in Sum-
mario Informationis num.6. §.6.* ibi = *Quo facto* (ideſt impleto
voto) *ſtatim Infans cępit conualeſcere , & viſum recipere in præ-
dicto ocello , & taliter omninò conualuit , vt nunc ipſi in eodem nihil
omninò deſit ; ſicuti ad oculum euidenter patet* = indè fit euidens ,
quod integro depoſitionis contextu perpenſo nemo inficiari
poſſit , quod plena inſtantaneitas interuenerit ; prior enim pars
eiuſmodi Verborum , in qua vis difficultatis reponitur , quæue
aſſertam inchoationem Sanationis continet = *quo facto ſtatim In-
fans cępit conualeſcere , & viſum recipere in prædicto* Ocello = con-
iungenda eſt cum alia parte = *& talitèr omnino conualuit , vt
nunc ipſi in eodem nihil omnino deſit* = hęc enim vtpotè immedia-
tè ſequens capienda eſt per modum vnius cum antecedenti vi-
gore.

gore particulę. Et, quæ partes inuicem copulat, necnon eumdem, & vniformem ſenſum inter copulata inducit; *Leg. Si mihi & Titio ff. de Verb. oblig. L. Vos §. Cum in Tabulis ff. de duobus Reis*; qua coniunctione poſita nemo diffitebitur ex Matris depoſitione ſanationis inſtantaneitatem plenè colligi, cum in ſecunda parte exprimatur = *& taliter omninò conualuit &c.* hæc enim ex propria indole perfectionem important.

106 Quod ipſum eo fortius procedit, dum indiuidualia concurrunt Exempla, in quibus Apoſtolica Sedes inſtantaneas Sanationes pro Miraculis approbando, verba illa adhibuit = *cępit conualeſcere*, *melius haberi* = & ſimilia. Sic ſa: mem: Ioannes XXII. in Litteris Decretalibus Canonizationis S. Thomæ de Aquino, quæ ſunt Bulla II. eius Pontificis, §. 13. inter Miracula recenſuit ſanationem repentinam cuiuſdam Notarij ab infirmitate Squinantię, illam per hæc enarrans, ibi = *Cępit ex tunc linguam ducere, meliorari, & conualere, ac breui temporis interuallo curatus perfectè fuit* = ac §. 16. ſimile Miraculum admiſit in perſona Puellæ, ibi = *ſtatim melioratam ſe ſenſit, panem comedit, perfecteque ſanata redijt* = Ita etiam legitur in Diplomate III. Vrbani VIII. Canonizationis S. Ignatij §. 36., ibi = *ſtatim melius ſe habuit, depulſuſque eſt morbus obſtructionis, & hydropiſis* = & §. 38. de alio Miraculo ſic habetur, ibi = *Melius ſe habere cępit, ac toto illo die, ac nocte inſequenti inchoata valetudo ita eſt ducta, vt iam illa ceſſante mane ſana omninò ad Eccleſiam expeditiſſimè occurrerit*. Nec abſimilis fuit modus procedendi in Cauſa S. Andreæ Corſini per Auditores Rotæ admiſſus; in Relatione ſiquidem exponentes Miraculum inſtantaneæ liberationis cuiuſdam Mulieris à lepra, qua in manibus laborabat, apud Lezanam *Conſult. 1. tom. 4. num. 269.*, ita inquiunt = *ſtatim cępit conualeſcere, & intra octo dies fuit penitus mundata*, *& nunquam amplius malum huiuſmodi ſenſit &c. & licet intercęſſerint octo dies &c. viſum fuit non ceſſare vim Miraculi* = Porrò ſi exempla hæc Miracula inſtantanea concludunt, & nihilominus inſtantaneitas per verba ſanationis inchoationem, non autem totalem perfectionem in inſtanti præſeferentia explicatur, quanto magis qualitas huiuſmodi recognoſcenda erit in Teſtis præcitati Dicto, vbi cum ſimilis naturæ verbis coniunguntur alia ſimultaneam perfectam ſanationem indicantia?

107 Hinc etiam tollitur alia conſimilis difficultas verbis LXXII. Teſtis Proceſſus Curienſis impicta; hic enim referens voti emiſſi per Matrem adimplementum, inquit = *Poſt hæc, & peracta dictæ filiæ meę Oratione, ac Beati Patris Fidelis inuocatione, Puer cum magna omnium admiratione taliter melius habere cępit, vt hodierna quoque die nec vllus quidem in eius viſu defectus apparet, ſed benè, & perfectè videat, totuſqe ſanus exiſtat* = Hæc autem verba quid aliud cuincunt, niſi perfectam Infantuli ſanationem ſtatim oratione, & inuocatione completis reuera ſecutam? Quando enim = *melius habere cępit* = ea ſanatio intelligitur, quæ perfecta fuit, eo modo nimirum, quo eadem verba in mox memoratis Pontificijs Diplomatibus ad inſtantaneitatem exprimendam vſurpantur; præcipuè cum poſt illa verba = *taliter melius habere cępit* = Teſtis vltra progrediens, dicat = *Vt hodierna quoque die nec vllus quidem in eius viſu defectus apparet, ſed benè, & perfectè videat, totuſque ſanus*

G exiſtat

exiſtat; quibus dignoſcitur, Sanationis tempus cum ſubſecuto parificari, aduerbio *quoque* adhibito, quod ſonat in æquiparationem; vndè ſicut expleta Sanatione perſeuerantia eiuſdem Sanationis fuit perfecta, dum dicitur = *Nec vllus quidem in eius viſu defectus apparet, ſed benè, & perfectè videat totuſque ſanus exiſtat* = Ita per conſequens dicendum eſt, ipſam Sanationem in eius initio fuiſſe perfectam, idque per Teſtem intelligi, quoties ait = *Melius habere cæpit* = huiuſmodi ſiquidem indolis eſt parificatio, quæ vtrumque Extremum intèr ſe coniungens, illa eiuſdem qualitatis facit.

108 Quin immò in hoc Signo, ſiuè Miraculo Summa Dei Omnipotentia magis illuſtratur; præter enim certam Sanationis inſtantaneitatem obſeruandum ſe offert, quod morbus, quo laborabat infantulus, omninò erat incurabilis, dum res quidem erat de fluxu oculi, & ruptura, ſiuè foramine in eo exiſtente, ac denique de obductione, quæ per pelliculæ generationem facta erat; hoc ſiquidem caſu ad finem probandi Miraculi veritatem neceſſaria non fuiſſet ſanationis inſtantaneitas, cum de organi, ſiue partis vitio ageretur, prout optimè docet Card. de Lauræa de Miraculis *Diſp*, 20. *art*. 20. *num*: 874. ibi *Si morbus, vel res alia facienda per miraculum ſit impoſſibilis naturæ; parum refert, ſi mora aliqua intercedat inter inuocationem Sancti, aut applicationem Reliquiæ, & Sanationem reſuſcitationem aliumque euentum petitum &c. ſi enim aliquis ſit aridus, cæcus natus, vel ex morbo totaliter ex organi corruptione cæcus; vel alio ſimili inueterato morbo laboret, non officit miraculo, ſi in tempore, ſeu paulatim, ac ſucceſſiuè obtineatur euentus* = ac propterea ſinè dubio nullius momenti remanet præfata oppoſitio; quæ cum conſiſtat dumtaxat in modo, quo Teſtes ſecutam inſtantaneitatem explicant in circumſtantijs tamen præſentis caſu inſtantaneitas ad Miraculi eſſentiam nullo pacto requiritur; adeovt hiſce omnibus poſitis iuremeritoque concludi valeat, Infantuli ſanationem fuiſſe prodigioſam.

Quoad Sextum Signum, ſiuè Miraculum

Liberationis Catharinæ Knupfflerin à Spiritibus immundis.

109 QVamuis Miraculi huius probatio, & Releuantia vndequaque certæ ſint, nonnulla tamē R.mus *Promotor* contra illud objicit, quæ nequaquam obſtare videntur, Et quidem reſpectu probationis ei nil detrahit, quod examinati non fuerint Sacerdotes, à quibus ſe fuiſſe exorcizatam aſſerit ſupradicta Catharina: cum etenim ad probandam liberationem à ſpiritibus immundis neceſſarium ſit primo loco docere de actuali Dæmonum obſeſſione, tanquam de Extremo ad hunc finem requiſito, nullibi cautum reperitur, quod ad faciendam huiuſmodi probationem interuenire aliquis debeat

mo-

modus ſpecialis, qui in caſu huiuſmodi adhibendus ſit; compertum autem eſt de Iure, vt quod non dicit Lex, neque nos dicere debeamus *Text. in Cap. Is qui*, ibi: *Cum id non ſit expreſſum in Iure de Sententia excommunication. in 6.*, & in *L. Diſſentientis C. de Repud.* ibi: *Nulla praeceſſit Iuris conſtitutio*.

110 Quod ſanè locum habere debet in præſenti; cum enim examen Sacerdotis huiuſmodi alio fine requiri non poſſit, niſi vt ex eius relatione reſultet, an in caſu vera ſit Dæmoniaca vexatio, atque ita idem Sacerdos figuram gerat Periti, prout ad rem obſeruat *Pignatell. Canon. Conſult.* 105. *num.* 4. *tom.* 4., certum hinc eſt, probationem prædictæ Dæmoniacæ vexationis vnice non dependere à Sacerdotum, qui exorciſmis vſi ſunt, relatione, ſed à demonſtratione illarum circumſtantiarum, ſiue Signorum, quæ dictam vexationem reuera concurrere indigitent, quod ſanè præſtatur æquè à Teſtibus, ac ab ipſis Peritis; quinimmo peculiare hoc eſt eorumdem Teſtium officium, quod exponant ea, quæ Factum reſpiciant, ſiue circumſtantias, vndè certitudo haberi poſſit eiuſdem Facti; Peritorum verò munus in eo verſetur, quod poſito huiuſmodi Facto, ſiue hiſcè circumſtantijs judicium proferant, an illæ talis ſint ponderis, quod ſufficiant ad demoſtrationem rei, de qua agitur; vnde ad conſtituendam Dæmoniacæ vexationis probationem abſolute requirenda non eſt relatio Peritorum; cum ad huiuſmodi finem exuberat ipſa Teſtium Depoſitio, eo fermè pacto, quo in Miraculis Sanationum iuuant quidem Peritorum depoſitiones, quatenus adſint, at è contra ſi deficiant, nihilotamen minus eædem ſanationes probatæ habentur, dum Dicta Teſtium concurrant, ex quibus illarum Extrema cum requiſitis circumſtantijs habeantur.

111 Eoque certius admittenda hęc videntur in caſu, quia facile non erat promptos habere ipſos Sacerdotes, qui de prędicta vexatione fidem facerent; cum enim Proceſſus Apoſtolicus, in quo ſuper huiuſmodi Miraculo probationes compilatæ fuerunt, in Ciuitate Curiæ conficeretur, & vſus exorciſmorum cum Catharina, dum erat obſeſſa, interuenerit in alijs locis à dicta Ciuitate diuerſis, & diſtantibus, Mediolani videlicet, Roſchacij, & in Eremo B. Virginis, vt patet ex *Summario informationis n.* 7. §. 4. 6. *&* 10., clare hinc ſequitur, quod Sacerdotes, qui exorciſmos peregerant, cogi non poterant, ad iter longum ſuſcipiendum, neque Poſtulatores negligentię accuſari poterant, eum tali caſu Teſtes à teſtimonio ferendo excuſentur *L. Inuiti ff. de Teſtibus Pax. Iordan. Lucubrat. canonic. Tom.* 3. *lib.* 14. *tit. num.* 48. *& ſeqq.*, ac propterea defectus examinis eorundem Sacerdotum conſiderabilis non eſt.

112 Nequè turbat alia ponderatio, quod ſtandum non ſit Teſtibus ob imperitiam in hac materia, in qua vel propter ſimulandi facilitatem, vel propter ſimilitudinem Signorum, quæ communia etiam non obſeſſis dari poſſunt, Sapientes aliquando fuerunt, decepti; quoniam cum ad effectum hauriendi probationem ex Teſtibus inſpicienda ſint, quæ ipſi deponunt quoad rem, de qua agitur, & è conuerſo notæ ſint circumſtantiæ, ſiue ſigna, ex quibus Dæmoniacæ obſeſſionis veritas deprehenditur, quoties eiuſmodi circumſtantiæ, ſiue ſigna interueniant, et hæc eadem accurato examini præ-

 ſtan-

ſtantiſſimorum Conſultorum ſubijciantur, nemini dubium eſt, quod ex Teſtium depoſitione probatio in tali caſu neceſſaria deſumi poſſit, ac per conſequens omnis vmbra imperitiæ Teſtium, & conſecutiuæ deceptionis in Iudicante remoueatur. Quod ſanè ita ſe habere perſpectum eſt ex Relatione Rotali Cauſæ Canonizationis S. Pij V.; cum enim ibi pro primo Miraculo admiſſa fuerit inſtantaneaEnergumenæ liberatio per applicationem Sacræ Stolæ per Sanctum Pontificem mulieri patienti factum, prodigij relatio innititur Dicto quatuor Teſtium, qui fuerunt præſentes, nulla facta mentione, quod inter eos adeſſet aliquis Presbyter,qui cum prædicta muliere exorciſmis vſus fuerit, vt ibi videre eſt in quarta *Par. ſub Tit. Primum Miraculum* = *Factum probatur depoſitione quatuor Teſtium oculatorum, qui ex propria ſcientia rem omnem narrant*.

113 Nullius momenti quoque videtur ea difficultas, quod factum confeſſionis mulierculę quoad maleficium perpetratum pendeat à Dicto dumtaxat Catharinæ de auditu à Matre loquentis, quando Factũ huiuſmodi probari potuiſſet per exhibitionem Proceſſus Criminalis contra Mulierculam fabricari; reſpondetur enim, quod cum operatio Maleficij vnice non probetur ex Dicto Catharinæ,ſed ex depoſitione alterius Teſtis,qui eſt XC.Proc.Curienſis,de fama publica ſic referentis*Summario Informationis num.7.§. 23.* ibi = *Ex communi ſparſa fama intellexi, ipſam nimirum Enregumenam exiſtere, & hoc idcircò, quod dum in lucem à Matre parturiente ederetur, illam in abſentia Obſtetricis iuratæ mala quedam mulier exceperit, quæ illam in nomine Diaboli deuouit* = necnon etiam cum ſimul interueniant plures circumſtantiæ,ſiuè Signa quoad dictam mulierculæ confeſſionem, neceſſaria vtique non eſt plena probatio, minuſque criminalis Proceſſus exhibitio; illa quippè loco adminiculi adducitur, & probatio viceuerſa conſlatur ex omnibus circumſtantijs, ſiue ſignis, quæ hìc habentur; quo caſu certum eſt,imperfectam probationem admitti, cum ex pluribus,quæ ſingulatim ſumpta ſunt imperfecta, plena conſurgere valeat probatio,in materia præſertim difficilis probationis, qualis eſt dæmoniaca vexatio.

114 Parique fermè ratione non officit, quod probatio repugnantiæ, quam Catharina in Sacræ Euchariſtiæ ſumptione patiebatur, nec non alterius circumſtantiæ, quod ipſa detegeret, quæ contemporaneè alijs in locis fiebant,non ſufficiat, eo quia vnicus Teſtis quodlibet ex his Factis referat; nam cum hæc duo pro adminiculis inſeruiant,de probationis perfectione fruſtraneũ videtur inquirere;cęterum,quod attinet ad dictam repugnantiam in Sacræ Euchariſtiæ ſuſceptione obſeruandum occurrit, quod Catharina, quæ de illa vnicè teſtatur, ita loquitur. *Summario Informationis num.7. §. 3.* ibi = *Poſtquam verò in Scheuttz duodecim jam annorum exiſtens prima vice Venerabile Altaris Sacramentum ſuſcepi, videbatur mihi impoſſibile, vt illud deglutirem. Et hanc difficultatem ſemper poſtmodum ſenſi, itaut ſemper nauſeabunda vomitum timuerim, quem tamen, ſed ægre continui,vt nunquam ſecutus fuerit*=Et infra §.6. ibi = *Quotieſcumque vero Sacrum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſi, illud difficulter efficere, & deglutire potui,ſemperque diu poſt ſumptionem non aliter mihi erat,quam ſi Hoſtiam Sacram à me depellere, & euomere deberem* = ex quibus patet, repugnantiam illam totam ſtetiſſe in eo,

quod

quod Catharina Sanctum, & venerabilem ſuſpiciens panem facile in guttur illum mittere non poterat, ſeque ipſam ad cæleſte pabulum extromittendum procliuem, & promptam ſentiret, quo pacto cum repugnantia tota maneret in Catharina; & ſimul externa Signa deficerent, ex quibus ab alijs cognoſci poſſet, quod illa prædictam repugnantiam experiretur, inde compertum redditur, quod ex Dicto ſolius Catharinæ Factum eiuſmodi probari debeat; agitur enim de Facto, quod aliundè oſtendi non poterat, quodue propriam ipſius Catharinæ perſonam reſpiciebat, illamque non egrediebatur, ſicque indubitatum eſt, ad conſtituendam plenam probationem Dictum vnius exuberare, Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.* 18, *num.* 19. quem ſequitur Card. de Lauræa *de Miracul. diſp.* 20. *artic.* 25. §. 3. *num.* 1107.

115 Omnimoda quoque inſubſiſtentia laborat impoſita Teſtibus diſcordia, eo quod Teſtis LXXXIX. ex Proceſſu Curienſi in *Summario Informationis num.* 7. §. 18. aſſerit, ab Energumena eiectam fuiſſe clauem rubiginoſam, XC. autem §. 29., cum quo conſonat XCI, §. 40., eiectionem ligneæ fiſtulæ affirmet; pro reſponſione ſiquidem obſeruandum, quod rei ſecutæ expoſitio per Teſtes facta duplex maleficium ab obſeſſa tempore diuerſo eiectum fuiſſe demonſtrat; primum ſanè conſiſtens in lignea fiſtula primis diebus, quibus ab obſeſſa viſitatio Reliquiarum Serui Dei peragebatur; XC. enim Teſtis in *Summario Informationis num.* 7. §. 29. ait: *mox ceſſante vexamine Diabolus reddidit primum maleficium, fiſtulam ſcilicet ligneam, quæ miro modo à corpore dictæ Catharinæ in terram cecidit &c.*, & deinde narrat, ſe Veldkirchio diſceſſiſſe, cum adhuc liberata non eſſet Catharina: *Ego autem die Martis proximè ſequenti Abbatis cellam demum redij, & eamdem Catharinam Veldkirchij reliqui donec perfectè liberaretur. Ac primum poſt ab alijs mihi relatum fuit, quod die Iouis proximè ſequenti, quæ fuit dies vigeſima ſeptima Ianuarij anno* 1628., *prædicta Catharina omninò libera à Dæmonibus effecta eſſet*: & cohærenter ad hæc XCI. Teſtis dicto *Summ. nu.* 7. §. 40., & 41. ita loquitur: *Et verum eſt, quod ibidem cum eſſemus dicto die Dominico, poſtquam miſerabiliter afflicta fuiſſet, demum fiſtula quędam lignea vnius cultri longitudine miro modo ab eadem Catharina in terram cecidit; ſequenti die Martis ego cum memorato Iacobo Suter Veldkirchio deſcendentes, quia ob alia negotia diutius remanere nequiuimus, Domum verſus iter inſtituimus. Et quidem præfatam Catharinam Veldkirchij reliquimus, vt ibi ſuam deuotionem continuaret &c. breui autem poſt fama Abbatis cellæ percrebuit, dictam Catharinam die Iouis vigeſima ſeptima Menſis Ianuarij anni currentis* 1628. *per merita, & patrocinium dicti Serui Dei, ac Martyris Patris Fidelis omninò liberatam extitiſſe.*

116 Alterum verò maleficium, quod erat clauis rubiginoſa, emiſſum fuiſſe narrat LXXXIX. Teſtis *in Summar. Informationis num.* 7. §. 16. & 17. cum dæmoniaca vexatione Obſeſſa liberata fuit, ibi: *Ego ipſemet vidi præfatam Catharinam Knupfflerin in Eccleſia Patrum Capuccinorum Veldkirchij &c. cum enim perſeueraſſet in ſua deuotione, & viſitatione præfatarum Reliquiarum vſque ad prædictam diem vigeſimam ſeptimam Ianuarij, tunc plenam liberationem mirabiliter conſecuta eſt. Ego tunc præſens aderam &c. Et ecce mox*

eadem Catharina Knupfflerin deformem quamdam, & rubiginoſam clauem eijcere viſa eſt, quæ clauis in terram cecidit, & vſque nunc Veldkirchij aſſeruatur, quo facto ceſſauit omnis vexatio, & eadem Catharina ad ſe reuerſa veluti reuiuiſcere viſa eſt. Et ſic plenam, & perfectam ſanitatem, ac liberationem conſequuta eſt : Si autem duo Teſtes in hoc planè conueniunt, quod cum Obſeſſa Reliquias Serui Dei viſitatet, ligneam fiſtulam eiecerit, ac huiuſmodi eiectione ſecuta, ipſi Teſtes Veldkirchio die Martis receſſerint, dum adhùc illa non eſſet liberata; & ſi deindè Tertius Teſtis verba non faciens de initio viſitationis Reliquiarum, & agens de completa Obſeſſæ liberatione, illam die Iouis contigiſſe, ac ſimùl eiectam fuiſſe clauem refert, competentiſſimum indè redditur, duplicem actum eiectionis extitiſſe, cum vnus ab alio in diuerſitate rei, ac temporis, necnon completæ liberationis diſtinguatur; his verò ſtantibus, nulla imponi poteſt memoratis Teſtibus diſcordia, ac ſi non conſentiant in qualitate inſtrumenti maleficij eiecti; cum data prædicta diuerſitate, optimè cuiuſque Teſtis Dictum concilietur, & quæcumque contrarietas excludatur *ad Text. in cap. Cum tu de Teſtibus*, ibique Doctores communiter.

117 Et ex hac reſponſione alia etiam diluitur aſſerta contrarietas, quod nempè Teſtes non concordent inter ſe circà tempus liberationis poſt eiectionem maleficij ſecutæ; quamuis enim Teſtis LXXXIX. dicat, ſtatim eiecta claui Catharinam liberatam extitiſſe, ibi: *Quo facto, ceſſauit omnis vexatio, & eadem Catharina ad ſe reuerſa, veluti reuiuiſcere viſa eſt*: id nil repugnat cum ijs, quæ habent alij Teſtes XC. nimirùm §.29., & XCI. §.40. aientes, quod poſt eiectionem maleficij Catharina plenè liberata non remanſerit; ille ſiquidèm Teſtis de completa liberatione, ac eiectione clauis loquens, in qua ſecundum maleficium conſiſtebat, intelligitur, aliorum verò Teſtium Dictum eiectioni ligneæ fiſtulæ, ſiuè primi maleficij applicatur; quo pacto cum diuerſitas actuum, & temporis interuenerit, nulla inter ipſos Teſtes reuerà notari poteſt contradictio.

118 Concludens hinc Reuerendiſſimus Promotor ſuas Oppoſitiones quoad aſſertum defectum probationis, tria ponderat, quibus ipſe veritatem eiectionis maleficij vlterius eneruare conatur. Et quidèm primum, quod cum Catharina ſollicita fuerit in eius examine aperire omnes circumſtantias, de illa tamen eiectionis verbum nullum fecerit. Secundum, quod prædicti Teſtes deponant de præfata eiectione, verumtamen non exprimant partem corporis, vndè maleficium eiectum fuerit, quæ ſanè expreſſio neceſſaria videatur ad remouendam quamcumque ſimulationis vmbram, & conciliandam fidem veritati eiectionis ex ore. Tertium denique illud eſt, quod ſi reuerà eiectio maleficij contigiſſet, idem Maleficium exhibitum fuiſſet coram Iudicibus, cum Teſtes illud Veldkirchij aſſeruari affirment.

119 Cohærenter igitur ad has ponderationes reſpondendo, quod attinet ad ſilentium ab Obſeſſa circa eiectionem maleficij ſeruatum, nullo pacto illud officit, quià Puella eiuſdem eiectionis oblita dici debet, vel ex verecundiæ motiuo ob modum in eiectione admiſſum conſultò ab illa referendà ſe abſtinuiſſe; ac proptereà cum aliundè

pro-

probetur eiectio duplicis maleficij, quæſtio non videtur intentanda ſuper ſufficientia probationis huiuſmodi eiectionis ex capite omiſſæ mentionis ab Obſeſſa, cum ſemper verum ſit, quod aliunde ſuppetat in hypotheſi hac de re plena probatio; data verò probatione ex vna parte, taciturnitas alterius Teſtis veritati præiudicium parere non poteſt, dum loquendo à fortiori probatio negatiua deſtruere nequit affirmatiuam; magis enim creditur duobus Teſtibus rem affirmantibus, quàm mille eamdem negantibus Gloſs. *in l. diem proferre §. Si plures verbo conſenſerunt verſ. an idem in Teſtibus ff. de recept. arbitr. Farinacc. de Teſt. quæſt.65. num.*200. *& ſeqq.*, & exploratum id eſt, quod argumentum negatiuum nil probet, ad tradita per Pacian. *de Probat. lib.*1. *cap.*35. *num.*51. *& ſeqq.*

120 Quod ſanè in Cauſis Canonizationum locum etiam habere firmat Caſtellin. *de exigentia Miracul. in Cauſis Martyrum punct. ſecundo Concluſ.*5. *num.*35.; inquirens enim ibi, an credibile ſit, quod Sanctus Petrus Martyr gladio nefarij hominis occumbens proprio ſanguine prima duo verba Symboli Apoſtolici humi notauerit, ac difficultàtem ſibi obijciens, quod in vita Sancti Martyris à Sancto Antonino, alijſque grauibus Auctoribus conſcripta de huiuſmodi Facto mentio non adſit, reſpondet, eiuſmodi ſilentium fidei aliorum Scriptorum illud referentium non derogare, ſic inquiens = *Cui obiectioni facillimè occurritur, primo dicendo hoc argumento negatiuo nihil concludi. Secundo, regulariter, & ordinariè eſſe vſitatum apud Scriptores etiam Eccleſiaſticos, vt vnus, vel alter non exprimat omnia, & ſingula geſta alicuius Viri Dei, ſed quod vnus omittit, alter verò refert, quod obſeruarunt etiam Euangeliſtæ ſcribentes geſta Saluatoris Noſtri, nam quod vnus omiſit, alius explicauit* = Quod etiam concinno comprobatur exemplo ab Hiſtoria inſtitutionis Sanctiſſimi Sacramenti, quæ apud Sacros Euangeliſtas legitur, petito. Sanctus Matthæus *cap.*26. *verſ.*27. *& ſeqq.* Sanctus Marcus *cap.*14. *verſ.*23. & Sanctus Lucas *cap.*22. *verſ.*19. vltimam Cænam referunt, & in ea ſupradictam inſtitutionem enarrant. E'conuersò S. Ioannes *in Euangel. cap.*13. agens de prædicta Cæna, eiuſdem inſtitutionis nullam mentionem facit. Hæc verò taciturnitas, quæ in re tàm graui maximè conſiderabilis eſt, apud Heterodoxos, qui nodum etiam in ſcirpo quærunt, ne minimam quidem anſam præbuit impugnandi veritatem inſtitutionis Sacroſanctæ Euchariſtiæ; ſignum verò hoc eſt, quod argumentum negatiuum nullam vim faciat. Qua ratione procedendo etiam in caſu, quo aliqui Teſtes rem affirment, & aliquis de ea ſileat, cum Scriptoribus in hac parte ipſi Teſtes æquiparentur, nemo non videt ad infringendam probationem nil officere ſilentium vnius Teſtis.

121 Facillimo hinc negotio diſſoluuntur aliæ duæ præmiſſæ ponderationes; quod enim à Teſtibus non fiat expreſſio partis corporis, quæ in terram clauis cecidit, tribuendum videtur debitæ cautioni, qua ipſi modeſtiæ leges ſeruando rem enarrant. Quod ſatis ſuperque intelligitur, dum ambo Teſtes aiunt, clauem *miro modo* in terram decidiſſe, vt videre eſt *in Summario Informationis n.*7. §.29. *&* §.40. & innuit Pignattell. *conſult.*108. *num.*5. *tom.*4.; referens quippè ſigna maleficij, quæ ſint certa, & primum eſſe determinans eiectio-

ncm alicuius materiæ nil commune habentis cum corpore humano illam ait fieri per aluum, vel per vomitum. Ecce ergo, quod alter modus exprimendi eiectionem, cautionem quamdam in eam referente expoſtulare videtur.

122 Quod denique in dubium reuocari poſſit maleficij eiectio, eo quia illud coram Iudicibus exhibitum non fuerit, promptam eam habet reſponſionem, quod eiectionis vtriuſque maleficij veritas in caſu plenè remaneat probata, cum de primi maleficij eiectione duo Teſtes deponant, quibus in qualibet materia plenè defertur, vndè neceſſaria non fuit illius exhibitio. Quo vero ad alterũ maleficium, ſiuè Clauim, de illius eiectione loquitur vnus Teſtis de viſu, illam ſubdens aſſeruatam fuiſſe, ac in ſequelam iſtius conſeruationis occaſione Proceſſus Apoſtolici ſuper non Cultu anno 1686. conſtructi die 6. Iulij in actu Viſitationis fuit recognita eadem Clauis adhuc exiſtens in Ciſta, quæ retinebatur in Oratorio Eccleſiæ, vbi tunc temporis reconditum erat Cranium Serui Dei, facta deſcriptione per hæc verba in dicto Proceſſu, *præſenti Summario Additionali num.15. litt. A.*, ibi = *Clauis denique ferrea ab Energumena eiecta tunc, quando in Sacello Beatæ Virginis, vbi Cranium dicti Venerabilis Serui Dei aſſeruatur, ſana euaſit &c.* = quo fit, vt amplius deſiderari nequeat prædicta exhibitio.

123 Sublatis Oppoſitionibus, quæ Signi, ſeù Miraculi probationem reſpiciunt, ſubſiſtere multò minùs videtur Obiectio contra releuantiam promota eo ſub prætextu, quod Puellæ liberatio in inſtanti ſecuta non fuerit, prout in caſu liberationis ad inuocationem alicuius Serui Dei, vel per contactum Reliquiarum à Reuerendiſſimo Promotore ex Auctoritate P. Matthęuccij per eum citata requiri aſſeritur; plana ſiquidem eſt reſponſio, quod licet in præſenti caſu inuocatio per aliquod tempus, quinque nimirum, vel ſex dierum durauerit, prout habetur ex *Summ. Informationis num.7.§.13. 25. 28. 37., & 39.*; indè tamen inſtantaneitas non defecit; quoties enim eo tempore medium aliquod ad inducendam liberationem inſtitutum, cui in huiuſmodi caſu Exorciſmi æquiualent, adhibitum non fuit, certum ſemper eſt, interueniſſe inſtantaneitatem. Perſpicuum profectò id redditur ex Doctrina Card. de Laurea *de Mirac. diſput.20. artic.20.num.864.*, vbi oſtendens, quibus in circumſtantijs non adſit inſtantaneitas, inquit = *Aduerte tertio, quod dupliciter accidere poteſt, vt Miraculum non ſequatur ſtatim, ſeù illicò ad inuocationem, primò quià facta inuocatione, ſeù applicatione non ſequitur, ſed fit aliquod remedium, vel accidit criſis, vel morbi periodus aduenit, & tunc nullatenus euentus ille cenſendus eſt miraculoſus, ſed naturalis, vel ſaltem dubius. Secundò accidere poteſt, vt poſt inuocationem in illa die, vel hebdomada, vel menſe obtineatur euentus, at medio illo tempore neque fuit applicatum remedium, neque conſtat de periodo, & tunc euentus ille erit miraculoſus, neque efficit, quod in prima inuocatione, ſed in poſtrema accidit euentus; quià, vt dicemus, id ex duplici capite potuit prouenire, vel ex defectu fidei, ſeù fiduciæ in patiente, aut inuocante, vel ex Dei prouidentia exigente maiorem diſpoſitionem in patiente, vel probante illius patientiam* = Idque etiam comprobatur ex Relatione Cauſæ S. Franciſci Xauerij, vbi ſub *Tit. de Mirac.5.* Sanitas admittitur prò mi-

ra-

raculoſa, quamuis poſt preces diebus aliquot adhibitas perfecta Sanitas ſuperuenerit, ibi = *Mater* (ideſt pueri loripedis) *Sepulcrum illius per nouem dies viſitaturam ſe promittens, cumque votum cæpiſſet adimplere, tertia iam die ſuis ſtare pedibus, & ambulare cępit, itaut inde melius ſe habens intra nouem illos dies crura carne repleta ſint &c.* = Vndè exploratum ſit, quod tametsì continuauerit plures dies inuocatio, certa nihilominus maneat liberationis inſtantaneitas, cùm in ea nullus admiſſus fuerit exorciſmus, totaque viceuerſa fiducia per Obſeſſam in interceſſione Serui Dei repoſita; & ſi Oratio, & reſpectiuè gratia dilata eſt, alteri cauſæ tribuenda non videtur, quàm Diuinæ Diſpoſitioni fiduciæ, & Deuotionis augmentum hoc medio ſuauiſſimè procuranti.

124 Potiſſimè aduertendo, quod in terminis Sanationis, quæ per Miraculum tertij generis contingat, mathematica inſtantaneitas non requiratur, ſed quæ ſit moralis, quæue circumſtantijs caſus à Iudice penſandis adaptetur, vt egregiè docet Card. de Lauręa *de Miracul. diſpt.*20. *art.*20. *num.* 866., vbi hęc ait = *Aduerte quinto cùm Troilo Maluetio in Tract. de Canonizat. Sanctorum, quod voces iſtæ, ſtatim, mox, incontinenti iuxtà materiarum diuerſitatem à Canoniſtis diuerſam durationem, ſeù temporis moram ſignificant, & non ſemper inſtantaneitatem, ſeu immediatum mathematicum aliquod factum, ſed interdum ſignificant factum aliquod poſt triduum &c. ita in caſu Sanationis Iudex arbitrari debeat qualitatem febris, an ſit maligna, vel parua, vel forte quartana, quæ cùm difficultate ſolet retrocedere. Itèm an febricitans ſit valdè grauatus, adeò quod Medici deſperent de eius ſalute, & ſic de ſingulis, ex quibus Iudex poterit arbitrari, infirmum potius virtute Diuina, & ſic ſupernaturaliter, quàm naturaliter, & virtute Medicorum ſanatum eſſe* = Et id ipsũ nuperrimè in Praxi admiſit SANCTITAS VESTRA in Cauſa iam abſoluta S. Turibij Archiepiſcopi Limani; prò illius enim Canonizatione ſeptimum approbauit Miraculum Sanationis tamquam inſtantaneè ſecutæ in perſona Ioannis Salzedo, qui cum inueterata extremorum contractione, ſiuè paralyſi multo ante laborans, tribus diuerſis diebus reptando ad Altare Beati ſe contuliſſet, liberationem à graui huiuſmodi ægritudine in vnoquoque ex his diebus gradatim reportauit. Porrò ſi in Sanationibus tertij generis actus continuati operatio inſtantaneitatem excludere non potuit, quid dicendum de caſu præſenti, in quo res eſt de liberatione Energumenæ, quæ in eiectione ſecundi maleficij in momento plenè contigit, prout oſtenſum fuit in Informatione *pag.*28. §. *Perſeuerans*, quando obſeſſorum liberatio Miraculis ſecundi generis accenſetur, prout tradit Card. de Lauręa *de Miracul. diſput.* 20. *art.*7. *num.*131., *& ſeqq.*, & in illis neceſſaria non eſt operatio in Inſtanti, vt *dicto Artic.* proſequitur idem Auctor. *num.*167.?

Quoad Septimum Signum, ſiue Miraculum

Repentinæ Sanationis Gaſparis Stigher ab acerbiſsimo, & diuturno Dorſi dolore cum motus Læſione.

125 POnderationes, quæ aduerſus hoc Signum, ſiue Miraculum adducuntur, nullatenùs aptæ videntur illius approbationem retardare. Prima quippè, quod non probetur Morbus, & eius qualitas, ex quo deficiat Medici, ſeù Chirurgi atteſtatio, ea reſponſione diluitur, quod non conſtat, fuiſſe ab ægro in propria curatione adhibitum Medicum, ſiuè Chirurgum; Teſtes enim in *Summario Informationis Num.* 8., dicunt, ipſum applicuiſſe tantum quædam medicamenta naturalia, nulla facta mentione aſſiſtentiæ, quam Medicus, ſiuè Chirurgus præſtiterit. Sic ipſe Sanatus *ibidem* §. 1. *Ne trouaua rimedj vmani per leuarſeli, ò almeno ſminuirſeli i dolori, auendone applicato qualcheduno de' rimedj naturali* = & §.5. inquit = *Auerne da principio applicato alcuni remedj fiſici, ò naturali, che faceua benedire da Padri Capuccini di Veldkirchi* = Vxor ipſius Sanati *ibidem* §. 10., ibi = *Auerne anche adoprato lo ſpirito, & oglio di Ginepro, e qualche altro rimedio fiſico, e naturale* = & frater eiuſdem, *ibidem* §.15. = *d'auerne anche adoperato qualche rimedio fiſico, e naturale* = Vndè cum ægri curatio abſque cura Medici, vel Chirurgi expleta fuerit, minimè requiri poteſt alterutrius atteſtatio, quæ ſine illorum præcedenti opera poſſibilis non eſt.

126 Præter hanc reſponſionem alia etiam occurrit, quod in hypotheſi præſenti ex Dicto mox relatorum Teſtium vberrimè deſumitur Morbi, ac eius qualitatis expoſitio; vno ſiquidem ore concludunt ſpeciem Morbi, grauitatem, eiuſque ſymptomata, effectus, & durationem, prout luculenter enarratum fuit in Informatione huius Signi, ſiuè Miraculi, vbi agitur de illius probatione, *pag.* 31; tantique ponderis ſunt huiuſmodi Teſtium Depoſitiones, vt Periti illis Innixi pronunciare poſſint ſuper Miraculi veritate; ac propterea optimè ſubintrat Regula, quod in caſibus, in quibus adſint Atteſtationes Profeſſorum, eæ quidem Cauſæ determinationem poſſint iuuare; ſi autem illæ deficiant, non idcircò tamen impoſſibilis redditur aliorum Peritorum, qui à Poſtulatoribus, vel Eminentiſſimo Ponente eliguntur, relatio; cum inſpectis ipſorum Teſtium accuratis Depoſitionibus, Periti proprium iudicium proferre valeant; adeòut relatio Peritorum, qui Morbi curationi aſtiterunt, neceſſaria non ſit, prout ſuperius ad euertendam ſimilem obiectionem demonſtratum fuit in Reſponſione ad Quartum Signum, ſiuè Miraculum §.93.

127 Et hac ratione proceſſum extitit in Cauſa Canonizationis S. Staniſlai Coſtkæ; ibi enim cum ageretur de Miraculo Sanationis in-

ſtan-

ſtantaneæ P. Andreæ Fauſti Vnikouski Ordinis S. Benedicti à febri maligna, quamuis probatio morbi, & eius qualitatis vnicè dependeret à Dicto duorum Teſtium, qui morbum expoſuerant conſtitiſſe in febri maligna ſeptem hebdomadum, in impotentia mouendi manus, ac pedes, & in proximitate vltimi agonis, ſuper hac nihilominus depoſitione Periti poſtea iudicium circa Miraculum efformarunt, ac deindè ſan.mem.Clemens XI. pro verò illud approbauit, licèt à Teſtibus maiori extenſione morbus, ac eius qualitas non fuiſſent enarrata, vt optimè notum eſt.

128 Et hinc etiam nil officit, quod ſubditur in Animaduerſione, quod nimirum in caſu deferri non debeat Teſtibus examinatis ob eorum imperitiam, & qualitatem; quia reſpectu aſſertæ imperitiæ, quoties ipſi legitimè interrogati fideliter omnes morbi circumſtantias aperuerunt, vndè illius ſtatus, & qualitas erui potuerut, ac Periti propriũ iudiciũ protulerunt, certum eſt, ad talem effectum ipſos pro imperitis non eſſe habendos, cum per eorum Depoſitiones optimè negocio ſatisfecerint; imperitus enim nemo dicitur, qui ſe inſtructum exhibet de ijs, quæ ad diſcernendam veritatem in aliquo Facto conducunt.

129 Quo verò ad qualitatem eorumdem Teſtium, ſi conſideratio haberi velit de eorum vilitate, & vulgari conditione, remouetur Obiectio, eo quod ob ſolam vilem, & vulgarem conditionem Teſtes à ferendo teſtimonio non excludantur, prout originaliter tradit Ioan. Andræas *in addit. ad Speculat. lib.1, de Teſte §.1. num.96. in verbo Artifex* = vbi quod per generalem conſuetudinem hodie Teſtes non repelluntur propter aliquam Artificij vilitatem, obſcuritatem, vel ignobilitatem, & in terminis perſonæ ruſticæ firmat Lanfranc. de Oriano *in Tractat. de Teſtib. num. 85.* ibi = *Et numquid pauper poſſit eſſe Teſtis, & numquid Ruſticus poſſit? Verum eſt, quod quis neque ratione paupertatis, nèc ratione ignobilitatis repellitur à teſtimonio* = & in Cauſis Canonizationum punctualitèr tradunt Thomas de Roſa *de Execut. Litter. pro Canonizat. num.* 124. ibi = *Neque pauperes, ſeù Villani, ſeù ex infima plebe nati, ſi alioquin honeſtæ ſint perſonæ, repelli poſſunt à teſtimonio ferendo in his Cauſis; quia non ſunt cenſendi viles, qui fide, & opinione probati ſunt, prout præſumitur donèc contrarium probetur* = & Matthæucc. *in Practica Theolog. Canonica tit.5. cap. 2. num.* 17. ibi = *Ratione fortunæ non ſunt repellendi pauperes, & viles, ſeù ex infima plebe nati &c. dummodo eis Canonicum impedimentum non ſit opponendum, & careant ſuſpicione falſitatis &c. atque adeo ſint honeſtæ vitæ &c. Honeſtas autem in illis eſt ſemper præſumenda, niſi contrarium appareat.* Eoque fortius in caſu, quia meliores Teſtes haberi non poterant, dum res erat de Miraculo, quod in perſona vitam ducente in paruo Oppido Ghiſing acciderat, quo caſu alijs probationibus deficientibus, & ne facultas probandi pereat, viles etiam Teſtes ad teſtificandum admittuntur. Farinacc. *de Teſtib. quæſt.57. num.63.*

130 Quod verò tandem dicitur de P. Luciani Capuccini depoſitione, hanc nimirum attendi non debere, ex quo ſcientiæ rationem, & cauſam non reddat, nil officere videtur; præter quod enim probatio morbi, de qua hìc quæritur, tota ſubſtantiatur in Dicto aliorum trium Teſtium de facto proprio, ac de viſu reſpectiuè loquentium,

 vt

vt ex ſupranarratis conſtat, agitur de Teſte Religioſo, & Sacerdote, cuius Dictum propterea, tanquam adminiculatum, ſupplementum omiſſæ rationis, & cauſæ ſcientiæ admittit, prout tradit Bald. *in leg. Solam in Summario Cod. de Teſtibus*, ibi = *Dictum Teſtis ſine redditione cauſæ non probat, niſi alijs adminiculis approbatum* = quem ſequitur Farinacc. *de Teſtibus quæſt. 60. num. 95.* Eoque magis quia licèt in Dicto eiuſdem Patris Luciani expreſsè non colligatur ratio, & cauſa ſcientiæ, nihilominus hæc virtualiter videtur ineſſe partim de auditu ex ore ipſius Sanati quoad ſtatum morbi, & partim de viſu quoad applicationem enſis, quo occiſus fuerat Dei Seruus, illius Dorſo; ſic enim *in Summario Informationis num. 8. §. 21.* exponens aduentum Gaſparis ad Eccleſiam Capuccinorum, poſtea ſubdit = *Cum autem Ego Frater Lucianus tunc Guardianus audiuiſſem, in antiquis huius Serui Dei Proceſſibus aliquos tergoris dolore preſſos ſanatos euaſiſſe, poſtquam Gladius eiſdem fuiſſet applicatus, quo Pater Fidelis Martyr peremptus eſſe creditur, hinc idem etiam Gladius dicto Gaſparo fuit applicatus* = Si ergo ex his optimè deduci poteſt, ipſum Teſtem fuiſſe Auctorem, vt Gaſpari applicaretur prædictus enſis, ſignum id eſt euidentiſſimum, quod occaſione acceſſus facti per Gaſparem ad Eccleſiam ex eius ore morbum perceperit, qnodue applicationi præſens fuerit; aliter enim curam non impendiſſet applicationi faciendæ, minuſque illam factam fuiſſe retuliſſet.

131 Conſtito autem ex his de veritate, & qualitate Morbi, Medio Inuocationis in Dei Seruum directæ nil aduerſatur, quod P. Lucianus referens mox relatam Enſis applicationem, aſſerat, Enſem hunc eſſe illum, quo peremptus creditur Dei Seruus, non verò illius identitatem affirmet, ac propterea P. Fidelis Interceſſioni Sanationis Miraculum adſcribi non debeat. Siquidèm cum Factũ applicationis Enſis in conceptu formali aliud non contineat, quàm inuocationem P. Fidelis, dùm applicans Reliquiam alicuius Serui Dei, vel Sancti aliud agere non intelligit, quàm illius opem implorare apud Deum, vt eius merito Sanitatem, vel aliud Bonum naturæ vires tranſcendens obtineat; ac propterea dato etiam (quod tamen abſolutè non admittitur) aliquam deeſſe certitudinem quoad Reliquiæ identitatem, deficientia tamen huiuſmodi certitudinis conſiderabilis in caſu non eſt; quamuis enim in facto materiali aliquis potuerit defectus irrepere, concurrit tamen ratio formalis conſiſtens in ipſa inuocatione Serui Dei, quæ ad conſtituendum Sanationis Miraculum cenſetur ſufficiens; inuocatio enim fundatur in fide illius, qui Serui Dei patrocinium implorat; illa vero, vt ex D. Ambroſio ait Baronius ad Annum Domini 326. §. 54., agens de multiplicitate clauorum, qui adhibiti traduntur in Chriſti Redemptoris crucifixione = *purgat facinus, cum nemo Fidelium ferrum colat, ſed Chriſti potiùs Paſſionem veneretur, & adoret in ferro* = Quod ipſum luculentiùs materiam adorationis Sacrarum Reliquiarum pertractans docet Suarez. *Tom. 1. in 3. par. D. Thomæ quæſt. 25. diſput. 55. ſect. 2.*, ibi = *In rebus humanis non eſt maior certitudo requirenda, & periculum formalis erroris, vt ità dicam, nullum eſt, quum in ratione formali adorandi non poſſit eſſe error, in qua ratione, virtute continetur conditio errorem excludens; tùm etiam quia ſi interdum*

ma-

materialiter erretur, nulla erit culpa, quum bona fide, & prudenti modo procedatur.

132 Eoque faciliùs oppoſita remouetur difficultas obſeruando, quod in caſu identitas Enſis hoc modo probatur ex Dicto Teſtium; Gaſpar enim Sanatus ſic ait *in Summario Informationis num.*8. §.7. == *finalmente li toccarono la Schiena con la Spada, con la quale diceſi ſia ſtato vcciſo il Beato P. Fedele* == Eliſabetha eius Vxor *ibidem* §.13. == *Iui li fù da Padri Capuccini toccata la Schiena con la Spada del Venerabile P. Fedele* == Andræas Stigher Frater Sanati *ibidem* §.17. == *E doppo eſſerne ſtato toccato da Padri Capuccini con la Spada del P. Fedele sù la Schiena* ==; & deniquè P. Lucianus in obiectione laudatus, *ibidem* §.21. == *Cum autem Ego Frater Lucianus tunc Guardianus audiuiſſem, in antiquis huius Serui Dei Proceſſibus aliquos tergoris dolore preſſos Sanatos euaſiſſe, poſtquàm Gladius eiuſdem fuiſſet applicatus, quo Pater Fidelis Martyr peremptus eſſe creditur*= cum autem ex his duo Teſtes conueniant in canonizanda Enſis identitate, & duo ſupponant traditionem quoad illam vigere, præcipuè P. Lucianus referens, ſe alias Sanationes audiuiſſe, quæ per dictam Enſis applicationem contigerint, indè ſequitur, quod ſufficientèr ad effectum, de quo agitur, probata remaneat illius identitas, dum receptum eſt, quod Reliquiarum identitas per famam, & traditionem probetur, vtì firmat Ioannes Ferrandus *in Diſquiſitione Reliquiaria lib.*1. *cap.*12. *ſect.*1. §. *Deindè*, & *ſect.*2. §.3.

133 Ponderatio quoque illa, quod in caſu adhibita fuerint medicamenta, & Sanatio non fuerit in inſtanti ſecuta, ſed paulatim, cum P. Lucianus loqui videatur de melioratione, ibi = *ſe alleuiatum ſentiret* = veritati Miraculi præiudicare non videtur; quoad enim medicamentorum applicationem iuuat aduertere, quod ipſe Sanatus hac de re mentionem faciens in *Summario Informationis num.*8. §.1. ait = *che tempo fà lo trauagliò vn dolore eceſſiuo nella ſchiena, che li durò per cinque anni intieri, nè poteua ſapere da che li foſſe venuta infermità sì doloroſa, nè trouaua rimedj vmani per leuarſeli, ò almeno ſminuirſeli i dolori*. Conſimilitèr Vxor *ibidem* §.9. inquit = *E da che li ſia venuto tanto male, non ſaperne eſſa Teſtimonio, auerne anche adoperato lo ſpirito, & oglio di Ginepro, e qualche altro rimedio fiſico, e naturale, mà ſempre indarno, giouandoli nulla.* Et frater eiuſdem Sanati, *ibidem* §.15. = *e ſapere &c. d'auerne anco adoperato qualche rimedio fiſico, è naturale, mà ſenza giouamento alcuno* = Cum verò ex his communis Teſtium ſenſus dignoſcatur, quod nonnulla fuerint applicata medicamenta, quę tamen prorſus inutilia remanſerint, Sanatio certè Miraculo tribui debet, cum medicamentorum inutilitas prodigij poſtea ſecuti veritatem demonſtret, ad tradita per Pignattell. *Conſult.* 177. *num.*8. *tom.*10. vbi ad rem peculiares caſus allegantur Miraculorum à Sede Apoſtolica approbatorum, licèt medicamentorum vſus interuenerit, qui tamen fuerit inutilis.

134 Accedente præſertim validiſſima circumſtantia, quod nimirum huiuſmodi Sanatio in temporis momento contigit; applicato ſiquidem Enſe, de quo ſupra dictum eſt, Gaſpar ſtatim conualuit, ac ad propria remeauit breui ſemihoræ ſpatio iter conficiens, quod paulò ante nonniſi tribus horis expleuerat, prout oſtenſum fuit in

Informatione §. *Quinimò,pag.*31., & §. *Alterum,pag.*32.; quo ſanè caſu poſita inſtantaneitate,medicamentorum efficacia non conſideratur, per ea, quæ tradit Bordon. *de Miracul. Meditat.*7. *num.*27. ibi = *Remedium cenſetur excluſum, quando ex graui infirmitate ſtatim, & incontinenti tranſit ægrotans ad ſanitatem ex inuocatione Dei, & eius Sanctorum, quia per inſtantaneàm ſanationem excluditur operatio Medicinæ*, & optimè explicat Card. de Laurea *de Miracul. diſp.*20. *art.*21. *num.*910. ibi = *Circa Miracula tertij generis adhuc datur iudicium euidens tollens ſuſpicionem de virtute naturalis rei; eſt autem totalis, ac ſubita virium recuperatio, quam nulla herba, nullus lapis, nullum mixtum inducere poteſt, & ideo cum hæc interueniat, clamandum eſt, Digitus Dei eſt hic*.

135 Quod ſine dubio admittendum videtur; cum Sanatio in morbo contigerit, qui pertinax omninò erat, ac deploratus; quinquennio enim æger acerbiſſimum dolorem tulerat, & multum temporis, ac ſignantèr integrum ferè biennium in lecto inſumſerat, adeout reptans ſolum ſe moueret, prout ipſe Gaſpar Sanatus teſtatur in *Summario Informationis num.*8. §.1. = *tempo fà lo trauagliò vn dolore eceſſiuo nella ſchiena, che li durò per cinque anni intieri* = & §.2. = *li primi due anni queſta ſua infermità non l'obligò à ſtare à letto, mà negli anni ſuſſeguenti li conuenne per lo più ſtarſene à letto, ſtraſcinandoſi alle volte qualche puoco per la Caſa con gran ſtento, e l'vltime cinque ſettimane reſtò del tutto inchiodato nel letto dalla ſua infermità* = Et Vxor ſanati *ibidem* §.9. = *Vn tempo fa ſtette ammalato per cinque anni per dolori grandi, che patiua nella ſchiena, onde quaſi ſempre reſtò impedito à fare i ſuoi lauori da Contadino, & altre opere di Caſa, obligandolo i ſuoi dolori à ſtarſene à letto* = & §.11. *potè benſì alle volte ſortire di Caſa ſtraſcinandoſi con grande ſtento à paſſo à paſſo* = & Frater ſanati *ibidem* §.14. = *ſapere, che queſto ſuo fratello ſia ſtato trauagliato più di tre anni da dolori eceſſiui nella ſchiena, di modo che non ſolo reſtò inabile alle fatiche ruſticane; mà la detta ſua infermità l'obligò quaſi ſempre ſtarſene nel letto per lungo tempo con graue danno ſuo, e di ſua Caſa; eſſere alle volte vſcito di Caſa, ma poco lontano, e con grandiſſimo ſtento* = cum ergo Sanitas hoc pacto deſperata eſſet, morbusque factus contumax, perſpicuum redditur, quod Sanitas in inſtanti recepta nullatenus ad medicamentorum vſum referibilis ſit; in morbo enim inſanabili, vel ſaltem chronico Sanitas nonniſi lentè, & paulatim, nunquam verò inſtantaneè, medicamentorum ope introduci valet; dum iuxta regulam à Bordono traditam de Miracul. *d. Medit.*7. *n.*23. = *Medicina non ſtatim ac recepta eſt, operatur ſanitatem, ſed ſucceſſiuè repellendo malos humores, & diſponendo ſubiectum ad formam Sanitatis*.

136 Nec medicamentorum inutilitatem, vt ſupra, iàm probatam elidunt, quatenus allegentur, verba ipſius Sanati in ſæpedicto *Summario Informationis num.*8. §.5., ibi = *Auerne da principio applicato alcuni remedij fiſici, ò naturali, che faceua benedire da Padri Capuccini di Veldkurch, e da eſſi auerne prouato qualche ſollieuo* = quæ aduerſari videantur dictæ medicamentorum inefficaciæ; quoniam ex tenore ipſorum verborum diſſoluitur difficultas, de principio enim ægritudinis loquitur Teſtis, dum ait = *Auerne da principio applicato al-*

alcuni Medicamenti = ac vlterius non affirmat, ea fuiſſe omninò vtilia, ſed tantummodò aliquod ſubleuamen attuliſſe, quod ſanè optimè conciliatur cum ijs, quæ idem Teſtis dicit, alijque confirmant de Medicamentorum inutilitate; hæc enim accidit in reliquo ægritudinis curſu, quodque magis eſt, apta illa non fuerunt ad remouendam ægritudinem, minuſque ad mitigandum dolorem, vt expreſsè habetur ex depoſitione ipſiuſmet Teſtis ajentis = *ne trouaua rimedi vmani per leuarſeli, ò almeno ſminuirſeli i dolori* = *dicto Summario num.*8. §.1., quod longè diuerſum eſt à ſimplici ſubleuamine, de quo loquitur ipſe Teſtis in alia parte; quibus poſitis, quæcunque contradictio ſubmouetur in Dicto Sanati, tàm reſpectu ſui ipſius, quàm aliorum Teſtium, vt ſupra, deponentium de Medicamentorum inefficacia; clariſſima enim adeſt ratio excluſiua eiuſdem contradictionis, ex circumſtantia temporis, & qualitate effectus promanans, quando ad huiuſmodi finem benigna omnis admittitur interpretatio. Felin. *in cap. translatum num.3. circa med. de conſtit.* Farinac. *de Teſt. quæſt.65. num.37. & 38. & num.43. & 45. & quæſt.66. num.317. & 369.*

137 Minus quoque ad Sanationis releuantiam infringendam iuuat alia pars præmiſſæ ponderationis, quod nimirum P. Lucianus dixerit, Gaſparem Strigher Sanatum poſt Enſis applicationem ſe alleuiatum ſenſiſſe; quia ſi ponderetur integer contextus depoſitionis eiuſdem Teſtis, ſtatim dignoſcitur expoſita perfecta ægri Sanatio; ille ſiquidem ait = *Cum autem ego Frater Lucianus tunc Guardianus audiuiſſem, in antiquis huius Serui Dei Proceſſibus aliquos tergoris dolore preſſos Sanatos euaſiſſe, poſtquam gladius eiſdem fuiſſet applicatus, quo Pater Fidelis Martyr peremptus eſſe creditur, hinc idem etiam Gladius dicto Gaſparo fuit applicatus, cuius ea fuit fides, Deique gratia, vt iſte ſeſe alleuiatum ſentiret, proùt ſua deuotione peracta, facillimè Domum redijt cum maxima conſolatione Vxoris, quæ altero die, ideſt* 20. *Iunij ad Capuccinos Veldkirchium redijt, gratias maximas referendo, eo quod Maritus poſt tot annorum infirmitatem Sanus, & incolumis Domum venerit= Summario Informationis num.*8. §.21. Porrò ex his habetur, quod Enſis applicatione ſecuta, ſtatim Gaſpar melioratum ſe eſſe expertus eſt, ac Domum redire potuit facillimè, ac ſanum ſe Vxori præſentare, quæ omnia Sanationis perfectionem oſtendunt.

138 At penitùs ceſſat obiecta difficultas, ſi P. Luciani depoſitioni addantur, quæ alij Teſtes de perfecta Sanatione in momento acquiſita proſequuntur. Sanatus quidem ſic ait in *dicto Summario num.*8. §.7. = *finalmente gli toccarono la ſchiena con la Spada, con la quale diceſi ſia ſtato vcciſo il Beato Padre Fedele, & immediatamente ceſſarono li Dolori, e doppo ſentita la Santa Meſſa ritornò ſano, e forte à caſà ſua, oue arriuò più preſto d'vna mezza hora, non contento di ciò volſe ancora quel di vſcire al ſuo Campo di Ghiſing, e fare l'opera da Contadino*=Et Vxor eiuſdem Sanati, quæ ratione cohabitationis cum Viro Teſtis de viſu fuit peſſimi ſtatus, in quo ille tempore acceſſus ad Eccleſiam Patrum Capuccinorum reperiebatur, & conſecutæ Sanationis, quam illinc redeundo ſecum tulit, rem totam enarrat *Summario Informationis num.*8. §.13. aiens = *Iui li fù da Padri Capuccini toccata la ſchiena con la Spada del Venerabile Padre Fedele, &*

imme-

immediatamente li paſſarono i Dolori, e l'Infermità, onde ritornò à Caſa ſua in pochiſſimo tempo, e così preſto, e più di qualſiſia Vomo robuſto con merauiglia di tutti, talche eſſa Teſtimonio, e gli altri in caſa attribuiſcono tal riſanamento così ſubitaneo à Dio, & all'Intereeſſione del P. Fedele = Quibus in verbis obſeruandum, quod Teſtis ſermonem concludit, ſecutam Sanationem *inſtantaneam* appellando; ſic enim demonſtrat, illam perfectè ex enſis applicatione proceſſiſſe. Et cum his mirificè conuenit Dictum Fratris ipſius Sanati, qui ab eo audiens dic obtentæ Sanationis Miraculum patratum, ſubdit *in dicto Summario Informationis dicto num. 8. §. 17.*, ibi = *e ciò auerne inteſo da ſuo fratello medeſimo, che ringraziaua di cuore Dio, & il Beato P. Fedele per la ricuperata Sanità, e dice eſſo Teſtimonio auerlo incontrato il dì medeſimo ſano, e robuſto*. Quoties verò Teſtis die patrati Miraculi ſanum vidit, ac incolumem proprium fratrem, ſignum eſt euidens, quod Sanatio fuerat inſtantanea, & tamquam talis plenè comprobata, & à Teſtibus admiſſa.

139 Reſtat denique poſtrema generalis ponderatio, quod videlicet in hypotheſi præſenti rigoroſè procedendum ſit, cum non agatur taxatiuè de Miraculis, ſed vel de Signis, vel de Miraculis, & Signum Sanctitatis non eſſe debeat conſuetum, ſed inſolitum, & ſic per conſequens miraculoſum, cum nulla inter Signum, & Miraculum differentia intercedat iuxta Auctoritatem P. Philippi Mariæ à S. Paulo in Opere de Sacris Apparitionibus *pag. 71. & ſeq.* Quoad primam igitur partem ponderationis in eo poſitæ, quod taxatiuè hic diſcutienda ſint Miracula, ſatis ſuperque ſublata ea fuit ſupra in præſenti Reſponſione §. 57. vbi oſtenſum extitit, Dubium ita conceptum = *an conſtet de Signis, ſiue Miraculis &c.* formulam alternatiuam præſeferre, adeout illi ſatisfactum cenſeatur per probationem alterius ſpeciei, ſiue Signorum, ſiue Miraculorum, vndè nos remiſſiuè illuc haberi ſatis erit.

140 Quouerò ad alteram partem eiuſdem ponderationis, quod nimirum ſignum ad probandam Sanctitatem debeat quid inſolitum continere, vltrò admittitur; controuertitur autem, quod in Animaduerſione ſubiungitur, nullum inter Signa, vel Miracula diſcrimen intercedere per ea, quæ tradit P. Philippus Maria à S. Paulo in Opere ſupracitato; quoniam difficultati huic plenè ſatisfactum fuit in eadem Reſponſione, vti videre eſt ſupra §. 58. *& ſeq.*, vbi probauimus Signa, & Miracula inter ſe differre, adeout Auctoritas prædicta obſtare non videatur; de cætero hypotheſi præſenti applicabilis ea non eſt, dum ibi agitur de Signis, et Miraculis, quæ in Cauſis Confeſſorũ exiguntur; ita quippè d. Scriptor *pag. 72.* ait = *Præcipuus tamen quæſtionis nodus eſt in ordine ad finem Beatificationis, & Canonizationis, quatenus dum in Sacris Confeſſoribus Eccleſia Catholica pro eorum ſolemni Apotheoſi vera exquirit Miracula, an ſufficiant huiuſmodi Signa, quæ eorumdem Sanctitatem, & ſupra communem viuendi formam, heroicam explicent, ſuadeantque virtutem* = Caſus autem noſter Martyris Cauſam reſpicit, quæ ab illa Confeſſorum longè diuerſa eſt quoad examen cœleſtium argumentorum, quæ Martyrium comprobent.

Epi-

Epilogus.

141 PОrrò cum omnia ſupradeducta, ſiuè Dubium Martyrij, eiuſque cauſæ, ſiuè Dubium Miraculorum, & Signorum interceſſione Serui Dei patratorum reſpiciant, omneſque difficultates à Reuerendiſſimo Promotore excitatas penitùs tollant, atque ità Vener. Dei Serũ Patrem Fidelem verum Dei Martyrem extitiſſe demonſtrent, nil aliud ſupereſt, BEATISSIME PATER, quàm vt infallibili Auctoritate hæc comprobans, optatiſſimum Reſponſum veritatis Martyrij, & Miraculorum in ſpecie exprimendorum canonizatorium edere non dedigneris; hæc autem Vota ſunt Auguſtiſſimi Cæſaris, & Eliſabethæ eius Coniugis; hæc Vota ſunt plurimorum Principum, ſiuè Eccleſiaſticorum, ſiuè Sæcularium Germaniæ, hæ vlterius preces ſunt Iudicis Remiſſorialis, qui ex S. Rituũ Congregationis peculiari Commiſſione anno 1710. ſuper nouis Miraculis Proceſſum confecit, eorumque pondus ad effectum illuſtrandi Martyrij veritatem agnouit, *præſenti Summario Additionali Num.* 12. §.2., & denique idipſum Generalis Antiſtes, totaque Capuccinorum Familia humillimè deprecatur.

Quare &c.

C. A. Guidobonus Caualchinus Sac. Conſiſtorij Aduocatus.

Ioannes Franchelluccius Patronus Cauſarum Sac. Palatij Apoſt.

REVISA

Io: Zuccherinius Subpromotor Fidei.

Digitized by Google

Conſtantien., ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis

SIVE

Declarationis Martyrij

VEN. SERVI DEI

FR. FIDELIS A' SIGMARINGA

Sacerdotis, & Religioſi Profeſsi Ordinis Capuccinorum S. Franciſci, & primi ex Miſsionarijs Sacræ Congregationis de Propaganda Fide in odium Fidei ab Hæreticis interempti.

SVMMARIVM

ADDITIONALE.

SVPER DVBIO

An conſtet de Martyrio, & Cauſa Martyrij, necnon de Signis, ſeù Miraculis in caſu &c.

Admodum Reu. in Chriſto, ac Rel. Pater. Num. 1. Epiſtolæ Patris Luciani Montifontani dantur in manibus Emi Ponentis. A

E*X vltimis ſuis gratanter intellexi, teſtimonia rectè fuiſſe acepta, & ijſdem D. Subpromotori fuiſſe ſatisfactum*: addo nunc etiam Teſtimonium Epiſcopi Conſtantienſis &c. Interim ſpero abſentiam Eminentiſſimi D. Cardinalis de Medices &c. non impedituram eſſe Cauſam vnius Martyris, quàm tres Cæſares, plures Principes, Status, ac Reſpublicæ à ſexaginta annis tàm feruenter ſollicita-

runt &c. = Omiſſis aljs, quæ ad Cauſam non pertinent &c.

Brigantij 7. Decembris 1690.

Seruus in Chriſto Obſequentiſſimus
Fr. Lucianus Capuccinus &c.

Admodum Reu. in Chriſto, ac Rel.
Pater.

Credideram antè octiduum mittere aliquam delineationem Serui Dei P. Fidelis, tamquam Protomartyris inter Miſſionarios de propaganda: ſed cum præter ſpem octiduo à Conuentu abeſſe debuerim, ideò dictam delineationem nunc mitto, cui addere, ac demere, eamque perficere M. R. P. V. placeat. *Scripſeram ad Prouinciam Helueticam, vt & illi Reu. Patres*
B *teſtentur in re nota. Sed cum intereà M. R. P. V. notificauerit, D. Subpromotorem iàm per atteſtationes huius Prouinciæ fuiſſe ſatisfactum,* ideò non ampliùs vrgeo. Vnam ab A. R. P. Exprouinciali &c. accepi, quam hic accludo. Si veniant aliæ, & ipſas ad manus ſuas clariſſimas dirigam &c. = Omiſſis alijs &c.

Vangæ 15. Decembrij 1690.

M. R. P. V.

Seruus Obſequentiſſimus
Fr. Lucianut Capuccinus &c.

Admodum Reu. in Chriſto, ac Rel.
Pater.

Noui anni auſpicia, ex intimis viſceribus apprecor &c. *Etsi*
C *M. R. P. V. in ſuis nuperis iam ſcripſerit Reuerendiſſimum Dominum Subpromotorem ſatisfactum fuiſſe per atteſtationes huius Prouinciæ, nihilominùs nunc etiam Heluesicorum Patrum tranſmitto, illa Celſiſſimi Epiſcopi Conſtantienſis iàm antè quatuordecim dies deſtinata &c. = Omiſſis alijs &c.*

Vangæ 22. Decembris 1690.

A. R. P. V.

Seruus Obſequentiſſimus
Fe. Lucianus Capuccinus &c.

Num. 2.
Atteſtatio iurata Rm̃i Epiſcopi Conſtantienſis ſuper non exiſtentia aſſerti libri P. Fidelis.

Marquardus Rudolphus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia
Epiſcopus Conſtantienſis S.R.I. Princeps &c.

Cum Nobis à parte Reu. PP. Capuccinorum Prouinciæ Anterioris Auſtriæ humillimè ſupplicatum fuerit, quatenus ſi in Archiuijs Noſtris reperirentur manuſcripta controuerſiſtica, aut etiam Libellus quidam contra Caluiniſtas quondam à Glorioſo Martyre Seruo Dei P. Fidele Sigmavingano, eiuſdem Ordinis Capuccinorum olim Concionatore, ac Miſſionario, compoſitus, & ſuppreſſo nomine in lucem editus, vt creditur, eiſdem Patribus gratioſiſſimè extraderemus, aut ſaltèm, ſi qua horum in Epiſcopali Curia noſtra notitia foret, communicaremus; eo quod huiuſmodi ſcripta, vel ſaltèm eorum cognitionem Romam tranſmittere oportet. Ideò vt iuſtę dictorum Patrum petitioni gratioſiſſimè ſatisfaceremus, omni cura, & ſtudio de prædictis indagari iuſſimus. *Verùm quia in*

Archi-

Archiuio noſtro nil ſimile reperiendum fuit, nec etiam quiſquam ex A
Conſiliarijs noſtris vllam deſuper informationem ſuggerere potuit,
proindè hoc publicum teſtimonium exarari, & PP. Capuccinis præfatis tradi mandauimus, fide Epiſcopali ſanctè dicentes, & affirmantes, aliam de huiuſmodi ſcriptis laudatiſſimi Martyris, è noſtra Diœceſi oriundi notitiam in aula noſtra non haberi. In quorum fidem has literas patentes expediri mandauimus, manu, & ſigillo noſtro Epiſcopali eaſdem denuò confirmantes. Datum Mariſpurgi in Reſidentia noſtra Epiſcopali die 29. Nouembris 1690.

Marquardus Rudolpus Epiſcopus Conſtantienſis.

Loco ✠ ſigilli.

Sequitur recognitio manus in forma &c.

Num. 3.
Atteſtationes Patrum Capuccinorum ſuper eadem non exiſtentia aſſerti libri.

Ego infraſubſcriptus tenore præſentis publicæ atteſtationis iurato, ſanctè, & religioſè atteſtor, quod etsì iàm ad quinquagintaquinque annos in hac Sacra Capuccinorum Religione vixerim, ac (indignus) Definitoriatu, ac plurium Conuentuum Guardianatu functus fuerim, *me tamen nunquam vidiſſe, nec etiam audiuiſſe de manuſcriptis controuerſiſticis à Glorioſo Dei Seruo, & Martyre P. Fidele Sigmaringano, itidem quondam* A
Capuccino, & huius Helueticæ Prouinciæ membro, contra Caluiniſtas compoſitis. Hoc ſolum, nec alia reſpondeo ad litteras Admodum R. P. Luciani Montifontani Capuccini, & in Prouincia anterioris Auſtriæ Profeſſi, quibus, tanquam Procurator in Cauſa Canonizationis, vel Declarationis Martyrij dicti Serui Dei, ſi quam in dicto negocio notitiam haberem, inſtanter expetijt. In fidem horum has præſentes &c. ſubſcripſi, & huius noſtri Conuentus ſigillo communiui. Datum Solodoci 3. Decembris 1690.

Fr. Beatus Solodoranus Capuccinus.

Loco ✠ ſigilli.

Sequitur recognitio manus in forma &c.

Ego Fr. Ruffinus Erondigenſis Ordinis Capuccinorum Prouinciæ Helueticæ Profeſſus vi huius publici Teſtimonij à me petiti iurato, & fide Religioſa affirmo, vt ſequitur. Etsì annos ætatis habeam ſexagintaquinque, Religionis quadragintatres, & hanc Prouinciam Helueticam tanquam indignus Miniſter Prouincialis ſex annis gubernauerim, & viſitauerim; *numquam tamen vidi, aut reperi manuſcripta controuerſiſtica* B
contra Caluiniſmum à Magno Dei Seruo P. Fidele Simaringano huius quondam Prouincia membro, & propterea in Rhetia pro Fide Catholica occiſo compoſita, nec etiam Libellum de articulis Fidei contra Caluiniſtas conſcriptum, & tecto [vt aſſeritur] nomine typis mandatum, imò nec etiam vnquam aliquid authenticum deſuper audiui. In quorum fidem has manu mea ſcripſi, & mei Conuentus ſigillo firmaui. Datum Stantij die 4. Decembris 1690.

Ità teſtor qui ſupra &c.

Loco ✠ ſigilli.

Sequitur recognitio manus in forma &c.

Ego infraſcriptus à R. P. Luciano Montefontano, Prouinciæ
Anterioris Auſtriæ Profeſſo, & Procuratore in Caúa digna
Canonizationis aut Declarationis Martyrij legitimi Serui
Dei P. Fidelis à Sigmaringa paritèr Capuccini ante plures
annos ab Hæreticis manibus trucidati, ſeriò interrogatus, an
vlla mihi foret notitia manuſcriptorum quorumdam à prædi-
cto Glorioſo Seruo Dei conrra Caluiniſtarum abſurditates
C compoſitorum? Reſpondeo, & teſtimonio hoc publico, & fide
iurata atteſtor *de talibus ſcriptis mihi penitùs nihil eſſe compertū*;
in cuius maiorem confirmationē manum hanc meam ſolito Mo-
naſterij noſtri Altorffenſis ſigillo roboratam volo, votis omni-
bus efficacioribus efflagitans, vt prædictus Dei Seruus, proùt
meretur, honoretur in terra, & in ipſo Deus vbique. Altor-
ffij 7. Decembris 1690.

Fr. Sebaſtianus Suitenſis Exdefinitor Capuccinus.

Loco ⊕ ſigilli.

Sequitur recognitio manus in forma &c.

Requiſitus fui ego infraſcriptus à R. P. Luciano Montifontano
Capuccino Anterioris Auſtriæ Profeſſo, & Procuratore in
Cauſa Canonizationis, vel Declarationis Martyrij Serui Dei
F. Fidelis à Sigmaringa itidem Capuccini quondam, & ab Hæ-
reticis occiſi; ac ſeriò rogatus, num aliquam notitiam habe-
rem de manuſcriptis quibuſdam dicti Glorioſi Serui Dei ab eo
contra Caluiniſmum compoſitis. Cum autem talis Glorioſi
Martyris honorem ſummoperè promotum cupiam, vt qui hu-
ius noſtræ Prouinciæ membrum extitit, ideò ad amouenda
D dubia hoc publico teſtimonio iurato, & religioſa fide atteſtor,
me prorsùs nullam de talibus ſcriptis notitiam habere; in cuius
rei fidem hanc ſcripturam mea manu, & ſolito Conuentus
ſigillo roboraui. Datum Altorffij die 7. Decembris 1690.

Fr. Eraſmus Duggenſis Capuccinus, Concionator, Defini-
tor, Guardianus &c.

Loco ✠ ſigilli.

Sequitur recognitio manus in forma &c.

Ego infraſcriptus harum tenore, fide religioſa, & iurata atteſtor
id quod ſequitur. R. P. Lucianus Montifontanus noſtri Ca-
puccinorum Ordinis Profeſſus, & Prouinciæ Anterioris Au-
ſtriæ Definitor, & Cuſtos, necnon in Cauſa Canonizationis,
ſeù Declarationis Martyrij Magni Serui Dei P. Fidelis à Sigma-
ringa, huius quondam Prouinciæ noſtræ membri, & tandem
ab Heterodoxis in odium Piei trucidati Procurator, ſcire à
me inſtantèr petijt, nùm noſcerem à præfato Seruo Dei ma-
nuſcripta controuerſiſtica compoſita, aut etiam Libellum de
articulis Fidei contra Caluiniſmum ab eodem P. Fidele con-
ſcriptum, tectoque nomine ſuo prælo excuſum fuiſſe. Teſtor
igitur, quod res eſt, dico, & confirmo, nimirum quamuis
E hanc noſtram Prouinciam tribus annis tamquam indignus Mi-
niſter Prouincialis viſitauerim, *me, nullam tamen vnquam*
mentionem de talibus manuſcriptis, aut Libello præfato inueniſſe,
vel audiuiſſe, ſed nec anteà. In quorum fidem præſentes mea
manu propria, & ſcripſi, & ſubſcripſi, meique Conuen-

tus

tùs ſigillo conſueto firmaui. Badæ Helueticorum die 8. Decembris 1690.

Fr. Ianuarius Aitorffenſis indigniſſimus Capuccinus, Deſinitor, Cuſtos, & Guardianus.

Loco ✠ ſigilli.

Sequitur recognitio manus in forma &c.

Ego Fr. Iulius Lucernenſis Prouinciæ Helueticæ Ordinis Capuccinorum Profeſſus, Concionator, Definitor, & Cuſtos (licet immeritus) hiſce fidem facio, quod R.P. Lucianus Montifontanus eiuſdem Ordinis Capuccinorum Profeſſus Definitor, & Cuſtos, necnon Procurator in Cauſa Canonizat., ſeù Declarat. Martyrij Glorioſi Serui Dei P. Fidelis à Sigmaringa Martyris à me per litteras requiſiuerit, ſi habeam aliquam notitiam de manuſcriptis eiuſdem Serui Dei, ab eo quondam compoſitis, & de articulis Fidei contra Caluiniſmum tractantibus. *Itaque hoc* F *publico teſtimonio aſſero, & fide iurata, ac religioſa atteſtor, me talia manuſcripta numquam vidiſſe, neque de illis notitiam habere, cum nec ab alijs Fratribus aliquam eorumdem famam perceperim.* In huius rei fidem hoc ſcriptum teſtimonium, & manu mea, & Conuentus mei ſigillo roboraui. Lucernæ die 11. Decembris 1690.

Ego Fr. Iulius qui ſupra.

Loco ✠ ſigilli.

Sequitur recognitio manus in forma &c.

Ego infraſcriptus hoc publico teſtimonio confiteor, R. P. Lucianum Montifontanum noſtri Capuccinorum Ordinis Profeſſum, & Procuratorem in Cauſa Canonizationis, vel Declarationis Martyrij Glorioſi Serui Dei P. Fidelis à Sigmaringa Martyris, & huius noſtræ quondam Prouinciæ Helueticæ commembri, inſtantèr à me efflagitaſſe, quatenùs fidelitèr notificarem ſi aliquando habuiſſem, vel vidiſſem manuſcripta quædam, vti, & Libellum contra Caluiniſmum compoſita, per dictum Chriſti Martyrem, & ſi Libellus ſuppreſſo nomine Auctoris prælo mandatus perhibeatur. Itaque harum ſeriè G iuratò, ſanctè, & religiosè atteſtor, *me talia ſcripta, aut Libellum talem de Articulis Fidei contrà Caluiniſtas editum numquam vidiſſe, nec eius notitiam vnquam acquiſiuiſſe.* In quorum fidem has propria manu exaratas mei Conuentus ſigillo roborare volui. Dabam Briſaci die 15. Decembris anno 1690.

Ità Ego Fr. Chryſanthus Friburgenſis Definitor, & Cuſtos.

Loco ✠ ſigilli.

Sequitur recognitio manus in form &c.

Requiſitus à R. P. Luciano Montifontano Capuccino in Cauſa Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij P. Fidelis Sigmaringani Capuccini Helueticæ noſtræ Prouinciæ Profeſſo Procuratore, an non ſciam, vel audiuerim de illis manuſcriptis controuerſiſticis contrà Caluiniſmum compoſitis, vel Libello de Articulis Fidei contra eoſdem Caluiniſtas, ſuppreſſo no-

mine,

mine, ab eodem Seruo Dei, & Martyre typis dato, ſanctè, & religioſa iurata fide atteſtor, *me neque ſimilia ſcripta, nec ſimilem aliquem Libellum vidiſſe, neque quod talia extent, vel extiterint vnquam audiuiſſe*, licet hanc noſtram Prouinciam iam tertia vice indignus vexerim. In quorum fidem me ſubſcribo, & has Officij mei ſigillo munio. Datum Srantij 26. Decembris 1690.

Fr. Franciſcus Sebaſtianus Vranienſis Capuccinus Prouinciæ Heluetica Prouincialis.

Loco ✝ ſigilli.

Sequitur recognitio manus in forma &c.

Num. 4.

Particula Animaduerſionum Rmi Fidei Promotoris factarum in Cauſa B. Andrææ de Comitibus.

Secunda difficultas eſt, quod noſter Dei Seruus ſcripſit volumen de Partu Virginis Mariæ, vti teſtatur Wadingus *de ſcript. Ordin. Minor.* in verbo Andræas Anagninus *pagina* 17. Concordat Hippolytus Maraccius in ſua Purpura Mariana *pag.* 28. & 29., ibi = *Inter alia pietatis in Deiparam Virginem Symbola, edidit de Partu eiuſdem Deiparæ Volumen* =, & primus omnium hoc ipſum teſtatus eſt Eiſengrenius Canonicus Spirenſis in Catalogo Doctorum *pagina mihi* 124., ibi = *Vir, & moribus, & vita inſignis, omni literatura, ſua ætate nobiliſſimus de Partu Virginis Mariæ Dei Genetricis volumen ſcripſit*; cumque hoc volumen non fuerit ab hac S. Congregatione reuiſum, id facit, vt non poſſit eſſe locus Signaturæ Commiſſionis iuxtà Decreta Generalia Vrbani Octaui = *pag.* 54. ibi = *Nàm ſi ſcripſiſſe conſtiterit, non priùs eſt ad aliquem actum Inquiſitionis deueniendum, quàm tales libri diligenter in S. Congregatione examinentur* =, & iuxtà praxim huius Sacræ Congregationis, de qua teſtari poſſum, & teſtor, cum iàm ſexdecim anni elapſi ſint, ex quo fungor munere Fidei Promotoris, ſub nomine actus Inquiſitionis, de quo in dictis Decretis, comprehenditur Signatura Commiſſionis.

Abſque eo, quod quidquam referat, quod hoc volumen non reperitur, ſcio enim plures, caſque exquiſitas diligentias factas fuiſſe, tum in Bibliothecis, & Archiuijs Vrbis, tùm in alijs extrà Vrbem, opera potiſſimùm Patris Mariæ Bonucci Presbyteri Societatis Ieſu, qui accuratam noſtri Serui Dei conſcripſit vitam propèdiem edendam, & nec in Vrbe, nec extrà Vrbem volumen illud repertum eſt, ſed in re, & ad effectum, de quo agitur, & vt ſignari poſſit Commiſſio, neceſsè eſt, vel, vt volumen exhibeatur, vel, vt factis pro eo reperiendo diligentijs de Ordine huius Sacræ Congregationis, & iuxtà Inſtructionem à me exarandam conſtet Volumen non fuiſſe repertum.

Num. 5.

Atteſtationes P. Ex-Prouincialis, & moderni Prouincialis Auſtriæ anterioris ſuper d. non exiſtentia.

Cum ex relatione fide digna perceperim, deſiderari Romæ à S. R. Congregatione Librum, ſeù Libellum, qui à Glorioſo Martyre P. Fideli à Sigmaringa Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum quondam in Rhetia Miſſionario contrà Caluiniſtas compoſitus eſſe prætenditur; ideò ego infraſcriptus fidem facio, me à quadraginta annis, quibus ſum in

Reli-

B

Religione, *numquam de tali Libro, aut Libello quidquam audiuiſſe, minùs quidpiam de illo vidiſſe; imò in Bibliothecis noſtris, & Archiuio Prouinciæ ſtudiosè in hunc finem perluſtrato nil de tali Libro inuentũ fuiſſe*. In cuius robur has Conuentus noſtri Sigillo, ac propriæ manus ſubſcriptione muniui. Datum Conſtantiæ die 8. Iuuij Anno 1727.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Alexius Conſtantienſis Capuccinus Prouinciæ Anterioris Auſtriæ Ex-Prouincialis.

Sequitur recognitio manus cùm legalitate in forma &c.

Decenter requiſitus ad teſtandum; an Venerabilis Dei Seruus P. Fidelis à Sigmaringa Capuccinus, Prouinciæ iſtius Anterioris Auſtriæ Sacerdos, ac Miſſionarius Apoſtolicus in Rhętia, Librum quomdam durante Miſſione ſua,ſiuè Libellum aliquem ediderit, aut edidiſſe conſtet? tenore præſentium fidę Sacerdotali atteſtor, *me nec ab antiquis Prouinciæ huius Anterioris Auſtriæ Patribus de aliquo Libro, vel Libello ab ipſo compoſito vnquam aliquid audiuiſſe, nec de tali in Archiuio Prouinciæ, ſiuè in alijs Actis, aut ſcriptis à me identidem perluſtratis, vel mentionem aliquam reperiſſe*, in cuius fidem meą propria manu ſubſcripſi præter Sigilli conſueti appreſſionem. Conſtantiæ die 15. Iunij anno 1727.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Salomon Villinganns Prouincię Capuccinorum Anterioris Auſtriæ Miniſter Prouincialis.

Sequitur recognitio manus cùm legalitate in forma &c.

Num. 6. Particula Animaduerſionum R. P. D. mem. Petr Franciſci de Rubeis in Cauſa Martyrum Gorcomienſium.

Rectè monuit Auguſtinus Triumphus *de Poteſtate Eccleſiæ quæſt. 16. artic. 3. in reſolutione pag. mihi 106.*, quod quando aliquis denunciatur Papæ canonizandus prò Martyre, cauſam, quare paſſus eſt, debet diligenter inquirere, & non ſolùm cauſam patiendi, verum etiam modum paſſionis; ità concludens &c. Neutrum verò concludenter probatum videtur ex deductis à Poſtulatoribus hoc caſu &c.

Hoc quidem factum aſſerti Martyrij, ideſt modus paſſionis nouemdecim, qui die 9. Iulij 1572. de mandato Comitis Lumnij à Militibus Geuſijs dicuntur enecati ſuſpendio ad Trabem Horrei Monaſterij Rugenſis ab ijſdem anteà euerſi &c. *cum nullus Teſtium deponat, Scriptorumque aſſerat de certa ſcientia viſus proprij*, præter vnicum Pontum Heuterum, qui à prædictorum conſortio ſeiunctus, aſſeritur tunc defeciſſe, cui tribuitur hiſtorica deſcriptio à Poſtulatoribus relata *Summ. Num. 5. &c.*

Quod autem ſinguli Teſtes ſint de auditu alieno liquet percurrendo eorum dicta, cum ſecundum *Bald. in l. ad probationem 21. num. 1. Cod. de probat.* ſcripti tenor apparet per lectionem illius, octo enim relati *Summ. Num. 1.* ex Proceſſu Anno 1619. nouiſſimè compulſati clarè deponunt de auditu ab alijs, tunc quidem habito idem quoque aſſerunt duodecim Proceſſus anno 1628. conflati in Hollandia dicto *Summar. Num. 2.*, necnon duo ex altero Proceſſu Hollandico anni 1634. eodem

Summario Num. 8. recenſentes ſolum, quoad Partem Aduerſarium Præmonſtratenſem audita à quodã Nebulone, nouemque Proceſſus nouiſſimi Namurcenſis deducti *Num.* 4. inniṫuntur ſoli famæ ortæ ex aliorum relatione &c.

Num. 7. Reſponſio bon. me. Bottinij in eâdem Cauſa.

Emeritos Chriſti Milites, quos ærumnis Gorgomium Brila peperit Cœlo, corana tot exantlatis laboribus parta, & palma, quę ad ipſorum Sanguinis effuſos liberalitèr viuos adoleuit, quam Diuini Spiritus teſtante Oraculo, poſt felicitèr abſolutum certamen, ab Exercituum Rege Chriſto Domino perceperunt, inſignire par eſt &c.

Nec de huius glorioſiſſimi certaminis, & triumphi veritate dubitare fas eſt: nam, & ſi R. P. D. Promotor meritò requirat, quod in re adeò graui, qualis eſt Martyrum admiſſio debeat euidenti notitia Eccleſiæ conſtare, tàm de materiali ipſius Martyrij conſiſtentis in morte illata, ac paſſa, quàm de formali, nempè de cauſa talis paſſionis, quæ ſit, vel confeſſio Fidei, vel alius virtutis actus in Deum relatus &c.

Quo enim ad factum mortis illatæ, ac paſſæ præmittendum eſt illud contigiſſe Briiæ, vbi pauci admodum Catholicorum remanſerant: quandoquidem ſequenti die poſtquam Inſula fuit capta, Geuſij requiſierunt omnes Eccleſiaſticos, Seculares, & Regulares, vt fidem abnegarent, & renuentes crudelitèr interfecerunt, quod excidium per aliquot dies durauit, vt habetur ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Belgi P. Heriberti Reſuueydi Societatis Ieſu, cuius particula datur in *Summ. Num.* 21. *&c.* Et rursùs in media nocte fuerunt captiui è Carcere Brilenſi ad locum ſupplicij traducti, & inter obſcuras tenebras à tenebrarum Miniſtris ſuſpenſi, vt dicunt prædicti Euterus, Bertius, & alij *Summ. Num.* 5., & refert Eſtius *lib.* 2. *cap.* 20.

Hinc mirum, non eſt, *ſi de facto huiuſmodi*, licet non excedat metam centum annorum, *non potuerint haberi plures Teſtes, aut Scriptores*, qui de viſu proprio illud recenſeant, tùm propter qualitatem loci, tùm propter circumſtantiam nocturni temporis: & per conſequens ex hac peculiari, & admodùm notabili Facti circumſtantia, præſtanda eſſet omnimoda fides, etiam ſoli Euthero, licet vnicò, cùm de viſu proprio cuncta ſingillatim, & exactiſſimè referat, vt in *Summ. Num.* 5. *&c.*

Num. 8. Decretum sanme: Innocentij X. ſuper improbatione Cultus MartyribusGorcomieſibus pręſtiti.

Ex Regeſtro Sacrorum Rituum Congregationis in eadem Cauſa Harſemen Martyrium Gorcomienſium *fol.* 63. Referente Illuſtriſſimo Creſcentio = *Poſſe tolerari expoſitionem Reliquiarum iam factam*, = ſed ad effectum illos declarandi Martyres opus eſſe alijs prebationibus, Secretarius ſit cùm Illuſtriſſimo Mellino 13. Nouembris 1621.

Ex eodem Regeſto in eadem Cauſa fol. 30. *à tergo*. Et Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eminentiſſimi Domini Cardinalis Sacchetti diſcuſſo priùs Proceſſu facto ſuper obſeruantia dictorum Decretorum, cenſuit, *in huiuſmodi Cauſa doctum fuiſſe de caſu excepto* à Decretis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, ſi

San-

Sanctiſſimo placuerit. Die 3. Iulij 1648. Et facta relatione per eumdem Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Sacchettum Sanctiſſimo Domino Noſtro in Congregatione habita coram Sanctitate Sua, Sanctitas Sua *improbata expoſitione aſſertarum Reliquiarum* nouemdecim, qui dicuntur Martyres Gorcomienſes factā præcedente *Decreto Archiepiſcopi Mechlinienſis* ex cauſis beneuiſis, mandauit ad vlteriora procedi non obſtantibus prædictis decretis Sanctiſſimæ Inquiſitionis. Hac die 13.Iulij 1649.

A

Num.9. Particula Relationis occiſionis Martyrum Goreomienſiū à Ponto Heutero editæ.

En Hiſtoria Ponti Heuteri fol. 469. relata in *Summario* ſuper eadem Cauſa Harlemen. *pag.99. num.* 22. Hora poſt meridiem tertia ad Domum Ciuicam fuerunt attracti, vbi ab ijs, qui expertos ſe exiſtimabant, & verſatos, examinati fuerunt, & multum tentati, vt peruerterentur, & pro Fide verà falſa Dogmata amplecterentur, nec Deum, & ſuam Eccleſiam prodiderunt. Nihilominùs poſtmodum AVDIVI aliquos defeciſſe à Fide voluntariè, inter quos non credo fuiſſe ignaros, erant enim ferè omnes in Sacra Scriptura verſati, attamen fateor poſſibile eſſe; vt in mortis periculo ex fragilitate homo concidat. Quidquid ſit omnes ad eumdem Carcerem reducti fuerunt ſpe ſeruandi vitam, & in ſuperiori Camera Ciuium fuit ei datus cibus, & potus *exceptis tribus, qui ad Sub-Prætorem ducti fuerunt, ibique dimiſſi.* Quorum vnus erat Paſtor in Maeſdam florentis adhuc ætatis, alter *Dominus Pontus Heuterus*, & tertius Fr. Henricus Laicus iuuenis quindecim annorum, quem luſor teſtudinis petierat, vt ſibi inſeruiret, à quo etiam multis verberibus fuit exceptus.

§. 1. *Dimiſſio Ponti Heuteri ānte Martyrum Paſſionē.*

Et fol. 470. eiuſdem Hiſtoriæ in dicto *ſummario ſub Num.5.pag.* 31. His mandatis incontinenti ad Carceres decurrebant, animaduertatur quæſo quo in ſtatu, & quo animo eſſent prædicti Eccleſiaſtici tàm repentina viſa oppreſſione: & bini, ac bini ad brachia collegati fuerunt viginti numero deducti ad locum Ruggenſem in horreum ceſpitum concomitati equitibus, & peditibus ferocibus, inuicemque confirmabant, & animum erigebant in Fide libenter morientes, nec rapinæ attribuentes ſe ex hac vita migrare, ſcientes ſe ſtrictum, & iuſtum Dei Iudicium, ac perſecutores Dominos, & Seruos ſubituros &c.

Et conſecutiuè prædicti Eccleſiaſticis vnus propè alterum vti ſimul venerant ſtrangulati fuerunt; ac poſtmodùm denudati fuerunt, eiſque nares, aures, & virilia abſciderunt, circumferentes in pileis per plateas prædicta membra oſtentantes, & ouantes. O' cæce liuor, ò homo ignare, qui non animaduertis quid ſis &c.

§. 2. *Enarratio mortis prædictorum Martyrum omiſſis particularibus circumſtantijs.*

IN NOMINE IESV AMEN.

Num. 10. Particula Tranſlationis Corporis S. D. factæ anno 1686. ex

Nouerint vniuerſi &c. quod anno &c. milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo ſexto Indictione nona &c. die vigeſima tertia Iunij &c. tranſlata fuerint oſſa Venerabilis Serui Dei Patris Fi-

Proceſs. ſuper non Cultu Auctoritate Apoſtolica conſtructo *fol.* 136., *&* *ſequen.*

Fidelis a Sigmaringa Ordinis Patrum Capuccinorum Concionatoris, & Guardiani, primique Miſſionarij de Propaganda ab Hæreticis in Fidei odium interfecti ex antiquo ſuo Sepulcro ad aliud ſub humo effoſſum, nempè ad ipſam Gryptam Epiſcopalem &c.

Celſiſſimus ergo, ac Reuerendiſſimus Princeps Epiſcopus altèiam fatus ad huiuſmodi inſtantias gratioſè aſſentiens Reuerendiſſimo Domino Corradino à Mohr Canonico Curienſi, & eiuſdem Cathedralis Eccleſiæ Præpoſito tanquam in hac parte ſpecialiter à ſe delegato mandauit, vt ad effectum prædictum oſſa Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis &c. è priori Sepulchro extracta in alio eiuſdem Eccleſiæ loco ſub humo decenter recondi, ac ſepeliri curaret &c.

Hunc Sacrophagum, cum è Sepulchro extraxiſſent, & iuſſu Reuerendiſſimi Domini aſſeruiſſent, alium in eo Ciſtam, ſeu Sacrophagum itidem ex ligno quatuor pedibus longum 1 $\frac{1}{2}$ latum, & profundum reperuerunt, claris æquè inſuper, & ligaturis ferreis benè munitum, & ſigillo, quod in Cera hiſpanica, & Chartà pergamena circa iuncturas angulares circumducta impreſſum fuerat diligenter obſignatum. Huic Ciſtæ affixa deſuper extitit charta etiam pergamena, cui inſcripta legebantur hæc verba. CORPVS BEATI FIDELIS CAPVCCINI MARTYRIO AFFECTI IN SEVIS ANNO DOMINI Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo.

A
Inſcriptio appoſita Sepulchro S. D.

Primo itaque Sacrophago, in quo Calx quondam Corpori Martyris ſuperinfuſa, & in Cineris modum diſperſa iacuit, rurſùs occluſo, & vt ante obſerato, & in Sepulchro repoſito; dum Frater Leodegarius Sepulcrhum fractum redintegraret, & reſtauraret, interea Reuerendiſſimus Dominus ſępèdictus Ciſtam præfatam, ſeu Sagrophagum interiorem fracto ſigillo, & claui, ac ligaturis ferreis reſeratis aperiri mandauit, in qua quidem oſſa, ſeu Reliquiæ humani Corporis aderant &c.

Acta ſunt hæc omnia die, hora, menſe, & anno, vt ſupra præſentibus &c.

Num. 11.
Teſtes ſuper cultu iam præſtito SeruoDei, ac illius remotione cum alijs circumſtantijs deſumpti ex ſupradicto Proceſſu Apoſtolico ſuper non cultu

§. 1.
Magna Populorum deuotio erga D. S., quæ originem habuit à fama, & tempore Martyrij.

I. *Teſtis D. Sebaſtianus Stuzenbergen ætatis annorum* 49. *Ad II. Interrogat. Proc. fol.* 188. *&* *tergo*.

Reſpondit. Se ſcire Populum, habere deuotionem erga dictum Venerabilem Seruum Dei, & præſertim Populum Veldkirchenſem, inſuper, & Incolas adiacentium locorum, & Prouinciarum, nempè Heluetios, Sueuos, Rhætos, Brigantinos; Bludentinos, Montifontanos &c. hancque deuotionem prouenisse ex fama Martyrij, & gratijs impetratis, & miraculis patratis, eamque incępiſſe a tempore Martyrij, maximè ab eo, quo Cranium translatum fuit Veldkirchium, quæ deuotio non tàm priuatim, quàm publicè demonſtratur, & conſiſtit in petendo impſitionem Cranij, affixione anathemarum, ſeu Tabellarum votiuarum. Item quod in die obitus d. Serui Dei in Sacello Beatæ Virginis Mariæ apud Patres Capuccinos hucuſque fuerit *cantatum Sacrum ſolemne de Beata Virgine*, cum

§. 2. *Signa venerationis preſtite S.D.*

cum magno concurſu Populi, & prædictam Populi deuotionem hactenùs ſemper, & in dies, fuiſſe, & eſſe auctam, donec innotuerit. Decretum fel.record. Papæ Vrbani Octaui. Nunc autem publicam deuotionem eſſe diminutam cum admiratione Populi, cum non amplius cantatum ſit hoc anno illud Sacrum, reddendo cauſam ſcientiæ eo, quod ipſe viderit magnum ibi fuiſſe concurſum Populi &c.

§. 3. *Ceſſatio celebrationis Miſſæ quolibet anno poſt habitam notitiã Decretorum fa: me: Vrbani VIII cum alijs circũſtantijs.*

Ad 15. *Interrogat. Proc. fol.* 189. *tergo* 190.

§. 4. *Retentio Imaginum S. D. cum ſignis ſanctitatis, & Martyrij in locis Sacris.*

Reſpondit. Se vidiſſe, quod circa, & propè Cranium dicti Serui Dei (de Sepulchro ſibi nihil conſtare aſſerit) vbi extat, & etiam in alijs Eccleſijs, Oratorijs, & locis publicis extitiſſe, & retentas fuiſſe Imagines dicti Serui Dei cum gladio, & fuſte, alias cum radijs, alias cum palma, alias cum corona, ſeù lauro &c. pictas, & vnam quidem in ſua Eccleſia Parochiali, in Sacello vero Beatæ Virginis apud Patres Capuccinos, vt & in Cœmeterio VeldKirchenſi ſe plures vidiſſe, quo verò tempore illuc poſitæ fuerint, & à quibus dicit ſe neſcire quoad alia loca, quoad Cœmeterium verò dicit ab hæredibus Defunctorum; qua autem de cauſa, & occaſione dicit id in Sacello Beatæ Virginis factum pro impetrandis beneficijs, & pro gratiarum actione ob beneficia accepta. Has verò Imagines ibi retentas fuiſſe vſque ad notitiam Decretorum felic. recordat. Vrbani Octaui, tunc verò à duobus, & tribus ſcilicèt menſibus cæpiſſe eas amoueri, ac hodiè, & modo nullas ampliùs extare, aſſignando cauſam ſuæ ſcientiæ, eo quod loca, in quibus fuerunt, ſæpiùs frequentauerit, & in illis antea aſſixas, modo autem amotas eſſe ipſe met viderit.

§. 5. *Remotio dd. Imaginum poſt habitam notitiam dd. Decretorum cum circumſtantia temporis.*

Ad 17. *Interrogat. Proc. fol.* 190., *& ter.* 191.

§. 6. *Retentio Anathematum circa Cranium S.D.*

Reſpondit. Se vidiſſe circa, vel propè Cranium vbi aſſeruatur (de Sepulchro autem, & alijs Imaginibus dicti Serui Dei, ſe nihil poſſe quoad hæc atteſtari, aſſerit) oblata, appenſa, & retenta fuiſſe vota, & Tabellas votiuas, & ſe hoc à Nouennio, quo VeldKirchij moratur vidiſſe, & obſeruaſſe, cuius autem authoritate, vel permiſſu dicta vota, & Tabellæ votiuæ ab Accolis, & Ciuibus, quos tamen determinare non poſſit, oblatæ illi retinebantur, teſtatur, ſe neſcire, niſi fortè conniuentibus, non tamen iubentibus Capuccinis, fuiſſe autem tabellas votiuas numero (quantum recordetur) quindecim in Sacello Beatæ Virginis Eccleſiæ Patrum Capuccinorum. Verùm hodiè nullas ibi extare, ſed omnes fuiſſe, & in totum à tribus circitèr menſibus amotas ex cauſa, & occaſione, quod innotuerint Decreta felic. recordat. Vrbani Octaui prohibentia talia ante declarationem, & annumerationem alicuius inter Sanctos, aut Beatos publicè non retineri, & appendi. Ne igitur Proceſſus Beatificationis, ſeù Canonizationis Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis, qui dicebatur aſſumendus per talem affixionem, & retentionem talium tabellarum impediretur eas fuiſſe iuſſu duorum Patrum Guardianorum amotas, qua autem authoritate id factum hoc ſe neſcire. Amotas verò fuiſſe è dicto Sacello deportatas in interiorem Sacriſtiam, & in aliqua ciſta quatuor circitèr pedibus lata, & ſex circiter pedibus longa, ſeù

§. 7. *Remotio eorundem Anathematum cum circũſtantia temporis.*

alta, & ad parietem verſus Ciuitatem ſituata hodie incluſas detineri, dicendo cauſam ſcientiæ ſuæ, quod dictam Ciſta m. . . peterit videre, & viderit.

Ad 21. Interrogat. Proc. fol. 191. tergo 192., & tergo.

§. 8. Publica veneratio præſtita Cranio V. Serui Dei cum celebratione Miſſæ ſolemnis quolibet anno.

Reſpondit. Quod viderit, & audiuerit, & ſciat, quod eirea dictum Cranium (de cœteris ſibi nihil conſtare aſſerit) extiterit aliquid actum, factum, & geſtum, quod publicæ venerationis, & Cultus ſignum præſeferebat, & id conſtitiſſe, in impoſitione Cranij, & in eo, quod ſingulis annis in Anniuerſario obitus hùc vſque fuerit conſuetum cantandi Miſſam de Beata Virgine in Altari Sacelli, vbi Cranium aſſeruatur, abſque vlla tamen memoria facta de Venerabili Seruo Dei fratre Fidele, hoc anno autem hanc Miſſam, quæ alias ex magna, & ſingulari deuotione, qua in memoriam huius Serui Dei feruntur, fuit à Magiſtratu ſæculari VeldKirchienſi inſtituta; omiſſam fuiſſe. Cranium verò impoſitum fuiſſe petentibus, & accedentibus à quodam Patre Capuccino in Sacello Beatæ Virginis ſæpedicto ſub Inuocatione Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum ſine expreſſa commemoratione Patris Fidelis quo à tempore incæperit iſta impoſitio dicit, ſe initium huius neſcire, & ſibi tantum conſtare de Nouennio. Verùm iſta omnia modò, & de præſenti, ac ab aliquo tempore, nimirum à tribus circitèr menſibus ceſſaſſe. Cœterum ſe vltra nihil ſcire, quod extat, quod ſignum publicæ venerationis, & cultus præſeferat, imò probabiliſſimè exiſtimare, quod nihil poſſit eſſe tale publicum cultum præſeferens, quod tanquam ipſe deponens ignoret, aut ſcire nequeat, eo quod publicè è Cathedra fuerit ab ipſis Patribus Capuccinis ſe deponente id vidente, & audiente, ter promulgatum, vt ab omni publica veneratione Venerabilis huius Serui Dei ad mentem Summorum Pontificium abſtineatur, & quod ipſe ſit vicinus Eccleſiæ Patrum Capuecinorum, & quaſi ſingulis diebus ad eam veniat, & nullum omninò cultum exhiberi videat.

§. 9. Ceſſatio à celebratione d. Miſſæ tempore proximo examini ipſius Teſtis.

§ 10. Omnimoda ceſſatio à quacunque veneratione paulo ante examen Teſtis.

§. 11. Publica monitio facta per Patres Capuccinos ſuper remotione cultus.

II. *Teſtis D. Chriſtophorus Brochb à Vveiſſenberg ætatis annor. 67.*

Ad 11. Interrogat. Proc. fol. 198., & tergo.

§. 12. Magna Populorum deuotio erga D. S. cum aplicatione illius Cranij.

Reſpondit. Se ſcire, quod Populus habeat deuotionem erga dictum Venerabilem Seruum Dei Patrem fidelem, & ſignantèr Patriotæ, Auſtriaci, Bohemi, Sueui, in quibus Regionibus ipſe deponens fuerit; incæpiſſe autem hanc deuotionem ab eo tempore, quo fuit occiſus, eamque, & priuatim, & publicè demonſtratam fuiſſe, & demonſtrari, vnum verò hanc, alium aliam deuotionem habere præcipuam autem fuiſſe impoſitionem Cranij dicti Serui Dei ſuper capita hominum, hanc quoque deuotionem à ſua retro memoria ſemper, & continuò fuiſſe auctam, & adhùc eſſe apud Populum, verùm ab eo tempore, quo innotuit Decretum felic. record. Vrbani Octaui deuotionem fuiſſe diminutam, cum Cranium ampliùs non imponatur, reddendo cauſam ſcientiæ, quia ita vidit.

§. 13. Ceſſatio deuotionis, & applicationis poſt notitiam dd. Decretorum.

Ad 14. Interrogat. Proc. fol. 199., & tergo.

Reſpondit. Dictum Cranium in Eccleſia publicè non exponi, atque à tribus iam menſibus, nèc publicè, nec priuatim id oſtendi,

§.14. *Ceſſatio ab oſtenſione, & applicatione d. Cranij paulo ante examen Teſtis.*

di, neque dari ad oſculandum ijs, qui ob particularem deuotionem erga dictum Seruum Dei hoc petunt, adeoque de facto nullam adhiberi cautelam, cum de præſenti, & modò non oſtendatur, aut oſculandum tradatur, verum ante hoc dictum Cranium fuiſſe oſtenſum, & ad oſcultandum traditum, & capitibus accedentium impoſitum ianuis Eccleſiæ apertis cum aſſiſtentia alicuius Patris Capuccini ſinè Veſte chorali, & ſine inuocatione Ven. Serui Dei Fratris Fidelis, ſed solùm ſub inuocatione Beatæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, modo autem ab hoc ceſſatum eſſe, & non ampliùs, ac à tribus menſibus practicari.

Ad 15. Interrogat. Proceſſ. fol. 199. ter. 200., & tergo.

§.15. *Expoſitio Imaginum S. D. in locis Sacris.*

Reſpondit. Se vidiſſe, & ſcire, quod circa, vel propè Cranium dicti Serui Dei, nimirum in Sacello Beatæ Virginis Eccleſiæ Patrum Capuccinorum Veldchirky, vbi dictum Cranium aſſeruatur, & extat (de Sepulchro ſe nigil poſſe teſtari aſſerit circa hoc punctum) ac etiam in alijs Eccleſijs, & locis publicis, nimirum in Cœmeterio VeldKirchienſi, & eius Eccleſia aliquando extiterit, & retentæ fuerint Imagines dicti Serui Dei, quo à tempore in dictis locis poſitæ fuerint, & quamdiu à parte ante ibidem retentæ, aſſerit ſe neſcire, verum dictas Imagines modo, & de facto non ampliùs retineri, & ab eo tempore, quo ipſis innotuit decretum felic. recordationis Vrbani VIII.; illas non amplius extare, ſed amotas fuiſse, & in Sacello, ac Eccleſia Patrum Capuccinorum antè tres menſes, in Cæmeterio vero, & eius Eccleſia primum ab octidio credere autem ſe, quod in hoc loco, nempè in Cæmeterio, & eius Eccleſia non ſtudio, ſed ex inaduertentia poſt promulgationem, & notitiam dicti Decreti &c. tamdiu relictæ fuerint. Illas autem, quæ erant in Sacello fuiſse à Patribus Capuccinis, alias verò in Cæmeterio, & eiuſdem Eccleſia, tum à Cappellano, tum à ſe ipſo deponente tanquam Procuratore dictæ Eccleſiæ remotas ex cauſa, vt paritio præſtetur Decretis Sedis Apoſtolicæ, & ne Proceſsus Beatificationis, & Canonizationis huius Venerabilis Serui Dei, qui dicebatur aſsumendus impediatur. Cæterum quæſitus de circumſtantijs Imaginum, & vt illas deſcribat, teſtatur, illam Imaginem, quæ fuit in Eccleſia Cæmeterij, poſita fuiſse depictam in gloria penes Sanctum Carolum Borromæum, & alios Sanctos. Cæteras verò, ſe accuratè non poſse deſcribere, quia non aduertit ad eas tàm diligentem, ſcire autem ſe aliquos fuiſse pictas cum gloria, alias cum radijs, alias cum palma, laureola &c., alias ſinè talibus ſignis, & cũ ſolo gladio, & fuſte, reddendo ſuper ſuis aſsertis, & affirmatis cauſam ſcientiæ proprium viſum, & ſenſum.

§.16. *Remotio dd. Imaginum poſt habitam notitiam dd. Decretorum paulo ante examen Teſtis.*

§.17. *Deſcriptio ſignorum ſanctitatis, quæ dd. Imaginibus erant appoſita.*

Ad 17. Interrogat. Proc. fol. 201., & tergo.

§.18. *Diuturna retentio anathematũ circa Cranium S.D.*

Reſpondit. Se ſcire etiam ante quinquaginta annos, & etiam ab vno anno, quo iterum VeldeKirchij moretur, quod circa, & propè Cranium dicti Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis à Sigmaringa (de Sepulchro, & Imaginibus ſibi quoad hoc interrogatorium nihil conſtare aſserit) fuerint appenſa, oblata, & retenta vota, donaria, anathemata, & Tabellæ votiuæ in Sacello Beatæ Virginis apud Patres Capuccinos tam ex parte

dexte-

dextera, quàm ſiniſtra Sacelli, & eorum aliqua fuiſse argentea, aliqua cerea, aliqua depicta, & quidem diuerſarum figurarum, vtpotè capitis, manuum, brachiorum, pedum, & omnis generis membrorum, quorum tamen numerum determinatum, neque circumcirciter exprimere, aut dicere poſſit, cum ipſum neſciat, ſicut etiam non ſciat à quo, vel quibus oblata fuerint, & cuius authoritate ibi retenta, niſi permiſſione Patrum Capuccinorum. Verum prædicta modo non ampliùs retineri, ſed omnia, & in totum amota fuiſse à tribus menſibus, ne contraueniatur prohibitioni Apoſtolicę Sedis. Quantum ipſe ſciat, & vt facilitetur, vel ſaltem non impediatur Proceſsus Canonizationis &c. qui aſsumendus dicitur. Cuius autem authoritate, & iuſsu illuc remota fuerint, dicit ſibi non conſtare. Cæterum amota portata fuiſse, & in interiorem Sacriſtiam apud Patres Capuccinos, ibique hodiè retineri in aliqua ciſta lignea altitudinis quinque circiter pedum, latitudinis ſimiliter quinque pedum, clauſa, & obſerata vnica ſera, quem locum, & Ciſtam ipſe deponens proprijs oculis viderit, & hanc ocularem ſuam viſionem eſse cauſam ſcientiæ.

§. 19. Remotio dd. anathematum paulo ante examen Teſtis.

Ad 19. Interrogat. Proc. fol. 202., & ter.

Reſpondit. Se audiuiſſe, & vidiſſe aliquando aliquas Imagines dicti Serui Dei Patris Fidelis picta cum radijs, ſplendoribus &c. tàm in Eccleſijs (non tamen ſupra, vel propè Altaria] & alijs locis publicis, & priuatis extitiſſe, modo autem, & de præſenti in locis publicis non amplius extare, ſed amotas eſſe, an verò in priuatis locis adhuc extent ſibi id non conſtare, fuiſſe autem in aliquibus Imaginibus, quas vidit depictum Patrem Fidelem per modum ſtantis, & non per modum orantis, quod autem tales fuerint ſe neſcire, vnius verò ſe recordari, in qua Seruus Dei depictus erat penes Sanctum Carolum Borromæum, & in alia Tabella votiua penes Sanctum Antonium de Padua, & hunc vltimam vidiſſe ſe in Sacello Beatæ Virginis Capuccinorum ad murum pendentem, priorem vero in Eccleſia Cemeterij Sanctis Apoſtolis Petri, & Paulo dicata, & ita ſe obſeruaſſe ab anno, quo iterum Veldkirchij moretur vſque ad illarum amotionem, & ſe proprijs oculis vidiſſe, quod modo ſint remotæ ex dictis locis.

§. 20. Expoſitio Imaginum S. D. cum ſignis ſanctitatis in locis Sacris cum ſubſecuta remotione.

Ad 21. Interrogat. Proc. fol. 203., & ter. 204.

Reſpondit. Se quoad Sepulcrum in hoc puncto nihil poſſe deponere. Circa Cranium verò dicti Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis aſſerit, quod viderit, & ſciat extitiſſe aliquid factum, actum, & geſtum, quod aliquid venerationis, & cultus ſignum præſeferebat, & conſtitiſſe illud potiſſimè in poſſeſſione Cranij dicti Venerabilis Serui Dei ijs, qui illud petierunt, facta, & accepta ante Altare Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, quam ſimplex, & rudis Populus fortè non intelligebat; hanc autem impoſitionem fuiſſe factam, & peractam ab aliquo Patre Capuccinorum, ſine Stola tamen, & Superpelliceo, & ſine accenſis Cereis, & Candelis, impoſitionem iſtam factam omnibus petentibus, & accedentibus, & quantum ipſe Deponens, & Teſtis recordatur, vltra quinquaginta annos continuatam, & in ſepedicto Sacello Beatæ Virginis in Eccleſia Patrum Ca-

§. 21. Actus applicationis Cranium S. D. factæ petentibus, etiam tempore diuturno.

§.22. *Ceſſatio à præſtatione cultus tempore ipſius examinis.*

Capuccinorum peractam fuiſſe. Cæterum ſe ſimilitèr certo ſcire, quod modo, & de præſenti nihil agatur, fiat, & geratur, quod publicæ venerationis, & cultus ſignum præſeferat, nec aliquod tale ſignum eſſe poſſe, quod ipſe hac in parte [loquendo ſolùm de Cranio, de cæteris enim ſe nihil teſtari poſſe] ignoret, aut ſcire nequeat, redditque hanc ſui dicti cauſam, & rationem ſcientiæ, eo quod ſit valdè vicinus Eccleſiæ Patrum Capuccinorum, & quaſi quotidiè eam frequentet ad audiendam Miſſam, & continuam eum ipſis habet familiaritatem, audiueritque ipſe à PP. Capuccinis è Cathedra in Eccleſia Parochiali Veldchirchienſi in magno Populi concurſu publicè fuiſſe publicatum Cranium Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis. Deinceps nulli amplius imponendum, nec oſtendendum deuotionis venerationis, aut religionis grati, nec ad oſculandum, tradendum, & hoc obſeruatum fuiſſe iàm à tribus circitèr menſibus, quo tempore fuit iſta publicatio facta, eodemque cum ab eo tempore, nempè à tribus menſibus nullum ſignum cultus, & venerationis extet, illud de facto in nullo conſiſtere. Inſuper teſtatur, quod de facto nullæ Imagines, aut alia quæcumque cultum præſeferentia reperiantur, & hoc ſe teſtari poſſe, quia partim viderit, partim notitiam hauſerit ex alijs fide dignis, & publica fama.

§.23. *Monitio facta per Patres Capuccinos ſuper dicta ceſſatione cultus.*

§.24. *Remotio Imaginum S. D. tempore examinis iã facta.*

III. *Teſtis D. Franciſcus Ignatius Furſtein ætatis annorum 53.*

Ad 11. Interrogat. Proc. fol. 208.

§.25. *Magna Populi deuotio erga D. S. cum ſignis venerationis.*

Reſpondit. Quod ſciat Populum habere deuotionem erga dictum Seruum Dei præcipuè VeldKirchenſem, & circumadiacentium, ac vicinarum Regionum, & Locorum, quo à tempore hæc, aut talis deuotio præcisè cæperit, dicit ſe neſcire ab eo tamen tempore, à quo moratur VeldKirchij, nimirum à viginti duobus annis ſemper fuiſſe habitam aliquam deuotionem, & hoc ex credito Martyrio, quæ deuotio non tantùm priuatè, ſed, & publicè demonſtrabatur, dicitque hanc deuotionem conſiſtere in impoſitione Cranij, & oblatione votorum, ac applicatione veſtimentorum, *& eam ſemper fuiſſe magnam, & auctam*, neque vnquam diminutam, niſi ab eo tempore, quo Patres Capuccini, nimirum Pater Perfectus tunc Guardianus ante tres circitèr menſes è ſuggeſtu publicauerit ex mente Summi Pontificis vota, & alias Imagines debere amoueri, & caput nemini deinceps imponi, & ſe deponentem audiuiſſe hæc, & vidiſſe.

§.26. *Publica monitio per Patres Capuccinos facta ſuper cultus remotione.*

Ad 15. Interrogat. Proc. fol. 209., *& ter.* 210.

§.27. *Expoſitio nonnullarum Imaginum S.D.*

Reſpondit. Se circa Sepulchrum nihil vidiſſe, nec alia ratione ſcire, ſed circa locum, vbi Cranium aſſeruatur, ſe ſcire, & vidiſſe, quod extiterint, & retentæ fuerint Imagines dicti Serui Dei, nempè in Sacello Beatæ Virginis Eccleſiæ Capuccinorum Veldkirchij ad parietem affixa. Teſtatur inſuper ſe vidiſſe, quod extiterit, & retenta fuerit vna Imago dicti Ven. Serui Dei appenſa muro extra, & ſupra dictam Cappellam Beatæ Virginis, quæ Imago erat integræ, & iuſtæ ſtaturæ cum Inſtrumentis paſſionis, gladio ſcilicet, & fuſte cum ſubſcriptione Patris Fidelis pro fide vigeſima quarta Aprilis milleſimo

ſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo occiſus, quantum meminit in alijs Eccleſijs, Oratorijs, & Locis publicis nullas vidit, excepto Sacello Vaduzenſi, in quo decimanona huius vidit Imaginem cum palma depictam, quo autem tempore iſtæ poſitæ fuerint, & quamdiù retentę, ſe non poſſe dicere, ſcire ſe tamen, omnes amoras eſſe ex Sacello, & Templo Capuccinorum, & etiam ex Sacello Vaduzenſi ab ipſis met Patribus Capuccinis, quia Capuccinis innotuit eſſe contra mentem, & Decreta Summi Pontificis, ſi retinerentur, & impedire progreſſum Proceſſus Beatificationis &c. dicti Venerabilis Serui Dei, qui dicebatur reaſſumendus ex Sacello Vaduzenſi remotam eſſe ante octiduum, nimirum vigeſima ſecunda Iunij, prout audiuerit; ceteras verò in Eccleſia Patrum Capuccinorum ante tres circiter menſes, prout ipſe ocularis ſit Teſtis.

§.28. *Remotio dictarum Imaginum paulò ante examen Teſtis.*

Ad 17. *Interrogat. Proc. fol.* 210. *ter.* 211.

§.29. *Retentio anathematum circa Cranium S.D.*

Reſpondit. Circa Sepulchrum ſe nihil vidiſſe, nec audiuiſſe, nec aliter ſcire. Circa cranium ſe vidiſſe votiuas tabellas de donarijs, votis, anathematibus, & his ſimilibus non recordari, quod viderit, aut audiuerit, ibi eſſe, & vidiſſe Tabellas votiuas ibi appenſas à tempore quo eſt VeldKirchij, à quo autem fuerint appenſæ, aut cuius authoritate, & iuſſu retentæ, aut quot in numero preciſo fuerint ſe neſcire, locum verò, in quo retinebantur eſſe Sacellum Beatiſſimæ Virginis Eccleſiæ Capuccinorum, ex quo omnes fuerunt remotæ, & etiam magna tabula ſupra, & extra Sacellum Beatæ Virginis à tribus circiter menſibus propter id quod innotuerit contrariare iſtas appenſiones Decretis Summorum Pontificum occaſione ſumpta ex fabricatione, ſeù potius reaſſumptione Proceſſus Beatificationis &c. Ven. Serui Dei Fratris Fidelis, & quod deponens audiuerit, Roma à Patribus Capuccinis ſcriptum eſſe, vt remouerentur remotas Tabellas deportatas eſſe in interiorem Sacriſtiam, ibique hodiè incluſas in aliqua ciſta lignea clauibus, aut ſeris (an pluribus, vel tantùm vna ſe non obſeruaſſe) obſerata, altitudinis circiter quatuor, vel quinque pedum, latitudinis circiter quatuor pedum aſſeruari, & ſe hęc vidiſſe. Circa alias Imagines ſe nihil vidiſſe, nec audiuiſſe, nec ſcire quidquam horum, de quibus interrogatus fuit.

§.30. *Remotio eorumdem anathematum paulò antè examen.*

Ad 10. *Artic. Proc. fol.* 214., *& ter.*

§.31. *Periculum ſcandali in Catholicis, & deriſionis in Hæreticis quatenus remoueretur Cranij è loco vbi repoſitum erat.*

Reſpondit. De publica voce, & fama ſibi non conſtare, eo quod communis Populus, vel Plebs hactenus non tantum non ſuſpicetur remotionem Cranij, ſed opinatur eidem ex Indulto Apoſtolico breui maiorem, quàm hactenus, honorem exhibendum eſſe; deponit tamen Teſtis, quod ſi dictum Cranium è ſupradicto loco remoueretur, & id Populo conſtaret, eum concepturū ſiniſtram opinionē,& dubium,num Ven.S.D.P.Fidelis fuerit tanti meriti quanti actenus fuiſſe à Populo piè creditus fuerat,& quod per huiuſmodi remotionem hęreticis, qui ſunt valdè vicini daretur anſa, & occaſio ludendi, irridendi, & ſcommata effutiendi tam in dictum Cranium hactenus cultum, quàm in alias Reliquias Sanctorum Canonizatorum, & con-

conſequenter in ipſam Sanctam Matrem Eccleſiam cum multis cachinnis, & illuſionibus inſurgerent.

IV. *Teſtis D. Ioannes Zacharias Peller ætatis annorum* 33.

Ad 11. *Interrogat. Proc. fol.*216. *ter.*217.

Reſpondit. Quod ſciat Populum habere deuotionem erga dictum Seruum Dei, & præcipuè Populum VeldKirchenſem, aliorumque locorum adiacentium, & hoc propter famam Martyrij, & Sanctitatis, quo autem tempore iſta deuotio inceperit, ſe id neſcire, deuotionem hanc, & priuatim, & publicè demonſtrari, quæ potiſſimum conſiſtit in viſitatione Cranij, & impoſitione eiuſdem Capitibus Populi Dei, ac in appenſione votorum, & tabellarum votiuarum, ac donariorum, & anathematum, actus propter eorum multitudinem ſe non poſſe recenſere, & iſtam deuotionem ante hac nunquam fuiſſe diminutam, ſed ſemper potius auctam, niſi ab eo tempore, ſcilicet tribus menſibus, quo Patres Cappuccini ex Cathedra publicarunt Decretum Vrbani Octaui, reddendo cauſam huius ſuæ ſcientiæ, quia audiuit, & vidit ipſe met Teſtis.

§.32. *Magna Populi deuotio erga D. S. cum ſignis publicæ venerationis ei præſtitæ.*

§.33. *Ceſſatio Cultus, qui præſtabatur S. D., ob publicã monitionem à Patribus Capuccinis factam.*

Ad 15. *Interrogat. Proc. fol.*218., *& ter.*219.

Reſpondit. Se quoad Sepulchrum nullas Imagines vidiſſe ibi nec aliter ſcire, quod ibi aliquæ extiterint, vel retentæ fuerint Imagines dicti Serui Dei; Cæterum quoad Cranium, & alias quaſdam Eccleſias, Oratoria, non autem loca publica ſe vidiſſe circumcirca in ijs extitiſſe, & retentas fuiſſe Imagines dicti Serui Dei, nimirum in Sacello Beatiſſimæ Virginis Eccleſiæ Patrum Capuccinorum, item in Eccleſia Parochiali Pagi de Ranchvveil, item in Oratorio, ſeù Sacello ad Imaginem Beatiſſimæ Virginis compatientis dicato. Quoad locum loci teſtatur, quod nullibi ſupra Altare, ſed ad parietes ex vtroque latere, vnam in dicto Sacello Beatiſſimæ Virginis, & vnam maiorem ſupra, & extra dictum Sacellum in Eccleſia Parochiali de Ranchvveil, vnam Imaginem muro affixam ante Sacellum Lauretanum in Sacello Beatiſſimæ Virginis compatientis ſub Porticu ante ingreſſum viderit, viſas autem Imagines deſcribit taliter, & quidem maiorem ante dictum Sacellũ Bmæ Virginis Capuccinorum meminit ſe vidiſſe pictam integræ ſtaturæ cum palma, & Inſtrumentis paſſionis, gladio ſcilicet, & fuſte Prætegouienſe clauis ferreis armata in manibus deſuper volitante Angelo Laureolam eminùs oſtendente cum ſubſcriptione iſthac Reuerendus Pater Fidelis Sigmaringanus pro fide occiſus &c. alteras duas in hoc eodem Sacello ſe vidiſſe quantum meminit cum palma, & Inſtrumentis paſſionis in manibus abſque laureola, aut corona pictas, talis formæ fuerunt etiam quantum Teſtis recordatur, illa imago in Ranchvveil, altera in Sacello Beatæ Virginis compatientis propè VeldKirch ſito, quoad tempus appoſitionis dictarum Imaginum ſibi nihil conſtare, excepta maiori ante Sacellum Beatæ Virginis Capuccinorum ante tres circiter annos appoſita, dictaſque Imagines retentas fuiſſe vſque ad publicationem, & notitiam Decretorum Vrbani Octaui, & Sac. Rituum Congregationis, ante tres ab hinc menſes habitam. Teſtatur

§.34. *Retentio Imaginum S. D. cum ſignis Martyrij in Locis Sacris*

§.35. *Continuatio ſupradictæ retentionis vſque ad notitiam Decre-*

torum ſan.mem. Vrbani VIII., paulò ante examen cum ſucceſſiua amotione.

autem eiuſmodi Imagines non amplius retineri in dictis locis, ſed amotas fuiſſe ante tres menſes, à quo autem ſe neſcire, cauſam amotionis, credens eſſe publicationem, & notitiam Decretorum prefatorum, occaſione qua reaſſumendus credebatur Proceſſus Canonizationis eiuſdem Venerabilis Serui Dei, reddit cauſam ſcientiæ, quod partim viderit, & partim audiuerit.

Ad 17. *Interrogat. Proc. fol.*219. *ter.*220.

§.36. *Retentio Anathematum circa Cranium S.D.*

Reſpondit. Sibi circa Sepulchrum nihil conſtare, ſed teſtatur, quod viderit, & ſciat circa locum, & in Sacello, vbi aſſeruatur Cranium, oblata, appenſa, & retenta fuiſſe vota, anathemata, & Tabellas votiuas; non autem alia donaria, à quo tempore autem, vel cuius authoritate, vel permiſſione ibi retinerentur, & à quo, vel quibus oblata fuerint ſe neſcire, ſimiliter numerum præciſum ignorare, fuiſſe tamen viginti circiter, aut plura, prędicta vota, anathemata, & tabellas votiuas appenſas fuiſſe ad parietes dictæ Cappellæ Beatiſſimæ Virginis Capuccinorum, quæ omnia in totum amota fuerint,

§.37. *Remotio dictorũ anathematum, paulò ante examen Teſtis.*

& de pręſenti ibidem non amplius retineantur à tempore trium menſium occaſione reaſſumendi Proceſſus Beatificationis &c. Venerabilis Serui Dei Fratris Fidelis &c. ad parendum Decretis Summorum Pontificum, cuius autem authoritate, & iuſſu, ſe neſcire. Cęterum quo in loco amotæ tabulæ, & anathemata, ac vota repoſitæ ſint, & hodie retineantur ſibi nihil conſtare, cum nec viderit, nec aliundè ſciat ſupradictorum aſſertorum reddens rationem ſcientiæ, quod ita proprijs oculis viderit.

Ad 10. *Artic. Proc. fol.*223., *& ter.*

§.38. *Periculum ſcandali tam apud Catholicos, quã penes Hæreticos in caſu, quo Cranium remoueretur è loco, vbi repoſitum erat.*

Reſpondit. Se veroſimilitèr credere, quod ex remotione Cranij è dicto loco oriturum eſſet graue ſcandalum tum apud Chriſtifideles, tùm apud Hęreticos vicinos, apud illos quidem, quod ſi remoueretur ſe hactenus deceptos fuiſſe conqueſturi eſſent, poſteriores verò inde anſam ſumerent illudendi, & irridendi Chriſti-fideles.

V. *Teſtis Pater Caſtus Weldkirchienſis Religioſus Profeſſus Ordinis Capuccinorum ætatis annorum* 50. *Ad* 10. *Artic. Proceſs. fol.*232. *& tergo*.

§.39. *Periculum ſcandali vt ſupra quoad Catholicos.*

Reſpondit, Quod dictum Cranium à ſupradicto loco remoueri nequeat, niſi cum grauiſſimo tum Chriſti-fidelium, tum Hæreticorum ſcandalo, adducendo has rationes, quoad Chriſtifideles quidem, quod iſti Miracula patrata eſſent velipenſuri, & ſuſpicaturi, eadem leuius credita fuiſſe. Item quod deuo-

§.40. *Comprobatio eiuſdẽ ſcandali.*

tio erga prædictum Ven. Dei Seruum apud eoſdem Chriſtifideles diminueretur, & ipſi conqueſturi eſſent, quod fortè hactenus decepti fuiſſent, prout de facto Populus Weldkirchenſis, & circumiacens non ſine aliquo murmure, & admira-

§.41. *Periculum ſcandali quoad Hæreticos, vt ſupra* §.39.

tione audiuit prohibitionem, vel negationem impoſitionis Cranij. Quoad Hæreticos verò, quod iſti in ſuo errore firmarentur, & alios etiam veros, & licitos cultus, & Reliquias Sanctorum pro ludibrio, & impoſturis habituri, & tam contra Eccleſiam Catholicam, quàm Religionem Seraphicam Ca-

puc-

puccinorum ſcommata ſparſuri eſſent, & hæc ſequutura ex remotione dicti Cranij eſſe publicam vocem, & famam.

Num.12. Epiſtola vnius ex Iudicibus Remiſſorialibus Proceſſus anno 1710. in cauſa confecti ſuper nouis Miraculis

EX PROCESSV CVRIENSI APOSTOLICO

Super Miraculis fol.1. ad 3. tergo.

Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Domini.

Litteræ Remiſſoriales, quas Eminentiæ Veſtræ Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Curienſi direxerunt in Cauſa Beatificationis, & Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis à Sigmaringa Ordinis S. Franciſci Capuccinorum primi Miſſionarij de Propaganda in odium Fidei ab Hæreticis interempti &c. mihi infraſcripto ad manus conſignatæ ſunt, cum dictus Dominus Epiſcopus Curienſis in actuali Viſitatione quarumdam Partium ſuæ Diœceſis conſtitutus huic Proceſſui ſuper nonnullis Miraculis per Interceſſionem dicti Patris Fidelis ab Altiſſimo patratis præſens adeſſe non potuerit &c. Veritas eſt, quod nobiſcum etiam alij Catholici Rhæti, præſertim Nobiliores in iſta gente, ſemper ſperauerint ad hunc Sanctum Canonizationis effectum attingere, ne Hæretici, vt ſolent, vetra glorientur, Romæ quoque mortem, & putatiua Miracula Patris Fidelis parùm attendi. Sed anno milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo ſexto è contrario qualemcumque Cultum erga hunc noſtrum Martyrem per Proceſſum reſtringi vidimus, haud abſque deſolatione multarum, qui potiùs huius Serui Dei Beatificationem, & Canonizationem, ſeù Declarationem Martyrij expectauerunt, quatenus ità veram Fidem contra hæreſim triumphantem ante oculos haberent.

§. 1. *Remotio Cultus Seruo Dei præſtiti anno 1686. expleta.*

Verum etſi tunc votis minimè potiri fuerimus, ſpes noua tamen, & mihi, & alijs Catholicis accreſcit ex eo, quod ipſum Cœlum videatur talem Canonizationem vrgere, cum Altiſſimus per huius Serui Dei Interceſſionem tàm ſplendida, & manifeſta Miracula atque prodigia patrare non ceſſet &c. Si verò Miracula vera poſt mortem Martyrum facta, teſtimonia Diuinæ perſeuerantiæ in finem, & formalis Martyrij eſſe credantur, eo quod omniſcius, & Omnipotens Deus per huiuſmodi ſigna nec fallere, nec falli poſſit; ideò firmiſſima ſpe viuo (prout ex hiſce demiſsè rogo) quod Eminentiæ Veſtræ horum intuitu ſæpedicti Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis merita, & nobile Martyrium declaraturæ, & toti Mundo per Canonizationis actum demonſtraturæ ſint, ad præcedentes tot Summorum Principum qua Sæcularium, qua Sacrorum Inſtantias, & intuitu maximi fructus tùm inter Catholicos, tùm inter Hæreticos, quorum multi ad Fidem conuerſi, & alij non pauci ad eamdem aſpirant; ne dicam de ingenti ſpirituali ſolatio, & inter Rhætos Catolicos, & in tota Natione Germanica ad maiorem Dei Gloriam infallibiliter orituro. Hiſce me humillimè commendo, & maneo.

§. 2. *Pondus, ſiue releuantia Miraculorum interceſſione S. D. patratorum.*

Eminentiarum Veſtrarum.

Seruus Obſequentiſſimus

Rodulphus Comes de Salis Abbas Infulatus S. Crucis de

Mura, ac Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis Curienſis, & in hoc Proceſſu Vicarius Epiſcopalis &c.

E' Loco Alteſtatt Diœceſis Curienſis Prouinciæ Moguntinæ duodecima Iulij milleſimi ſeptingenteſimi decimi.

Num.13.

Binæ Epiſtolæ ad Sac. Congregationem de Propaganda Fide ſuper qualitare, & Conſtantia Iodoco conuerſi ad Fidem Catholicam per R. Ignatium à Bergomo Miſſionarium Cappuccinum conſcriptæ.

Illmo, e Rmo mio Signore.

Per due meſi, e più da coſtì non mi ſon mai capitate Lettere, l'altro ieri impaſſando per Chiauenna per venire à Morbigno ad abboccarmi con l'Eccellentiſſimo Signor Marcheſe di Bagni per ordine dell'Illuſtriſſimo Signor Nunzio trouai à caſo vn piego di cinque Lettere della Signoria Voſtra Illuſtriſſima &c. Hanno di più li Predicanti inſinuato à queſti Popoli, che noi Papiſti gli leuiamo li tre Libri della Scrittura, che ſono in lor lingua, per ingannarli; ſiche il leuargli tutti li libri ſenza auer altri libri da dargli, cagiona in loro mali effetti; ſin'ora hò leuato in tutto quello hò potuto detti libri, fuoriche il Teſtamento; perche non hò trouato il poterlo far e, ſe prima non aueuo da darli altri libri corretti; perciò li tre ſopranominati libri ſono di gia preparati, il Teſtamento nuouo ridotto ad edizione volgare in quella lingua; il Bellarmino tradotto ad literam pur in quella lingua, l'Orazioni medeſime, & il tutto ſi farà approuare da Monſignor Illuſtriſſimo Veſcouo di Coira ſe par bene alla Sagra Congregazione, che ſi ſtampino, il Predicante che ſarà à Milano, ch'è perfettiſſimo nella lingua, porrà correggere la ſtampa, e così verrà à fare queſto ſeruizio, e fondarſi bene nelle coſe della Religione, le qualità ſue ſono queſte; E' Vomo d'età di trenta anni dottrina aſſai buon Filoſofo, molto prattico della Sagra Scrittura iſtrutto nelle controuerſie, di buoniſsimo ingegno, molto ſtudioſo, e d'vna ſingolar buontà, e pazienza, e quando non aueſſe Moglie, credo riuſcirebbe vn buon Religioſo, & hà gran deſiderio d'eſſer Frate della noſtra Religione, *la Moglie è figlia d'vn Predicante Sorella di vn Predicante* il più triſto, che ſia in queſti Paeſi, *li fa minacciar la morte, lo rimprouera continuamente per queſta ſua Conuerſione, e l'altro giorno gli ſcriſſe vna Lettera, nella quale lo rimprouerаua con parole ingiurioſiſſime, nominando che non poteua far maggior abominazione, che eſſendo diuentato vn Seruitore di ſeruire la Meſſa à me, che mi hanno intitolato in queſto nome*; il trenta mille mille Diauoli, falſo Profeta &c. *& il tutto ſopporta egli pazientemente*. Ora mi parto per Coira per ordine dell'Illuſtriſsimi Signori Nunzio, e Veſcouo di Coira. Supplico V.S. Illuſtriſſima à ricordarſi dell'eſpulſione de' Predicanti dell'Egnedina alta, con che per fine gli faccio vmile riuerenza &c.

§. 1.

Iodoci patientia in tolerandis propriæ Vxoris exprobationibus ob conuerſionem ad Fidem Catholicam.

Da Morbigno li 14. Ottobre 1623.

Deuotiſsimo Seruitore
Frà Ignazio Bergamaſco Capuccino.

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo mio Signore,
e Padrone Colendiſſimo.

Nel medeſimo tempo riceuo due lettere della Signoria Voſtra Illu-

Illuſtriſſima, e Reuerendiſſima delli 2. Decembre, nell'vna mi ſcarica il peſo, che molto mi premeua di venire à Roma per gl'Intereſſi del Veſcouato di Coira, e della Religione Cattolica, lodato ſia Dio. Nell'altra mi dà il commando di renderli le cauſe perche diſegnauo far ſtampare il Teſtamento nuouo in Lingua Retica &c. Il Signor Ioanne Iodoco da Cernezzo aliàs Predicante, ora fatto buoniſſimo, e perfettiſſimo Cattolico mi hà conſegnata tutta la ſua Libraria, e non ne hò voluto diſponere altro, che prima non ne daſſe parte alla Sagra Congregazione come faccio, e ſono in quantità; Qual commando riceuerò, in ciò ſarà da me ſubito eſeguito. Hò condotto meco eſſo Predicante per menarlo à Milano, conforme à quanto dalla Sagra Congregazione mi era ſtato ordinato, e li dò queſta buona nuoua, che impaſſando per l'Egrediana Alta, oue egli tanti anni aueua Predicata l'Ereſia, ſi moſtrò vn'altro San Paolo dicendo à tutti, e priuatamente, & publicamente con vna coſtanza incredibile, che in tutto quel tempo, che gli aueua Predicato aueua detto il falſo, e ne domandaua perdono à Dio, e che auendolo Dio chiamato alla vera cognizione della Fede, e Religione Santa Cattolica Romana, che à tutti proteſtaua, che altra Fede non può ſaluare, e che ſe non ſi conuertiuano, tutti ſarebbero ſtati dannati alle pene infernali, e li pregaua di Terra in Terra, di luogo in luogo, che faceſſero venire li loro Predicanti, che li voleua far vedere, che li predicauano il falſo. Gionto alla Terra oue era la ſua Moglie Donna aſtutiſſima, & accortiſſima, non ſi può dire gl'aſſalti, ch'egli ebbe, e la fortezza, e coſtanza, ch'egli moſtrò, e quanto fece per la conuerſione de' Parenti, & eſſi Parenti per non laſciarlo partire. E' Perſona molto dotta, e più di quello penſauo, e pure è vmiliſſimo, & obbedientiſſimo. Deſidera di attendere alli Studj della Sagra Teologia almeno per due, ò tre anni, e riuſcità Vomo di molto valore, perche è ancor giouine, e di buoniſſimo ingegno, & ſtudioſo. Condotto à Milano vederò di collocarlo in luogo à propoſito con il Conſiglio dell'Illuſtriſſimo Signor Cardinale Borromei, e poi darò auuiſo oue ſi aueranno à corriſpondere li denari aſſegnatigli dalla Sagra Congregazione per il ſuo mantenimento &c.

§. 2. *Qualitas Iodoci, eiuſque zelus in procuranda Hæreticorum Conuerſione.*

§. 3. *Moleſtiæ à propria Vxore Iodoco illatæ, ac huius fortitudo.*

Di V. S. Illuſtriſſima, e Reuerendiſſima.

Da Chiauenna 8. Gennaro 1624.

Deuotiſſimo Seruitore,

Frà Ignazio Bergamaſco Capuccino.

Supraſcriptæ Copiæ Literarum extractæ ſunt ex ſuis Originalibus in Archiuio Sacræ Congregationis de Propaganda Fide exiſtentibus in tomo primo Rhetiæ pag. 105. & 134., cum quibus collationatæ concordant. Saluo &c. Datum ex Ædibus dictæ Sacræ Congregationis hac die 30. Auguſti 1727.

Loco ✠ ſigilli.

Ita eſt B. Ruſpulus Secretarius.

Hoc

Num. 14. Particula Animaduerſionũ bo. me. Bottinij Promotoris Fidei ſuper V. Miraculo S. Stanislai Coſtkæ, deſumpta ex Poſitione ſuper Dubio Miraculorum diſtributa.

Hoc Quintum aſſertum Miraculum inſtantaneæ ſanationis Fauſti Vnikovvski Præpoſiti Ordinis S. Benedicti, qui Febri maligna correptus per ſeptem hebdomadas decubuerat, & Eccleſiæ Sacramentis refectus, dùm Sacrum pro eius ſalute ad Altare Beati celebraretur, e lecto ſurrexit, & proprijs viribus ad Templum duobus ſtadijs diſtans ſe contulit, & priſtinæ ſanitati fuit reſtitutus, non videtur ſatis probatum ex depoſitione duorum Teſtium &c.

Debiliorque redditur probatio, cum prædicti duo Teſtes non ſint inter ſe omninò concordes. Nam quartus ipſemet ſanatus dicit, quod die 28. Auguſti in feſto Sancti Auguſtini eo proceſſerat vis morbi, vt infirmus iàm deſperatus de vita, confeſſione facta, extrema vnctione munitus fuit, & media nocte vocauit P. Syluestrum ſui Ordinis Sacerdotem, rogauitque, vt Caliſſium ſummo mane pergeret, & in templo Patrum Societatis ad Altare Beati Sacrum perageret, vt apparet ex contextu Depoſitionis *Summario dicto pag.* 105. *à num.* 4. *& ſeqq.* Sextus verò Teſtis, qui fuit Socius dicti P. Sylueſtri, refert ſanationem contigiſſe ipſa die S. Auguſtini Sacra *Summario pag.* 106. *num.* 18. ibi = *Et fuit hæc die 28. Auguſti die Sancti Auguſtini, qua iuimus vterque &c. & pag.* 107. *num.* 21. *&* 22. ibi = *Quo finito adiuimus PP. Canonicos Regulares Feſtiuitati Sancti Auguſtini interfuturi, & ab ipſis inuitati ad commune refectorium comedimus prandium &c.* quæ diſcrepantia licet modica, eſt tamen conſiderabilis propter Teſtium paruitatem.

Sanatio verò quamuis appareat inſtantanea; nihilominùs tantùm probatur ab vnico Teſte, nempè ab ipſo Præpoſito, cum alter Caliſſim acceſſiſſet, vt Patri Sylueſtro miniſtraret, nec redierit, niſi ad Veſperas, *Summ. pag.* 107. *poſt num.* 21.

Num. 15. Particula Viſitationis Tabellarum Votiuarũ S. D. deſumpta ex Proceſſu Apoſtolico ſuper non Cultu fol. 150. ter. 151

In Dei &c. Ego infraſcriptus Notarius &c. Fidem facio, & atteſtor. Quod anno 1686. &c. die ſexta Iulij &c. in laterali Sacello Eccleſiæ Reu. Patrum Capuccinorum Oppidi, ſeù Ciuitatis Weldkirchenſis &c. Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Sac. Rom. Imp. Princeps, ac Dominus Vdaricus Epiſcopus Curienſis Iudex à Sac. Congregatione Rituum Delegatus præſentibus, ibidem Reuerendiſſimis Dominis Rudolpho de Salis, & Petro Sonderegger Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Curienſis Fidei Subpromotoribus, mihi præfato Notario dixerit, quod ipſe cum dictis Dominis Subpromotoribus Fidei facta diligentiſſima, & accuratiſſima perquiſitione, & viſitatione dictæ Patrum Capuccinorum Weldkirchienſium Eccleſiæ, Sacelli, & Altarium, nullam vllibi per totam Eccleſiam, aut Sacellum inuenerit Imaginem, Statuam, aut quidquam aliud, dictum Venerabilem Seruum Dei repræſentans &c. *Omiſſis alijs &c.*

Et fol. 157. *tergo* 158. = Propè hoc Confeſſionale Ciſta ſtabat erecta ſex Pedibus alta, quatuor lata, & paulo plus vno pede profunda, ſera ferrea clauſa, & commiſſa: in qua Ciſta, quià ſecundum relata dictorum trium Patrum Capuccinorum Ira-

ramento obſtrictorum, & etiam Reu. Patris Procuratoris Tabellæ votiuæ, Donaria, Vota, Anathemata, ac alia tenerentur incluſa, ea propter Illuſtriſſimus Dominus Iudex, quis Clauem haberet, inquiſiuit &c.

Hac igitur aperta, res variæ ibi conſeruatæ repertæ ſunt, & inprimis variæ Tabellæ numero quatuordecim &c. *Omiſſis alijs &c.*

Et fol. 164. *tergo* = Clauius denique ferrea, ab Energumena eiecta tunc, quando in Sacello Beatæ Virginis vbi Cranium dicti Venerabilis Serui Dei aſſeruatur, ſana euaſit, de quo latiùs in Proceſſibus ſuper Miraculis actum eſſe aſſerebatur. A

Hæc omnia &c.

Ioſeph Ignatius de Bildſtein &c. Notarius &c.

R E V I S A

Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei,

Jo. Zuccherinus

[illegible]

Proceſs. ſuper non Cultu Auctoritate Apoſtolica conſtructo *fol.136., & ſequen.*

Fidelis à Sigmaringa Ordinis Patrum Capuccinorum Concionatoris, & Guardiani, primique Miſſionarij de Propaganda ab Hæreticis in Fidei odium interfecti ex antiquo ſuo Sepulcro ad aliud ſub humo effoſſum, nempè ad ipſam Gryptam Epiſcopalem &c.

Celſiſſimus ergo, ac Reuerendiſſimus Princeps Epiſcopus altèiam fatus ad huiuſmodi inſtantias gratiosè aſſentiens Reuerendiſſimo Domino Corradino à Mohr Canonico Curienſi, & eiuſdem Cathedralis Eccleſiæ Præpoſito tanquam in hac parte ſpecialiter à ſe delegato mandauit, vt ad effectum prædictum oſſa Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis &c.è priori Sepulchro extracta in allo eiuſdem Eccleſiæ loco ſub humo decenter recondi, ac ſepeliri curaret &c.

Hunc Sacrophagum, cum è Sepulchro extraxiſſent, & iuſſu Reuerendiſſimi Domini aſſeruiſſent, alium in eo Ciſtam, ſeu Sacrophagum itidem ex ligno quatuor pedibus longum 1 $\frac{1}{2}$ latum, & profundum reperuerunt, claris æquè inſuper, & ligaturis ferreis benè munitum, & ſigillo, quod in Cera hiſpanica, & Chartà pergamena circa iuncturas angulares circumducta impreſſum fuerat diligenter obſignatum. Huic Ciſtæ affixa deſuper extitit charta etiam pergamena, cui inſcripta legebantur hæc verba. CORPVS BEATI FIDELIS CAPVCCINI MARTYRIO AFFECTI IN SEVIS ANNO DOMINI Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo.

A Inſcriptio appoſita Sepulchro S. D.

Primo itaque Sacrophago, in quo Calx quondam Corpori Martyris ſuperinfuſa, & in Cineris nondum diſperſa iacuit, rurſùs occluſo, & vt ante obſerato, & in Sepulchro repoſito; dum Frater Leodegarius Sepulcrhum fractum redintegraret, & reſtauraret, interea Reuerendiſſimus Dominus ſæpèdictus Ciſtam præfatam, ſeu Sagrophagum interiorem fracto ſigillo, & claui, ac ligaturis ferreis reſeratis aperiri mandauit, in qua quidem oſſa, ſeu Reliquiæ humani Corporis adeſſent &c.

Acta ſunt hæc omnia die, hora, menſe, & anno, vt ſupra præſentibus &c.

Num. 11. Teſtes ſuper cultu iam præſtito SeruoDei, ac illius remotione cum alijs circumſtantijs deſumpti ex ſupradicto Proceſſu Apoſtolico ſuper non cultu

§. 1. *Magna Populorum deuotio erga D.S., quæ originem habuit à fama, & tempore Martyrij.*

I. *Teſtis D.Sebaſtianus Stuzenbergen ætatis annorum* 49. *Ad II. Interrogat. Proc. fol.* 188. *& tergo.*

Reſpondit. Se ſcire Populum, habere deuotionem erga dictum Venerabilem Seruum Dei, & præſertim Populum Veldkirchenſem, inſuper, & Incolas adiacentium locorum, & Prouinciarum, nempè Heluetos, Sueuos, Rhætos, Brigantinos; Blucentinos, Montifontanos &c. hancque deuotionem prouenisse ex fama Martyrij, & gratijs impetratis, & miraculis patratis, eamque incepiſſe a tempore Martyrij, maximè ab eo, quo Cranium translatum fuit Veldkirchium, quæ deuotio non tàm priuatim, quàm publicè demonſtratur, & conſiſtit in petendo impſitionem Cranij, affixione anathematum, ſeu Tabellarum votiuarum. Item quod in die obitus d. Serui Dei in Sacello Beatæ Virginis Mariæ apud Patres Capuccinos hucuſque fuerit *cantatum Sacrum ſolemne de Beata Virgine*, cum

§. 2.
Signa venerationis preſtitę S.D.

cum magno concurſu Populi, & prædictam Populi deuotionem hactenus ſemper, & in dies, fuiſſe, & eſſe auctam, donec innotuerit. Decretum fel.record. Papæ Vrbani Octaui. Nunc autem publicam deuotionem eſſe diminutam cum admiratione Populi, cum non amplius cantatum ſit hoc anno illud Sacrum, reddendo cauſam ſcientiæ eo, quod ipſe viderit magnum ibi fuiſſe concurſum Populi &c.

§. 3.
Ceſſatio celebrationis Miſſæ quolibet anno poſt habitam notitiã Decretorum ſa: me: Vrbani VIII cum alijs circũſtantijs.

Ad 15. *Interrogat. Proc. fol.* 189. *tergo* 190.

Reſpondit. Se vidiſſe, quod circa, & propè Cranium dicti Serui Dei (de Sepulchro ſibi nihil conſtare aſſerit) vbi extat, & etiam in alijs Eccleſijs, Oratorijs, & locis publicis extitiſſe, & retentas fuiſſe Imagines dicti Serui Dei cum gladio, & fuſte, alias cum radijs, alias cum palma, alias cum corona, ſeù lauro &c. pictas, & vnam quidem in ſua Eccleſia Parochiali, in Sacello vero Beatæ Virginis apud Patres Capuccinos, vt & in Cœmeterio VeldKirchenſi ſe plures vidiſſe, quo verò tempore illuc poſitæ fuerint, & à quibus dicit ſe neſcire quoad alia loca, quoad Cœmeterium verò dicit ab hæredibus Defunctorum; qua autem de cauſa, & occaſione dicit id in Sacello Beatæ Virginis factum pro impetrandis beneficijs, & pro gratiarum actione ob beneficia accepta. Has verò Imagines ibi retentas fuiſſe vſque ad notitiam Decretorum felic. recordat. Vrbani Octaui, tunc verò à duobus, & tribus ſcilicèt menſibus cæpiſſe eas amoueri, ac hodiè, & modo nullas ampliùs extare, aſſignando cauſam ſuæ ſcientiæ, eo quod loca, in quibus fuerunt, ſæpiùs frequentauerit, & in illis antea aſſixas, modo autem amotas eſſe ipſe met viderit.

§. 4.
Retentio Imaginum S. D. cum ſignis ſanctitatis, & Martyrij in locis Sacris.

§. 5.
Remotio dd. Imaginum poſt habitam notitiam dd. Decretorum cum circumſtantia temporis.

Ad 17. *Interrogat. Proc. fol.* 190., *&* *ter.* 191.

Reſpondit. Se vidiſſe circa, vel propè Cranium vbi aſſeruatur (de Sepulchro autem, & alijs Imaginibus dicti Serui Dei, ſe nihil poſſe quoad hæc atteſtari, aſſerit) oblata, appenſa, & retenta fuiſſe vota, & Tabellas votiuas, & ſe hoc à Nouennio, quo VeldKirchij moratur vidiſſe, & obſeruaſſe, cuius autem authoritate, vel permiſſu dicta vota, & Tabellæ votiuæ ab Accolis, & Ciuibus, quos tamen determinare non poſſit, oblatæ illi retinebantur, teſtatur, ſe neſcire, niſi fortè conniuentibus, non tamen iubentibus Capuccinis, fuiſſe autem tabellas votiuas numero (quantum recordetur) quindecim in Sacello Beatæ Virginis Eccleſiæ Patrum Capuccinorum. Verùm hodiè nullas ibi extare, ſed omnes fuiſſe, & in totum à tribus circitèr menſibus amotas ex cauſa, & occaſione, quod innotuerint Decreta felic. recordat. Vrbani Octaui prohibentia talia ante declarationem, & annumerationem alicuius inter Sanctos, aut Beatos publicè non retineri, & appendi. Ne igitur Proceſſus Beatificationis, ſeù Canonizationis Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis, qui dicebatur aſſumendus per talem affixionem, & retentionem talium tabellarum impediretur eas fuiſſe iuſſu duorum Patrum Guardianorum amotas, qua autem authoritate id factum hoc ſe neſcire. Amotas verò fuiſſe è dicto Sacello deportatas in interiorem Sacriſtiam, & in aliqua ciſta quatuor circitèr pedibus lata, & ſex circiter pedibus longa, ſeù

§. 6.
Retentio Anathematum circa Cranium S.D.

§. 7.
Remotio eorundem Anathematum cum circumſtantia temporis

 alta,

alta, & ad parietem verſus Ciuitatem ſituata hodie incluſas detineri, dicendo cauſam ſcientiæ ſuæ, quod dictam Ciſtam petierit videre, & viderit,

Ad 21. Interrogat. Proc. fol. 191. tergo 192., & tergo.

§. 8. *Publica veneratio præſtita Cranio V. Serui Dei cum celebratione Miſſæ ſolemnis quolibet anno.*

Reſpondit. Quod viderit, & audiuerit, & ſciat, quod circa dictum Cranium (de cœteris ſibi nihil conſtare aſſerit) extiterit aliquid actum, factum, & geſtum, quod publicæ venerationis, & Cultus ſignum præſeferebat, & id conſtitiſſe, in impoſitione Cranij, & in eo, quod ſingulis annis in Anniuerſario obitus hùc vſque fuerit conſuetum cantandi Miſſam de Beata Virgine in Altari Sacelli, vbi Cranium aſſeruatur, abſque vlla tamen memoria facta de Venerabili Seruo Dei fratre Fidele, hoc anno autem hanc Miſſam, quæ alias ex magna, & ſingulari deuotione, qua in memoriam huius Serui Dei feruntur, fuit à Magiſtratu ſæculari VeldKirchienſi inſtituta; omiſſam fuiſſe. Cranium verò impoſitum fuiſſe petentibus, & accedentibus à quodam Patre Capuccino in Sacello Beatæ Virginis ſæpedicto ſub Inuocatione Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum ſine expreſſa commemoratione Patris Fidelis quo à tempore incæperit iſta impoſitio dicit, ſe initium huius neſcire, & ſibi tantum conſtare de Nouennio. Verùm iſta omnia modò, & de præſenti, ac ab aliquo tempore, nimirum à tribus circitèr menſibus ceſſaſſe. Cœterum ſe vltra nihil ſcire, quod exiſtat, quod ſignum publicæ venerationis, & cultus præſeferat, imò probabiliſſimè exiſtimare, quod nihil poſſit eſſe talem publicum cultum præſeferens, quod tanquam ipſe deponens ignoret, aut ſcire nequeat, eo quod publicè è Cathedra fuerit ab ipſis Patribus Capuccinis ſe deponente id vidente, & audiente, ter promulgatum, vt ab omni publica veneratione Venerabilis huius Serui Dei ad mentem Summorum Pontificium abſtineatur, & quod ipſe ſit vicinus Eccleſiæ Patrum Capuccinorum, & quaſi ſingulis diebus ad eam veniat, & nullum omninò cultum exhiberi videat.

§. 9. *Ceſſatio à celebratione d. Miſſæ tempore proximo examini ipſius Teſtis.*

§ 10. *Omnimoda ceſſatio à quacunque veneratione paulo ante examen Teſtis.*

§. 11. *Publica monitio facta per Patres Capuccinos ſuper remotione cultus.*

II. *Teſtis D. Chriſtophorus Broehb à Vveiſſenberg ætatis annor. 67.*

Ad 11. Interrogat. Proc. fol. 198., & tergo.

§. 12. *Magna Populorum deuotio erga D. S. cum applicatione illius Cranij.*

Reſpondit. Se ſcire, quod Populus habeat deuotionem erga dictum Venerabilem Seruum Dei Patrem fidelem, & ſignantèr Patriotæ, Auſtriaci, Bohemi, Sueui, in quibus Regionibus ipſe deponens fuerit; incæpiſſe autem hanc deuotionem ab eo tempore, quo fuit occiſus, eamque, & priuatim, & publicè demonſtratam fuiſſe, & demonſtrari, vnum verò hanc, alium aliam deuotionem habere præcipuam autem fuiſſe impoſitionem Cranij dicti Serui Dei ſuper capita hominum; hanc quoque deuotionem à ſua retro memoria ſemper, & continuò fuiſſe auctam, & adhùc eſſe apud Populum, verùm ab eo tempore, quo innotuit Decretum felic. record. Vrbani Octaui deuotionem fuiſſe diminutam, cum Cranium ampliùs non imponatur, reddendo cauſam ſcientiæ, quia ita vidit.

§. 13. *Ceſſatio deuotionis, & applicationis poſt notitiam dd. Decretorum.*

Ad 14. Interrogat. Proc. fol. 199., & tergo.

Reſpondit. Dictum Cranium in Eccleſia publicè non exponi, atque à tribus iam menſibus, nèc publicè, nec priuatim id oſtendi,

§.14.
Ceſſatio ab oſtenſione, & applicatione d. Cranij paulo ante examen Teſtis,

di, neque dari ad oſculandum ijs, qui ob particularem deuotionem erga dictum Seruum Dei hoc petunt, adeoque de facto nullam adhiberi cautelam, cum de præſenti, & modò non oſtendatur, aut oſculandum rradatur, verum ante hoc dictum Cranium fuiſſe oſtenſum, & ad oſcultandum traditum, & capitibus accedentium impoſitum ianuis Eccleſiæ apertis cum aſſiſtentia alicuius Patris Capuccini ſinè Veſte chorali, & ſine inuocatione Ven. Serui Dei Fratris Fidelis; ſed ſolùm ſub inuocatione Beatæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, modo autem ab hoc ceſſatum eſſe, & non ampliùs, ac à tribus menſibus practicari.

Ad 15. Interrogat. Proceſſ. fol. 199. ter. 200.; & tergo.

§.15.
Expoſitio Imaginum S. D. in locis Sacris.

Reſpondit. Se vidiſſe, & ſcire, quod circa, vel propè Cranium dicti Serui Dei, nimirum in Sacello Beatæ Virginis Eccleſiæ Patrum Capuccinorum Veldchirky, vbi dictum Cranium aſſeruatur, & extat (de Sepulchro ſe nigil poſſe teſtari aſſerit circa hoc punctum) ac etiam in alijs Eccleſijs, & locis publicis, nimirum in Cœmeterio VeldKirchienſi, & eius Eccleſia aliquando extiterit, & retentæ fuerint Imagines dicti Serui Dei, quo à tempore in dictis locis poſitæ fuerint, & quamdiu à parte ante ibidem retentæ, aſſerit ſe neſcire, verum dictas Imagines modo, & de facto non ampliùs retineri, & ab eo tempore, quo ipſis innotuit decretum felic. recordationis Vrbani VIII.; illas non amplius extare, ſed amotas fuiſse, & in Sacello, ac Eccleſia Patrum Capuccinorum antè tres menſes, in Cæmeterio vero, & eius Eccleſia primum ab octidio credere autem ſe, quod in hoc loco, nempè in Cæmeterio, & eius Eccleſia non ſtudio, ſed ex inaduertentia poſt promulgationem, & notitiam dicti Decreti &c. tamdiu relictæ fuerint. Illas autem, quæ erant in Sacello fuiſse à Patribus Capuccinis, alias verò in Cæmeterio, & eiuſdem Eccleſia, tum à Cappellano, tum à ſe ipſo deponente tanquam Procuratore dictæ Eccleſiæ remotas ex cauſa, vt paritio præſtetur Decretis Sedis Apoſtolicæ, & ne Proceſsus Beatificationis, & Canonizationis huius Venerabilis Serui Dei, qui dicebatur aſsumendus impediatur.

§.16.
Remotio dd. Imaginum poſt habitam notitiam dd. Decretorum paulo ante examen Teſtis.

Cæterum quæſitus de circumſtantijs Imaginum, & vt illas deſcribat, teſtatur, illam Imaginem, quæ fuit in Eccleſia Cæmeterij, poſita fuiſse depictam in gloria penes Sanctum Carolnm Borromæum, & alios Sanctos. Cæteras verò, ſe accuratè non poſse deſcribere, quia non aduertit ad eas tàm diligentem, ſcire autem ſe aliquos fuiſse pictas cum gloria, alias cum radijs, alias cum palma, laureola &c., alias ſinè talibus ſignis, & cū ſolo gladio, & fuſte, reddendo ſuper ſuis aſsertis, & affirmatis cauſam ſcientiæ proprium viſum, & ſenſum.

§.17.
Deſcriptio ſignorum ſanctitatis, quæ dd. Imaginibus erant appoſita.

Ad 17. Interrogat. Proc. fol. 201., & tergo.

Reſpondit. Se ſcire etiam ante quinquaginta annos, & etiam ab vno anno, quo iterum VeldeKirchij moretur, quod circa, & propè Cranium dicti Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis à Sigmaringa (de Sepulchro, & Imaginibus ſibi quoad hoc interrogatorium nihil conſtare aſscrit) fuerint appenſa, oblata, & retenta vota, donaria, anathemata, & Tabellæ votiuæ in Sacello Beatæ Virginis apud Patres Capuccinos tam ex parte dexte-

§.18.
Diuturna retentio anathematū circa Cranium S.D.

dextera, quàm ſiniſtra Sacelli, & eorum aliqua fuiſse argentea, aliqua cerea, aliqua depicta, & quidem diuerſarum figurarum, vtpotè capitis, manuum, brachiorum, pedum, & omnis generis membrorum, quorum tamen numerum determinatum, neque circumcirciter exprimere, aut dicere poſſit, cum ipſum neſciat, ſicut etiam non ſciat à quo, vel quibus oblata fuerint, & cuius authoritate ibi retenta, niſi permiſſione Patrum Capuccinorum. Verum prædicta modo non ampliùs retineri, ſed omnia, & in totum amota fuiſse à tribus menſibus, ne contraueniatur prohibitioni Apoſtolicę Sedis. Quantum ipſe ſciat, & vt faciliteur, vel ſaltem non impediatur Proceſsus Canonizationis &c. qui aſsumendus dicitur. Cuius autem authoritate, & iuſsu illuc remota fuerint, dicit ſibi non conſtare. Cæterum amota portata fuiſse, & in interiorem Sacriſtiam apud Patres Capuccinos, ibique hodiè retineri in aliqua ciſta lignea altitudinis quinque circiter pedum, latitudinis ſimiliter qu in que pedum, clauſa, & obſerata vnica ſera, quem locum, & Ciſtam ipſe deponens proprijs oculis viderit, & hanc ocularem ſuam viſionem eſse cauſam ſcientiæ.

§. 19. Remotio dd. anathematum paulo ante examen Teſtis.

Ad 19. Interrogat. Proc. fol. 202., & ter.

Reſpondit. Se audiuiſſe, & vidiſſe aliquando aliquas Imagines dicti Serui Dei Patris Fidelis picta cum radijs, ſplendoribus &c. tàm in Eccleſijs (non tamen ſupra, vel propè Altaria) & alijs locis publicis, & priuatis extitiſſe, modo autem, & de præſenti in locis publicis non amplius extare, ſed amotas eſſe, an verò in priuatis locis adhuc extent ſibi id non conſtare, fuiſſe autem in aliquibus Imaginibus, quas vidit depictum Patrem Fidelem per modum ſtantis, & non per modum orantis, quod autem tales fuerint ſe neſcire, vnius verò ſe recordari, in qua Seruus Dei depictus erat penes Sanctum Carolum Borromæum, & in alia Tabella votiua penes Sanctum Antonium de Padua, & hunc vltimam vidiſſe ſe in Sacello Beatæ Virginis Capuccinorum ad murum pendentem, priorem vero in Eccleſia Cemeterij Sanctis Apoſtolis Petri, & Paulo dicata, & ita ſe obſeruaſſe ab anno, quo iterum Veldkirchij moretur vſque ad illarum amotionem, & ſe proprijs oculis vidiſſe, quod modo ſint remotæ ex dictis locis.

§. 20. Expoſitio Imaginum S. D. cum ſignis ſanctitatis in locis Sacris cum ſubſecuta remotione.

Ad 21. Interrogat. Proc. fol. 203., & ter. 204.

Reſpondit. Se quoad Sepulcrum in hoc puncto nihil poſſe deponere. Circa Cranium verò dicti Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis aſſerit, quod viderit, & ſciat extitiſſe aliquid factum, actum, & geſtum, quod aliquid venerationis, & cultus ſignum præſeferebat, & conſtitiſſe illud potiſſimè in poſſeſſione Cranij dicti Venerabilis Serui Dei ijs, qui illud petierunt, facta, & accepta ante Altare Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, quam ſimplex, & rudis Populus fortè non intelligebat; hanc autem impoſitionem fuiſſe factam, & peractam ab aliquo Patre Capuccinorum, ſine Stola tamen, & Superpelliceo, & ſine accenſis Cereis, & Candelis, impoſitionem iſtam factam omnibus petentibus, & accedentibus, & quantum ipſe Deponens, & Teſtis recordatur, vltra quinquaginta annos continuatam, & in ſepedicto Sacello Beatæ Virginis in Eccleſia Patrum Ca-

§. 21. Actus applicationis Cranium S. D. factæ petentibus, etiam tempore diuturno.

Capuccinorum peractam fuiſſe. Cæterum ſe ſimilitèr certo ſcire, quod modo, & de præſenti nihil agatur, fiat, & geratur, quod publicæ venerationis, & cultus ſignum præſeferat, nec aliquod tale ſignum eſſe poſſe, quod ipſe hac in parte [loquendo ſolùm de Cranio, de cæteris enim ſe nihil teſtari poſſe] ignoret, aut ſcire nequeat, redditque hanc ſui dicti cauſam, & rationem ſcientiæ, eo quod ſit valdè vicinus Eccleſiæ Patrum Capuccinorum, & quaſi quotidiè eam frequentet ad audiendam Miſſam, & continuam cum ipſis habet familiaritatem, audiueritque ipſe à PP. Capuccinis è Cathedra in Eccleſia Parochiali Veldchirchienſi in magno Populi concurſu publicè fuiſſe publicatum Cranium Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis. Deinceps nulli amplius imponendum, nec oſtendendum deuotionis venerationis, aut religionis gratia, nec ad oſculandum, tradendum, & hoc obſeruatum fuiſſe iàm à tribus circitèr menſibus, quo tempore fuit iſta publicatio facta, eodemque eum ab eo tempore, nempè à tribus menſibus nullum ſignum cultus, & venerationis extet, illud de facto in nullo conſiſtere. Inſuper teſtatur, quod de facto nullæ Imagines, aut alia quæcumque cultum præſeferentia reperiantur, & hoc ſe teſtari poſſe, quia partim viderit, partim notitiam hauſerit ex alijs fide dignis, & publica fama.

§. 22. Ceſſatio à præſtatione cultus tempore ipſius examinis.

§. 23. Monitio facta per Patres Capuccinos ſuper dicta ceſſatione cultus.

§. 24. Remotio Imaginum S. D. tempore examinis id facta.

III. *Teſtis D. Franciſcus Ignatius Furſtein ætatis annorum* 53. *Ad* 11. *Interrogat. Proc. fol.* 208.

Reſpondit. Quod ſciat Populum habere deuotionem erga dictum Seruum Dei præcipuè VeldKirchenſem, & circumadiacentium, ac vicinarum Regionum, & Locorum, quo à tempore hæc, aut talis deuotio præcisè cæperit, dicit ſe neſcire, ab eo tamen tempore, à quo moratur VeldKirchij, nimirum à viginti duobus annis ſemper fuiſſe habitam aliquam deuotionem, & hoc ex credito Martyrio, quæ deuotio non tantùm priuatè, ſed, & publicè demonſtrabatur, dicitque hanc deuotionem conſiſtere in impoſitione Cranij, & oblatione votorum, ac applicatione veſtimentorum, *& eam ſemper fuiſſe magnam, & auctam*, neque vnquam diminutam, niſi ab eo tempore, quo Patres Capuccini, nimirùm Pater Perfectus tunc Guardianus ante tres circitèr menſes è ſuggeſtu publicauerit ex mente Summi Pontificis vota, & alias Imagines debere amoueri, & caput nemini deinceps imponi, & ſe deponentem audiuiſſe hæc, & vidiſſe.

§. 25. Magna Populi deuotio erga D. S. cum ſignis venerationis.

§. 26. Publica monitio per Patres Capuccinos facta ſu per cultus remotione.

Ad 15. *Interrogat. Proc. fol.* 209., *& ter.* 210.

Reſpondit. Se circa Sepulchrum nihil vidiſſe, nec alia ratione ſcire, ſed circa locum, vbi Cranium aſſeruatur, ſe ſcire, & vidiſſe, quod extiterint, & retentæ fuerint Imagines dicti Serui Dei, nempè in Sacello Beatæ Virginis Eccleſiæ Capuccinorum Veldhirchij ad parietem affixa. Teſtatur inſuper ſe vidiſſe, quod extiterit, & retenta fuerit vna Imago dicti Ven. Serui Dei appenſa muro extra, & ſupra dictam Cappellam Beatæ Virginis, quæ Imago erat integræ, & iuſtæ ſtaturæ cum Inſtrumentis paſſionis, gladio ſcilicet, & fuſte eum ſubſcriptione Patris Fidelis pro fide vigeſima quarta Aprilis millesimo

§. 27. Expoſitio nonnullarum Imaginum S. D.

conſequenter in ipſam Sanctam Matrem Eccleſiam cum multis cachinnis, & illuſionibus inſurgerent.

IV. *Teſtis D. Ioannes Zacharias Peller ætatis annorum* 33.

Ad 11. *Interrogat. Proc. fol.*216. *ter.*217.

Reſpondit. Quod ſciat Populum habere deuotionem erga dictum Seruum Dei, & pręcipuè Populum VeldKirchenſem, aliorumque locorum adiacentium, & hoc propter famam Martyrij, & Sanctitatis, quo autem tempore iſta deuotio inceperit, ſe id neſcire, deuotionem hanc, & priuatim, & publicè demonſtrari, quæ potiſſimum conſiſtit in viſitatione Cranij, & impoſitione eiuſdem Capitibus Populi Dei, ac in appenſione votorum, & tabellarum votiuarum, ac donariorum, & anathematum, actus propter eorum multitudinem ſe non poſſe recenſere, & iſtam deuotionem ante hac nunquam fuiſſe diminutam, ſed ſemper potius auctam, niſi ab eo tempore, ſcilicet tribus menſibus, quo Patres Cappuccini ex Cathedra publicarunt Decretum Vrbani Octaui, reddendo cauſam huius ſuæ ſcientiæ, quia audiuit, & vidit ipſe met Teſtis.

§.32. *Magna Populi deuotio erga D. S. cum ſignis publicæ venerationis ei præſtitæ.*

§.33. *Ceſſatio Cultus, qui præſtabatur S. D., ob publicā monitionem à Patribus Capuccinis factam.*

Ad 15. *Interrogat. Proc. fol.*218., *& ter.*219.

Reſpondit. Se quoad Sepulchrum nullas Imagines vidiſſe ibi nec aliter ſcire, quod ibi aliquæ extiterint, vel retentæ fuerint Imagines dicti Serui Dei; Cęterum quoad Cranium, & alias quaſdam Eccleſias, Oratoria, non autem loca publica ſe vidiſſe circumcirca in ijs extitiſſe, & retentas fuiſſe Imagines dicti Serui Dei, nimirum in Sacello Beatiſſimæ Virginis Eccleſiæ Patrum Capuccinorum, item in Eccleſia Parochiali Pagi de Ranchvveil, item in Oratorio, ſeù Sacello ad Imaginem Beatiſſimæ Virginis compatientis dicato. Quoad locum loci teſtatur, quod nullibi ſupra Altare, ſed ad parietes ex vtroque latere, vnam in dicto Sacello Beatiſſimæ Virginis, & vnam maiorem ſupra, & extra dictum Sacellum in Eccleſia Parochiali de Ranchvveil, vnam Imaginem muro affixam ante Sacellum Lauretanum in Sacello Beatiſſimæ Virginis compatientis ſub Porticu ante ingreſſum viderit, viſas autem Imagines deſcribit taliter, & quidem maiorem ante dictun Sacellū Bmę Virginis Capuccinorum meminit ſe vidiſſe pictam integræ ſtaturæ cum palma, & Inſtrumentis paſſionis, gladio ſcilicet, & fuſte Pręteɡouienſe clauis ferreis armata in manibus deſuper volitante Angelo Laureolam eminùs oſtendente cum ſubſcriptione iſthac Reuerendus Pater Fidelis Sigmaringanus pto fide occiſus &c. alteras duas in hoc eodem Sacello ſe vidiſſe quantum meminit cum palma, & Inſtrumentis paſſionis in manibus abſque laureola, aut corona pictas, talis formæ fuerunt etiam quantum Teſtis recordatur, illa imago in Ranchvveil, altera in Sacello Beatæ Virginis compatientis propè VeldKirch ſito, quoad tempus appoſitionis dictarum Imaginum ſibi nihil conſtare, excepta maiori ante Sacellum Beatæ Virginis Capuccinorum ante tres circiter annos appoſita, dictaſque Imagines retentas fuiſſe vſque ad publicationem, & notitiam Decretorum Vrbani Octaui, & Sac. Rituum Congregationis, ante tres ab hinc menſes habitam. Teſtatur

§.34. *Retentio Imaginum S. D. cum ſignis Martyrij in Locis Sacris*

§.35. *Continuatio ſupradictæ retentionis vſque ad notitiam Decre-*

torum ſan. mem. Vrbani VIII., paulò ante examen cum ſucceſſiua amotione.

autem eiuſmodi Imagines non amplius retineri in dictis locis, ſed amoras fuiſſe ante tres menſes, à quo autem ſe neſcire cauſam amotionis, credens eſſe publicationem, & notitiam Decretorum prefatorum, occaſione qua reaſſumendus credebatur Proceſſus Canonizationis eiuſdem Venerabilis Serui Dei, reddit cauſam ſcientiæ, quod partim viderit, & partim audiuerit.

Ad 17. Interrogat. Proc. fol. 219. ter. 220.

§. 36. *Retentio Anathematum circa Cranium S. D.*

Reſpondit. Sibi circa Sepulchrum nihil conſtare, ſed teſtatur, quod viderit, & ſciat circa locum, & in Sacello, vbi aſſeruatur Cranium, oblata, appenſa, & retenta fuiſſe vota, anathemata, & Tabellas votiuas; non autem alia donaria, à quo tempore autem, vel cuius authoritate, vel permiſſione ibi retinerentur, & à quo, vel quibus oblata fuerint ſe neſcire, ſimiliter numerum præciſum ignorare, fuiſſe tamen viginti circiter, aut plura, prędicta vota, anathemata, & tabellas votiuas appenſas fuiſſe ad parietes dictæ Cappellæ Beatiſſimæ Virginis Capuccinorum, quæ omnia in totum amota fuerint, & de preſenti ibidem non amplius retineantur à tempore trium menſium occaſione reaſſumendi Proceſſus Beatificationis &c. Venerabilis Serui Dei Fratris Fidelis &c. ad parendum Decretis Summorum Pontificum, cuius autem authoritate, & iuſſu, ſe neſcire. Cęterum quo in loco amotæ tabulæ, & anathemata, ac vota repoſitæ ſint, & hodie retineantur ſibi nihil conſtare, cum nec viderit, nec aliundè ſciat ſupradictorum aſſertorum reddens rationem ſcientiæ, quod ita proprijs oculis viderit.

§. 37. *Remotio dictorũ anathematum paulò ante examen Teſtis.*

Ad 10. Artic. Proc. fol. 223., & ter.

§. 38. *Periculum ſcandali tam apud Catholicos, quã penes Hæreticos in caſu, quo Cranium remoueretur è loco, vbi repoſitum erat.*

Reſpondit. Se veroſimilitèr credere, quod ex remotione Cranij è dicto loco oriturum eſſet graue ſcandalum tum apud Chriſtifideles, tùm apud Hęreticos vicinos, apud illos quidem, quod ſi remoueretur ſe hactenus deceptos fuiſſe conqueſturi eſſent, poſteriores verò inde anſam ſumerent illudendi, & irridendi Chriſti-fideles.

V. *Teſtis Pater Caſtus Weldkirchienſis Religioſus Profeſſus Ordinis Capuccinorum ætatis annorum 50. Ad 10. Artic. Proceſſ. fol. 232. & tergo.*

§. 39. *Periculum ſcandali vt ſupra quoad Catholicos.*

Reſpondit, Quod dictum Cranium à ſupradicto loco remoueri nequeat, niſi cum grauiſſimo tum Chriſti-fidelium, tum Hæreticorum ſcandalo, adducendo has rationes, quoad Chriſtifideles quidem, quod iſti Miracula patrata eſſent velipenſuri, & ſuſpicaturi, eadem leuius credita fuiſſe. Item quod deuotio erga prædictum Ven. Dei Seruum apud eoſdem Chriſtifideles diminueretur, & ipſi conqueſturi eſſent, quod fortè hactenus decepti fuiſſent, prout de facto Populus Weldkirchenſis, & circumiacens non ſine aliquo murmure, & admiratione audiuit prohibitionem, vel negationem impoſitionis Cranij. Quoad Hæreticos verò, quod iſti in ſuo errore firmarentur, & alios etiam veros, & licitos cultus, & Reliquias Sanctorum pro ludibrio, & impoſturis habituri, & tam contra Eccleſiam Catholicam, quàm Religionem Seraphicam Capuc-

§. 40. *Comprobatio eiuſdẽ ſcandali.*

§. 41. *Periculum ſcandali quoad Hæreticos, vt ſupra §. 39.*

puccinorum ſcommata ſparſuri eſſent, & hæc ſecutura ex remotione dicti Cranij eſſe publicam vocem, & famam.

Num.12. Epiſtola vnius ex IudicibusRemiſſorialibus Proceſſus anno 1710. in cauſa confecti ſuper nouis Miraculis

EX PROCESSV CVRIENSI APOSTOLICO

Super Miraculis fol.1. ad 3. tergo.

Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Domini.

Litteræ Remiſſoriales, quas Eminentiæ Veſtræ Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Curienſi direxerunt in Cauſa Beatificationis, & Canonizationis, ſeù Declarationis Martyrij Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis à Sigmaringa Ordinis S. Franciſci Capuccinorum primi Miſſionarij de Propaganda in odium Fidei ab Hæreticis interempti &c. mihi infraſcripto ad manus conſignatæ ſunt, cum dictus Dominus Epiſcopus Curienſis in actuali Viſitatione quarumdam Partium ſuæ Diœceſis conſtitutus huic Proceſſui ſuper nonnullis Miraculis per Interceſſionem dicti Patris Fidelis ab Altiſſimo patratis præſens adeſſe non potuerit &c. Veritas eſt, quod nobiſcum etiam alij Catholici Rhæti, præſertim Nobiliores in iſta gente, ſemper ſperauerint ad hunc Sanctum Canonizationis effectum attingere, ne Hæretici, vt ſolent, vetra glorientur, Romæ quoque mortem, & putatiua Miracula Patris Fidelis parùm attendi. Sed anno milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo ſexto è contrario qualemcumque Cultum erga hunc noſtrum Martyrem per Proceſſum reſtringi vidimus, haud abſque deſolatione multarum, qui potiùs huius Serui Dei Beatificationem, & Canonizationem, ſeù Declarationem Martyrij expectauerunt, quatenus ità veram Fidem contra hæreſim triumphantem ante oculos haberent.

§. 1. *Remotio Cultus Seruo Dei præſtiti anno 1686. expleta.*

Verum etſi tunc votis minimè potiti fuerimus, ſpes noua tamen, & mihi, & alijs Catholicis accreſcit ex eo, quod ipſum Cœlum videatur talem Canonizationem vrgere, cum Altiſſimus per huius Serui Dei Interceſſionem tàm ſplendida, & manifeſta Miracula atque prodigia patrare non ceſſet &c. Si verò Miracula vera poſt mortem Martyrum facta, teſtimonia Diuinæ perſeuerantiæ in finem, & formalis Martyrij eſſe credantur, eo quod omniſcius, & Omnipotens Deus per huiuſmodi ſigna nec fallere, nec falli poſſit; ideò firmiſſima ſpe viuo (prout ex hiſce demiſsè rogo) quod Eminentiæ Veſtræ horum intuitu ſæpedicti Venerabilis Serui Dei Patris Fidelis merita, & nobile Martyrium declaraturæ, & toti Mundo per Canonizationis actum demonſtraturæ ſint, ad præcedentes tot Summorum Principum qua Sæcularium, qua Sacrorum Inſtantias, & intuitus maximi fructus tùm inter Catholicos, tùm inter Hæreticos, quorum multi ad Fidem conuerſi, & alij non pauci ad eamdem aſpirant; ne dicam de ingenti ſpirituali ſolatio, & inter Rhætos Catolicos, & in tota Natione Germanica ad maiorem Dei Gloriam infallibiliter orituro. Hiſce me humillimè commendo, & maneo.

§. 2. *Pondus, ſiue releuantia Miraculorum interceſſione S. D. patratorum.*

Eminentiarum Veſtrarum.

Seruus Obſequentiſſimus

Rodulphus Comes de Salis Abbas Infulatus S. Crucis de

Mura, ac Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis Curienſis, & in hoc Proceſſu Vicarius Epiſcopalis &c.

E' Loco Alteſtatt Diœceſis Curienſis Prouinciæ Moguntinæ duodecima Iulij milleſimi ſeptingenteſimi decimi.

Num. 13. Binæ Epiſtolæ ad Sac. Congregationem de Progadanda Fide ſuper qualitate, & Conſtantia Iodoco conuerſi ad Fidem Catholicam per R. Ignatium à Bergomo Miſſionarium Capuccinum conſcriptæ.

Illmo, e Rmo mio Signore.

Per due meſi, e più da coſtì non mi ſon mai capitate Lettere, l'altro ieri impaſſando per Chiauenna per venire à Morbigno ad abbocearmi con l'Eccellentiſſimo Signor Marcheſe di Bagni per ordine dell'Illuſtriſſimo Signor Nunzio trouai à caſo vn piego di cinque Lettere della Signoria Voſtra Illuſtriſſima &c. Hanno di più li Predicanti inſinuato à queſti Popoli, che noi Papiſti gli leuiamo li tre Libri della Scrittura, che ſono in lor lingua, per ingannarli; ſiche il leuargli tutti li libri ſenza auer altri libri da dargli, cagiona in loro mali effetti; ſin'ora hò leuato in tutto quello hò potuto detti libri, fuoriche il Teſtamento; perche non hò trouato il poterlo fare, ſe prima non aueuo da darli altri libri corretti; perciò li tre ſopranominati libri ſono di gia preparati, il Teſtamento nuouo ridotto ad edizione volgare in quella lingua; il Bellarmino tradotto ad literam pur in quella lingua, l'Orazioni medeſime, & il tutto ſi farà approuare da Monſignor Illuſtriſſimo Veſcouo di Coira ſe par bene alla Sagra Congregazione, che ſi ſtampino, il Predicante che ſarà à Milano, ch'è perfettiſſimo nella lingua, potrà correggere la ſtampa, e così verrà à fare queſto ſeruizio, e fondarſi bene nelle coſe della Religione, le qualità ſue ſono queſte; E' Vomo d'età di trenta anni dottrina aſſai buon Filoſofo, molto prattico della Sagra Scrittura iſtrutto nelle controuerſie, di buoniſsimo ingegno, molto ſtudioſo, e d'vna ſingolar buontà, e pazienza, e quando non aueſſe Moglie, credo riuſcirebbe vn buon Religioſo, & hà gran deſiderio d'eſſer Frate della noſtra Religione, *la Moglie è figlia d'vn Predicante Sorella di vn Predicante* il più triſto, che ſia in queſti Paeſi, *li fa minacciar la morte, lo rimprouera continuamente per queſta ſua Conuerſione, e l'altro giorno gli ſcriſſe vna Lettera, nella quale lo rimproueraua con parole ingiurioſiſſime, nominando che non poteua far maggior abominazione, che eſſendo diuentato vn Seruitore di ſeruire la Meſſa à me, che mi hanno intitolato in queſto nome;* il trenta mille Diauoli, falſo Profeta &c. *& il tutto ſopporta egli pazientemente.* Ora mi parto per Coira per ordine dell'Illuſtriſsimi Signori Nunzio, e Veſcouo di Coira. Supplico V.S. Illuſtriſſima à ricordarſi dell'eſpulſione de' Predicanti dell'Egnedina alta, con che per fine gli faccio vmile riuerenza &c.

§. 1. *Iodoci patientia in tolerandis propriæ Vxoris exprobationibus ob conuerſionem ad Fidem Catholicam.*

Da Morbigno li 14. Ottobre 1623.

Deuotiſsimo Seruitore
Frà Ignazio Bergamaſco Capuccino.

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo mio Signore, e Padrone Colendiſſimo.

Nel medeſimo tempo riceuo due lettere della Signoria Voſtra Illu-

Illuſtriſſima, e Reuerendiſſima delli 2. Decembre, nell'vna mi ſcarica il peſo, che molto mi premeua di venire à Roma per gl'Intereſſi del Veſcouato di Coira, e della Religione Cattolica, lodato ſia Dio. Nell'altra mi dà il commando di renderli le cauſe perche diſegnauo far ſtampare il Teſtamento nuouo in Lingua Retica &c. Il Signor Ioanne Iodoco da Cernezzo aliàs Predicante, ora fatto buoniſſimo, e perfettiſſimo Cattolico mi hà conſegnata tutta la ſua Libraria, e non ne hò voluto diſponere altro, che prima non ne daſſe parte alla Sagra Congregazione come faccio, e ſono in quantità; Qual commando riceuerò, in ciò ſarà da me ſubito eſeguito. Hò condotto meco eſſo Predicante per menarlo à Milano, conforme à quanto dalla Sagra Congregazione mi era ſtato ordinato, e li dò queſta buona nuoua, che impaſſando per l'Egrediana Alta, oue egli tanti anni aueua Predicata l'Ereſia, ſi moſtrò vn'altro San Paolo dicendo à tutti, e priuaramente, & publicamente con vna coſtanza incredibile, che in tutto quel tempo, che gli aueua Predicato aueua detto il falſo, e ne domandaua perdono à Dio, e che auendolo Dio chiamato alla vera cognizione della Fede, e Religione Santa Cattolica Romana, che à tutti proteſtaua, che altra Fede non può ſaluare, e che ſe non ſi conuertiuano, tutti ſarebbero ſtati dannati alle pene infernali, e li pregaua di Terra in Terra, di luogo in luogo, che faceſſero venire li loro Predicanti, che li voleua far vedere, che li predicauano il falſo. Gionto alla Terra oue era la ſua Moglie Donna aſtutiſſima, & accortiſſima, non ſi può dire gl'aſſalti, ch'egli ebbe, e la fortezza, e coſtanza, ch'egli moſtrò, e quanto fece per la conuerſione de' Parenti, & eſſi Parenti per non laſciarlo partire. E' Perſona molto dotta, e più di quello penſauo, e pure è vmiliſſimo, & obbedientiſſimo. Deſidera di attendere alli Studj della Sagra Teologia almeno per due, ò tre anni, e riuſcirà Vomo di molto valore, perche è ancor giouine, e di buoniſſimo ingegno, & ſtudioſo. Condotto à Milano vederò di collocarlo in luogo à propoſito con il Conſiglio dell'Illuſtriſſimo Signor Cardinale Borromei, e poi darò auuiſo oue ſi aueranno à corriſpondere li denari aſſegnatigli dalla Sagra Congregazione per il ſuo mantenimento &c.

§. 2. *Qualitas Iodoci, eiuſque zelus in procuranda Hæreticorum Conuerſione.*

§. 3. *Moleſtiæ à propria Vxore Iodoco illatæ, ac huius fortitudo.*

Di V. S. Illuſtriſſima, e Reuerendiſſima.

Da Chiauenna 8. Gennaro 1624.

Deuotiſſimo Seruitore

Frà Ignazio Bergamaſco Capuccino.

Supraſcriptæ Copiæ Literarum extractæ ſunt ex ſuis Originalibus in Archiuio Sacræ Congregationis de Propaganda Fide exiſtentibus in tomo primo Rhetiæ pag. 105. & 134., cum quibus collationatæ concordant. Saluo &c. Datum ex Ædibus dictæ Sacræ Congregationis hac die 30. Auguſti 1727.

Loco ✠ ſigilli.

Ita eſt B. Ruſpulus Secretarius.

Hoc

Num. 14. Particula Animaduerſionū bo. me. Bottinij Promotoris Fidei ſuper V. Miraculo S. Stanislai Coſtkæ, deſumpta ex Poſitione ſuper Dubio Miraculorum diſtributa.

Hoc Quintum aſſertum Miraculum inſtantaneæ ſanationis Fauſti Vnikovvski Præpoſiti Ordinis S. Benedicti, qui Febri maligna correptus per ſeptem hebdomadas decubuerat, & Eccleſiæ Sacramentis refectus, dùm Sacrum pro eius ſalute ad Altare Beati celebraretur, e lecto ſurrexit, & proprijs viribus ad Templum duobus ſtadijs diſtans ſe contulit, & priſtinæ ſanitati fuit reſtitutus, non videtur ſatis probatum ex depoſitione duorum Teſtium &c.

Debiliorque redditur probatio, cum prædicti duo Teſtes non ſint inter ſe omninò concordes. Nam quartus ipſemet ſanatus dicit, quod die 28. Auguſti in feſto Sancti Auguſtini eo proceſſerat vis morbi, vt infirmus iàm deſperatus de vita, confeſſione facta, extrema vnctione munitus fuit, & media nocte vocauit P. Syluestrum ſui Ordinis Sacerdotem, rogauitque, vt Caliſſium ſummo mane pergeret, & in templo Patrum Societatis ad Altare Beati Sacrum perageret, vt apparet ex contextu Depoſitionis *Summario dicto pag.* 105. *à num.* 4. *& ſeqq.* Sextus verò Teſtis, qui fuit Socius dicti P. Syluestri, refert ſanationem contigiſſe ipſa die S. Auguſtini Sacra *Summario pag.* 106. *num.* 18. ibi = *Et fuit hac die* 28. *Auguſti die Sancti Auguſtini, qua iuimus vterque &c. & pag.* 107. *num.* 21. *&* 22. ibi = *Quo finito adiuimus PP. Canonicos Regulares Feſtiuitati Sancti Auguſtini interfuturi, & ab ipſis inuitati ad commune refectorium comedimus prandium &c.* quæ diſcrepantia licet modica, eſt tamen conſiderabilis propter Teſtium paruitatem.

Sanatio verò quamuis appareat inſtantanea; nihilominùs tantùm probatur ab vnico Teſte, nempè ab ipſo Præpoſito, cum alter Caliſſim acceſſiſſet, vt Patri Syluestro miniſtraret, nec redierit, niſi ad Veſperas, *Summ. pag.* 107. *poſt num.* 21.

Num. 15. Particula Viſitationis Tabellarum Votiuarū S. D. deſumpta ex Proceſſu Apoſtolico ſuper non Cultu fol. 150. ter. 151

In Dei &c. Ego infraſcriptus Notarius &c. Fidem facio, & atteſtor. Quod anno 1686. &c. die ſexta Iulij &c. in laterali Sacello Eccleſiæ Reu. Patrum Capuccinorum Oppidi, ſeù Ciuitatis Weldkirchenſis &c. Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Sac. Rom. Imp. Princeps, ac Dominus Vdaricus Epiſcopus Curienſis Iudex à Sac. Congregatione Rituum Delegatus præſentibus, ibidem Reuerendiſſimis Dominis Rudolpho de Salis, & Petro Sonderegger Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Curienſis Fidei Subpromotoribus, mihi præfato Notario dixerit, quod ipſe cum dictis Dominis Subpromotoribus Fidei facta diligentiſſima, & accuratiſſima perquiſitione, & viſitatione dictæ Patrum Capuccinorum Weldkirchienſium Eccleſiæ, Sacelli, & Altarium, nullam vllibi per totam Eccleſiam, aut Sacellum inuenerit Imaginem, Statuam, aut quidquam aliud, dictum Venerabilem Seruum Dei repræſentans &c. *Omiſſis alijs &c.*

Et fol. 157. *tergo* 158. = Propè hoc Confeſſionale Ciſta ſtabat erecta ſex Pedibus alta, quatuor lata, & paulo plus vno pede profunda, fera ferrea clauſa, & commiſſa: in qua Ciſta, quià ſecundum relata dictorum trium Patrum Capuccinorum Iura-

ramento obſtrictorum, & etiam Reu. Patris Procuratoris Tabellæ votiuæ, Donaria, Vota, Anathemata, ac alia teneréntur incluſa, ea propter Illuſtriſſimus Dominus Iudex, quis Clauem haberet, inquiſiuit &c.

Hac igitur aperta, res variæ ibi conſeruatæ repertæ ſunt, & inprimis variæ Tabellæ numero quatuordecim &c. *Omiſſis alijs &c.*

*Et fol.*164. *tergo* = Clauius denique ferrea, ab Energumena ciecta tunc, quando in Sacello Beatæ Virginis vbi Cranium dicti Venerabilis Serui Dei aſſeruatur, ſana euaſit, de quo latiùs in Proceſſibus ſuper Miraculis actum eſſe aſſerebatur.

Hæc omnia &c.

Ioſeph Ignatius de Bildſtein &c. Notarius &c.

R E V I S A

Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei,

[illegible]

[illegible]

Conſtantien., ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis

SIVE

Declarationis Martyrij

VEN. SERVI DEI

FR. FIDELIS

A SIGMARINGA

Sacerdotis profeſſi Ordinis Sancti Franciſci Capuccinorum.

DISSERTATIO

PETRI ASSALTI

Publici Medicinæ Lectoris in Archigymnaſio Sapientiæ Romanæ, & Collegij Archiatrorum Vrbis Medici.

SVPER IV. MIRACVLO

Beatiſſime Pater.

CVM Venerabilis Pater Fidelis à Sigmaringa ſumma dederit delectionis erga Deum teſtimonia (ad ſupremum quippe virtutum faſtigium contendens, verum Dei cultum, quem viuens ſanctiſſime exercuit, moriens fortiſſime comprobauit) ab eo, quem vnice dilexit, illuſtribus mutuæ caritatis indicijs merito fuit decoratus. Quòd cum innumeri ęgrotantes grauibus morbis liberati celebrarunt, tum maxime Cæcilia Munſigerin, qua de ſcribere aggredior, luculenter teſtatur.

Digitized by Google

DISSERTATIO SVPER IV. MIRACVLO

Sanctimonialis Cęciliæ Munſingerin, ab inflammatione dextræ mammæ liberatæ.

Beatiſſime Pater.

CVm ſanctimonialis Cęcilię Munſingerin moleſtiſſima dextri vberis inflammatione diuexata, implorato Ven. Serui Dei Fidelis à Sigmaringa, apud Deum patrocinio, illicò acerbiſſimis morbi cruciatibus euaſerit, id porro Diuina vi contigiſſe dicendum eſt.

Quod quidem, facile, me paucis demoſtrare poſſe confido. Id autem vt præſtem, tripartita oratione vtar. Primo rem ipſam teſtimonijs firmabo, morbumque, quo Sanctimonialis prædicta laborauit, inflammationem fuiſſe oſtendam; deinde eumdem morbum grauem, ac periculoſum demonſtrabo, deniquè, citra naturæ facultatem temporis momento tolli non potuiſſe euincam.

Ac primo quidem nonnulla de ipſius morbi natura erunt præponenda. Inflammatio itaque Medicorum omnium (*a*) conſenſu nihil aliud eſt, quàm ſanguinis quieſcentis mora in minimis tubulis, & meatibus, tum minimarum arteriarum, & venarum, tum ipſarummet fibrarum, præcipuè carnearum. Subſiſtit autem ſanguis, vel proprio ipſius vitio, cum nimirum, nimis craſſus eſt, aut tenax, aut nimis copioſus: quo fit, ùt ægrè minimos canales ſubire queat, ac peruadere, vel ipſorum vaſorum anguſtia, atque occluſione; multis enim rationibus vaſa anguſtantur, vel occluduntur, nimirum vel ab aliquo corpore extrinſecus premente, vel intrinſecus obſtruente, vel à neruorum irritatione, tunicas eorumdem conſtringente, ob humores acres, ſeu acidos nerueas fibras pungentes, ac mordicantes; vel à læſa vtcumque canalium ſtructura, nimirum, aut laceratis, ac diuulſis fibrarum tunicis, aut inflexo canalium ductu, vel quouis modo deprauato, aut peruerſo.

(a) *Galen. de tumor. cap. 2. & meth. med. lib. 10. cap. 6.*

Hæ ſunt pręcipuæ, ac generales inflammationis cauſæ, nam longum foret ſingillatim omnes, magiſquę peculiares, adamuſſim perſequi.

Cum igitur ſanguis hac ratione fuerit interceptus, ac cumulatus, neceſſariò vaſa continentia dilatat, quo fit, vt illa turgeant,

ac intumeſcant, ac pars affecta ſimul in tumorem attollatur, extendatur, obrigeſcat, incaleſcat, pulſet, ac magno rubore perfundatur, præpedito videlicet ſanguinis refluxu, qui in vaſis extremam cutim perreptantibus ſtagnat. Præterea ſanguis motu deſtitutus fermentando, immutatur, peruertitur, & ſenſim corrumpitur; acoremque contrahit, vel acritudinem: hinc propterea membranę partim nimis diſtentæ, partim humorum acrimonia compunctæ, acerbiſſimos inferunt dolores. Quapropter paſſim apud Scriptores Medicos (*a*) tumor, rubor, ac dolor inter præcipua, ac pathognomonica inflammationis ſigna recenſentur; licet enim dolor, ac tumor poſſit etiam ab alijs humoribus excitari, rubor niſi à ſtagnante ſanguine proficiſci non poteſt.

Galen. de tumor. cap. 2. & poſt illum.

(a) *Sennert. Pract. lib. 5. part. 1. cap. 5. alijq.*

Quamobrem cum dextra mamma Sanctimonialis noſtræ in inſignem tumorem elata, ac impenſe rubicunda, acerbiſſimos eidem dolores per plures dies inflixerit; negari non poteſt, quin fuerit inflammata. Huiuſmodi autem tria ſigna à tribus teſtibus diſertè comprobantur. Sic enim ipſa Ægrota teſtatur *num* 5. §. 1. 2. *&* 3. *: diebus quatuordecim ante nuper lapſum feſtum S. Mariæ Magdalenæ adeò magni, & intenſi dolores in dextra mamilla me corripuerunt, itaut me alitum ducente mox nimis acutum ſenſerim dolorem, multo vero magis noctu, quàm die, affligebar, diebus vero decem, vel vndecim continuis, propter nimis acutas lancinationes, ante mediam noctem nullum omnino potui habere ſomnum, cumque toto iam integro octiduo hoc perduraſſet, doloreſque mamillæ ſemper creuiſſent, illa multum intumuit &c. : Ad hæc cum in peruigilio feſti S. Mariæ Magdalenæ conſpexiſſem inſinuatam dextram mamillam meam penitus rubicundam effectam eſſe*, & §. 6. *Neque minus eodem mane nec tumor nec rubor amplius in vbere videri potuerunt*, quod luculentius eiuſdem Cœnobij Antiſtita confirmat §. 9. *&* 10. eiuſdem *num.* 5. *: Qualiter nimirum iam à quatuordecim diebus in dextero vbere magnos, ac tales dolores, & acutas lancinationes, præſertim vero vltimo iſto elapſo triduo, paſſa fuerit, itaut partim inquieta, ac parum dormierit, partim verò vltimis præcedentibus tribus noctibus omnino nullum, ob dolores, & acutas lancinationes potuerit capere ſomnum: cumque inſuper dicta mamilla, non ſolum multum intumuerit, ſed etiam tota iam appareat rubicunda &c.* hiſque haud abſimilia aſſerit altera Sanctimonialis *num.* 5. §. 14. *&* 15.

Expoſita morbi natura, ſequitur, vt oſtendam, ipſum grauem fuiſſe, ac periculoſum. Cum autem dupliciter morbi graues dicantur, nimirum tum ratione moleſtiæ, tum ratione periculi: vtroque modo inflammationem mamillæ in prædicta Cæcilia grauem fuiſſe, liquet. Quod enim attinet ad primum, non videtur contemnendus dolor acerbiſſimus, quo perpetuo torquebatur, præter quam quod enim erat moleſtiſſimus, vigilias ferè perpetuas inducebat: quanti autem ſit momenti in morbis inſomnia, quotque grauia inferre poſſit ſymptomata ſpiritus animales agitando, exhaurien-

 doque,

doque, humorum ſecretiones cohibendo, eorumque temperiem perturbando, neminem vel mediocriter in rebus medicis verſatum latere arbitror: præſertim ſi diutius protrahatur; quemadmodum noſtræ contigit Sanctimoniali.

At longè grauius imminebat periculum ex ipſius morbi natura, & partis affectæ præſtantia: etenim inflammationes eo grauiores iudicantur, quo partes nobiliores, elegantiorique ſtructuræ afficiunt. Mammæ verò tam vario ac mirabili vaſorum omnis generis contextu implicantur, vt cum inflammationi ſint maximè obnoxiæ,tum inflammatæ difficile curationem admittant, ac facile vitientur, quo fit vt non raro mammarum inflammationes in mala perniciosa, ac mortifera faceſſant. Intexuntur porro mammæ, vt clari Anatomici (*a*) obſeruant ex arterijs, venis, vaſis lymphaticis, innumeris neruorum ramis, peculiaribus canalibus lac deuehentibus, membranis, fibris carneis, ac minimis pluriſque glandulis; qui quidem nerui vaſa lymphatica, ſanguinea, ac fibræ multifariam, mutuo ſeſe irretiunt ac deuinciunt. Quare ſanguis permeans adeo flexuoſos, anguſtos, totque impedimentis vndequaque circumſeptos meatus, vel minima oblata occaſione, intercipitur, interceptuſque, difficillime expeditur, ac refluit. Glandulæ verò præcæteris, ſanguinis, aliorumque humorum fluxum facile intercludunt, quippe quæ nihil aliud ſunt(*b*) quàm glomi ex tenuiſſimis anguſtiſque canalibus à minimis arteriarum extremitatibus productis multifariam obuolutis, ac implexis contexti. Sanguis itaque diutius in vberibus ſtagnans corrumpitur, ac putreſcit, atque acrior vaſa continentia exedit; atque erodit, vnde vlcera, gangrænæ, ac ſphaceli ſæpius fiunt, & non raro, cum ſanguini alij humores admiſcentur, ijdem diuturna mora concreſcunt, tumoreſque duros, ſeu ſcirrhos, vnde poſtmodum cancri oboriuntur, efficiunt, quod paſſim Medici vſu edocti tradidere: ac præcæteris Sennertus (*c*) atque Etmullerus (*d*) quorum prior ſic ſcribit. *Et propterea quia mammæ ſunt laxæ multis glandulis præditæ, caloremque habent debilem, facile inflammationes mammarum in ſcirrhos, & cancros degenerant.* Luculentius autem alter hæc tradit. *Inflammationes omnes mammarum ſunt periculoſæ, quia, vt plurimum abeunt in abſceſſus, & hinc in vlcera ſinuoſa interdum etiam in fiſtulas: ſi non abeunt in abſceſſus, indurantur in ſcirrhos, qui leui errore abeunt in cancros. Rariſſimæ enim inflammationes mammarum in ſpecie ex lactis coagulo diſcuti poſſunt.* His haud abſimilia docet Dolæus (*e*) quæ non erit abs re huc etiam transferre. *Mammarum enim ſubſtantia maxime adenoſa facile ad concipiendam corruptionem apta; quia ex glandulis hiſce lympha acris exſudat, quæ illas & carnem cum membranis abſumit, & in gangrænam, aut ſphacelum facillime degenerat, quia à corroſiuo vaſa deuorantur. Quare propter ſubſequentia peiora mala pars hæc corrupta, niſi ægræ mortem plus quam vitam ament, eſt præſcindenda.*

At ſatis iam demonſtraſſe videor mammarum inflammationem mor-

(a) *Bartolinus, Ibrandus Diemerbroek Anat. corp. hum. Malpighius in diſſertat. de lien.*

(b) *Antonius Nun. de glandulis.*

(c) *Pract. lib. 4. part. 2. ſect. 1. cap. 3.*

(d) *Colleg. pract. lib. 4. ſect. 9. cap. 3. artic. 4.*

(e) *Encyclop. chirurg. ration. lib. 2. cap. 9. pag. m. 245.*

Digitized by Google

morbum eſſe grauem ac valdè periculoſum. Iam vero inflammationem, qua Cæcilia Munſingerin laborabat grauiſſimam fuiſſe cum ex ſymptomatum vehementia, tum ex diuturnitate manifeſtum eſt.

Primo enim ingens mammæ tumor, ac rubor morbi magnitudinem declarat: quem tumorem in magnam molem excreuiſſe magno ſuffuſo rubore probatur ex diſertiſſimis Sanctimonialium teſtimonijs. Sic enim Antiſtita *num.* 5. §. 10. *Cumque inſuper dicta mammilla non ſolum multum intumuerit ſed etiam tota iam appareat rubicunda*. Et inferius §. 12. : *magnus ille tumor, ac rubor* : Altera vero Sanctimonialis ſic teſtatur §. 15. : *Cumque vltimo &c. mamilla mirum in modum intumuerit, rubicundaque effecta ſit*. : Molis enim incrementum, ac ruboris, non aliundè inducitur, quam ex eo, quod occluſis omnino vijs ſanguis remeare per venas non poſſit, ac propterea magna copia congeſtus vaſorum parietes valde diſtendit, & ampliat, ac minimis externis vaſis cutaneis quauerſus impactus ruborem maximè intendit, ac dilatat. Quod quidem indicio eſt, inflammationem eo perductam fuiſſe, vt difficillimè potuiſſet diſcuti, ac diſſipari, tum ob ingentem ſanguinis ſtagnantis vim, tum propter maximam canalium obſtructionem, quæ ipſius refluxum præpediebat. Accedit huc dolor vehementiſſimus, de quo luculentiſſimæ extant teſtificationes §. 2. 9. *in fin.* & 14. *in fin. num.* 5. Sic enim ipſa Ægrota : *ob nimis acutos, quos patiebar dolores, tribus noctibus ante feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenæ nullo modo ſomnum capere potui*. : Siquidem doloris acerbitas non modo ex magna humoris copia membranas diſtendente excitatur, verum etiam ab eiuſdem ingenti acrimonia fibras nerueas, ac membraneas ſtimulante atque exedente. Ex quibus manifeſtiſſimè apparet morbum *ad acmen* ſeù ſummum vigorem progreſſum fuiſſe: neque iniuria propterea verebatur Ægrota, ne mamma exulceraretur, ſic inquiens §. 3. *num.* 5. : *Egoque non aliud arbitrarer, quam quod illa exulceraretur*. : Cum enim inflammationum non ſecus ac aliorum morborum duratio in quatuor interualla, quibus ijdem intenduntur ac poſtmodum remittunt, diſtinguantur, in principium nimirum, augmentum, acmen, ſeù vigorem, quem etiam ſtatum appellant, & paracmen ſeù declinationem, vigorem vocant, cum ſymptomata ſunt vehementiſſima, ac in inflammatione præſertim dolor acerbiſſimus. (*a*) Verum præter ſymptomatum vehementiam ex temporis ſpatio, quo ipſa inflammatio durauit, colligere licet, iam ad vigorem perueniſſe; cæpit enim prædicta Cęcilia laborare decimoquarto die ante feſtum Sanctæ Mariæ Magdalenę, ac deſijt nocte eumdem diem pręcedente vt aſſeritur §. 1. *num.* 5. Habemus autem ex Galeno (*b*) inflammationes, quæ partes molliores occupant, circa decimum quartum diem ad ſtatum peruenire, morborum acutorum inſtar.

At poſtquam inflammationes hęc tria tempora percurrerint, facile in *apoſtema* abſcedunt, vt paſſim animaduertunt Clini-

(a) *Galen. de tot. morb. tem. por. cap.* 3. & poſt ipſum.
Sennert. Inſtit. Medic. lib. 2. *part.* 1. *cap.* 12. *alijq.*

(b) 6. *Aphor.* 49.

(a) *Veſalius Chirurg. magn. Sennertus Pract. lib. 5. part. 1. cap. 5. Dolæus Encyclop. Chirurg. rat. lib. 5. cap. 2. p. m. 391.*

ci (*a*) vel in ſcirrhos abeant : ſanguis enim diutius quieſcens neceſſario fermenteſcit, ac propterea ipſius partes tenuiores auolant, reliquæ atteruntur, ſeparantur, nouamque figuram ae ſitum nanciſcuntur : hinc ipſius *craſis* invertitur, ac putreſcit, atque in pus denique faceſſit, parteſque ſolidas lacerando exulcerat.

Malum denique non ſolum ob affectæ partis nobilitatem, ſummumque incrementum, ſed etiam ob adiunctam prauam conditionem, maximè periculoſum fuiſſe apparet. Tumores enim *phlegmonodis* mitiores, aut acutiores iudicantur, pro varia humorum qualitate, e quibus gignuntur. Ijque propterea peſſimæ notæ exiſtimantur, qui venefica propemodum materia turgent. Id quod in vberis inflammatione, qua de agimus, eueniſſe liquet. Doloris namque immanitas, quæ ab initio Ægrotam diuexauit, & ad finem vſque ſemper atrocius deſævijt, ſatis oſtendit, ſtagnantes humores ſalibus pungentibus, atque erodentibus fuiſſe refertos; qui propterea membranas ſodicantes, ac vaſa lacerantes, potuiſſent, vel vlcus inſanabile; gangrænam, ſphacelum, vel cancrum efficere, niſi diuinum fuiſſet auxilium. Quare ex partis affectę conditione, ex rubore admodum intenſo, ac denique ex dolore acerbiſſimo, morbum grauiſſimum fuiſſe, Medicorum omnium conſenſu aſſeri poteſt; inter hos enim ſic ſcribit Dolęus (*b*) *Quo inflammatio eſt interior, & partes occupat nobiliores, eo curatu difficilior exiſtit &c. dolores quo ſunt vehementiores, eo etiam difficilior eſt; quo autem partes minus rubent, eo etiam facilior eſt : quia tantam prognoſis partium obſtructionem ætheriſque agitationem non præſupponit.*

(b) *Encyclop. Chir. rat. lib. 5. cap. 2.*

Quamobrem pia Sanctimonialis non ignara, in quo vitæ periculo eſſet, ſpretis humanis remedijs, ad cœleſtem opem confugit, quam præſentiſſimam ſenſit. Inuocato enim Ven. Seruo Dei, Fideli à Sigmaringa, atque fruſto ipſius veſtis Ægræ mammæ admoto, illico morbus euanuit, quemadmodum luculenter aſſerunt teſtes; ipſaque præſertim Ægrota, *num. 5. §. 5. & 6.: Ego hora octaua antequam cubitum iui? Beatum Patrem Fidelem inuocaui, ac dictis Reliquijs meam dextram, ac multum tumeſcentem, ac rubicundam mamillam firma fide, & bona deuotione, uti Suffragijs Patris Fidelis bonæ recordationis mediantibus iterum ſana efficerer, in forma Crucis liniui &c. quam primum id præſtiti, in continenti omnis dolor receſſit &c. imo non aliter res ſe habebat, ac ſi illis Reliquijs omnem prorſus defectum vberis abſtergerem &c. mane vero expergefacta nullos amplius dolores &c. ſenſi, ſicut nec hactenus vnquam, neque minus eodem mane, nec tumor, nec rubor amplius in vbere videri potuerunt.*

Quæ cum ita ſint, nihil ad Miraculi perſpicuitatem oſtendendam deſiderari poſſe video, quis enim ſuſpicari, nedum aſſerere audeat, malum id ſponte ac natura ſua ceſſiſſe? Qui enim potuiſſet natura medicis auxilijs deſtituta tumorem difficillimæ curationis, quo tempore ad exulcerationem maxime

ver-

vergebat, temporis momento diſſipare? Ideoque ſine vlla Ægrotantis noxa.

Nemo profectò ignorat, humores, quo diutius ſtagnant, eo magis corrumpi, quo magis autem corrumpuntur, eo difficilius diſcuti: craſſiores enim ac tenaciores fiunt, ac propterea diſſolutioni validius renituntur, atque difficilius alijs ſimilibus fluidis rurſus permiſcentur, nequeuntque per anguſtos canales rurſus deriuari. Peruulgatum eſt propterea apud Medicos, inflammationem initio tantum diſſipari, quemadmodum docet Dolęus (*a*) *Inflammatio quoque ſecundum tempora iudicatur, nimirum ſi in principio non reſpondeat voto aut ſtatim diſcutiatur, aut reſoluatur: neque in fine ſtatus, & inclinatione ſuppurari velit &c.* Sed demus diſſipari potuiſſe, ac Sanguinem per venas ad cor refluxiſſe, qui fieri potuit, vt corruptus humor reliquo ſanguini labem non afferret, ac febres, alioſque morbos procrearet? Qui potuit temporis puncto penitus deleri? Cum vel in ipſo morbi initio inflammationes non niſi paulatim diſſipentur, vt vno ore perhibent Medicinæ Scriptores, inter quos ſic Paulus Barbette (b) *Terminatur quatuor modis* (ideſt inflammatio) *diſſipatione, quæ Symptomatum imminutione dignoſcitur* 2. *ſuppuratione &* non igitur ſymptomata per diſſipationem illicò, ac prorſus euaneſcunt, ſed tantum imminuuntur quod ipſa ratio ſuadet. Non eſt enim credibile, ſanguinem iam diu ſtagnantem, ac propterea concretum, magnaque copia collectum momento diſſolui poſſe, ac per cutis ſpiracula traiectum, in auras abire: multoque minus eſt rationi conſentaneum, eodem temporis momento, omnia quæcumque fuiſſent impedimenta, qua meatus occluderent, remoueri, canaleſq. reſerari potuiſſe; itaut idem ſanguis mammam diſtendens ex amplo ſpatio per anguſtiſſimos canales ad punctum temporis reflueret. Quod vt fieret, eò maiori celeritate, quam reliquus ſanguis agitur, moueri debuiſſe, quo ſpatium, quo prius continebatur, vaſorum diametros, quę permeare debuit, ſuperabat; quemadmodum ex Hydraulicę legibus demonſtratur: Id autem nulla ratione fieri potuiſſe perſpicuum eſt: quæ namque ius tantum celeritatis, ac motus potuit quieſcenti ſanguini addere, vt reliquam ſanguinis molem tardius fluentem propelleret, ac celerrime agitaret? Profectò immenſa oporteret, eſſet huiuſmodi vis; quemadmodum facile colligi poteſt ex his, quæ demonſtrauit Borellus de cordis viribus (*c*) deinde, quæ turbæ, quæ noxæ ex repente aucto vniuerſi ſanguinis motu, in omnibus viſceribus, ac toto corpore fuiſſent excitatę?

(a) *Encyclopæd. Chir. rat. lib. 5. cap. 2. p. m. 91.*

(b) *Chir. par. 2. lib. 1. cap. 7. de tumor. in gen.*

(c) *Alphonſus Borellus de motu animal. tom. 2.*

RES-

R E S P O N S I O

Ad Animaduerſiones Reuerendiſſimi Fidei Promotoris .

Beatiſſime Pater.

ETſi miraculum ſatis iam demonſtratum eſſe videatur; nihilominus quia Reuerendiſſimus Fidei Promotor non nulla acute obiecit, quæ ipſius perſpicuitatem quodammodo turbare videntur: ea nunc diſcutere, ac refellere aggredior, quæ ad phyſicas rationes attinent.

Ac primum quidem ait, non ſatis perſpectam eſſe morbi naturam, ideoque de illo ferri iudicium non poſſe: verum ſuperius luculenter oſtenſum eſt, ex euidentiſſimis tribus ſignis innoteſcere noſtram Sanctimonialem inflammatione dextræ mammæ eaque graui laboraſſe: neque quicquam conficit, quod obijcit, *deficere atteſtationem Medici*, *& Chirurgi*: Signa enim erant eiuſmodi, quæ Medici peritiam non deſiderarent: non enim ratiocinando ex artis præceptis erant eruenda, ſed ſenſibus ſeſe apertè omnibus prodebant, dummodo ſenſibus vigerent. Quis enim ſenſuum organis pollens de tumore carnium, rubore, ac dolore iudicare non poſſit? His autem tribus Symptomatis poſitis, de inflammatione, nemo prudens Medicus dubitauit, vt oſtenſum eſt.

At multo minus officere videtur Miraculo, quod poſtmodum obijcit *morbum, à quo dicta Monialis liberata remanſit, non fuiſſe grauem*. Luculenter enim ſuperius demonſtratum eſt, valdè grauem fuiſſe, tum ratione moleſtiæ, *ſeu malæ tolerantiæ* vt ait Zacchias citatus, tum ratione periculi imminentis, tum Symptomatum vehementia. Qui quidem Zacchiæ locus (*a*) mirifice facit ad morbi grauitatem confirmandam, enumerans enim morbos graues ratione malæ tolerantiæ, recenſet denique, *vniuerſim* (ſunt ipſius verba) *dolores omnes acutos nobilem, aut ſenſitiuam aliquam partem obſidentes*. Iam enim ſatis dictum eſt tum de mammarum præſtantia, deque earumdem ſtructura, neruea, membranea, ideoque doloribus valdè obnoxia, tum de acutiſſimis cruciatibus, quibus miſera Cæcilia diuexabatur.

(a) *quæſt. medicoleg. lib. 7. tit. 1. quæſt. 8. n. 5.*

Fruſtra autem morbum eleuare, atque extenuare conatur, dùm ait *morbus dictæ Cæciliæ vnice conſiſtebat in inflammatione mamillæ, cum aliquo tumore, quo per ſpatium nonnullorum dierum afflicta remanſit*. At Sanctimoniales diſertè teſtantur, inflammationem grauia adiuncta habuiſſe Symptomata, lo-

loquendi formulis ampliſſimis vſæ; *nimis acutum ſenſerim dolorem : illa multum intumuit : dextram mamillam meam penitus rubicundam effectam eſſe, egoque nihil aliud arbitrarer, quam quod illa exulceraretur*. Quemadmodum ipſa Cæcilia *num.5.* §. 3. Antiſtita §. 9. *in fin.*, & 10. : *in dextro vbere magnos ac tales dolores, & acutas lancinariones : cumque inſuper dicta mamilla non ſolum multum intumuerit, ſed etiam tota iam appareat rubicunda*, & §.12. *circa fin. magnus ille tumor, ac rubor*. His haud abſimilia refert altera Sanctimonialis §. 15. *ob nimis pœnales lancinationes : mamilla mirum in modum intumuerit rubicundaque effecta ſit*. Quid dicam de moleſtiſſimis, ac ferè perpetuis vigilijs per ſpatium quatuordecim dierum dolorum acerbitate illatis? De quibus in iiſdem §. 2. 9., & 14. Neque verò morbus erat in initio, ac propterea leuis, quemadmodum Reuerendiſſimus Promotor videtur innuere illis verbis, *per ſpatium nonnullorum dierum*: nam eum ratione temporis, tum ratione auctorum Symptomatum ad vigorem perueniſſe iam ſatis demonſtratum eſt in ſuperiori Diſſertatione.

Ex morbi natura, quam ipſe leuem fuiſſe aſſumit, colligit eumdem ſponte & natura ſua potuiſſe diſcuti, *ac per menſtruæ purgationis ſuperuenientiam, vel per humoris inſenſibilem euacuationem diſſipari, vel per eorumdem humorum retroceſſionem euaneſcere*.

Quod ad primum attinet, non inficior cohibitis menſibus, mammarum inflammationes induci, iiſque reſeratis, leuari, ac liniri, tumoreſque tum per humorum diſcuſſionem, tum per eorumdem refluxum ſubſidere. At nego, potuiſſe id temporis momento perfici præſertim intempeſtiue, ac in vigore: quod fuſius ſupra demonſtraui. Non enim hic agitur, an morbus fuerit inſanabilis, ſed vtrum à naturæ viribus repente potuerit deleri.

DISSERTATIO
SVPER V. MIRACVLO
Oculi vlcere corneæ, ac pterygio ſanati.
Beatiſſime Pater.

DVplici oculi vitio, eoque grauiſſimo pterygio, ac tunicæ corneæ, qua pupillam obtegit, vlcere obcęcatus infans, Venerabilis Serui Dei Fidelis de Sigmaringa inuocatione, viſu ſtatim reſtituto, ſanatus, certiſſimum, ac perſpicuum Miraculi teſtimonium præbet, quo inclytæ eiuſdem P. Fidelis virtutes illuſtrantur.

Malum enim erat huiuſmodi, vt ſine remedijs curari nulla ratione poſſet, nec medicis auxilijs momento potuiſſet depelli; quemadmodum demonſtrabo.

Vt autem morbi natura, ac momentum clarius innoteſcat, pauca de oculorum ſtructura erunt attingenda. Eſt autem oculus folliculus ex varijs membranis, ſeu tunicis, tribus humoribus diſtentus. Tunicæ quidem apud alios pauciores, apud alios verò plures recenſentur, verum præcipuè apud omnes habentur adnata, quæ album oculi accidit; ſclerotis, quæ anteriori parte vocatur cornea, vuea, retina, & tres peculiares ſingulæ ſingulos humores obuoluentes. Humores ſunt aqueus, cryſtallinus, & vitreus, ductis à rerum ſimilitudine nominibus, ac varia craſſitudine diuerſi: aqueus quidem omnium tenuiſſimus partem anticam, cryſtallinus denſiſſimus mediam, vitreus mediocriter denſus poſticam occupat. Horum autem officium eſt, radios luminis è ſingulis obiecti punctis, ad partem anticam corneæ pellucidam, quæ pupilla dicitur, appellentes ita traiectis humoribus refrangerẽ, vt in ſingulis fundi retinæ punctis coeant: quemadmodum apud omnes Anatomicos atque opticæ Scriptores demonſtratur: quare laceratis tunicis, vel alio modo vitiatis, humoribus imminutis, turbatis, condenſatis, radiorum tranſmiſſio inhibetur, ac refractio alteratur, vndè viſus neceſſario læditur, & non raro aboletur.

His breuiter, ſed ad rem noſtram ſatis, de oculorum opificio atque uſu enarratis, videndum nunc, quid detrimenti acceperit in noſtro Infante. Conſtat ex teſtium Aſſerto, tabẽ, nimio humorum effluuio, vlcere pupillæ, pterygio, & cæcitate oculum laboraſſe. Sic enim Medicus §. 1. *Ocellum eius penitus diffluere, atque de eo iam actum eſſe ratus, medicamenta fruſtra adhibenda eſſe duxi, adeoque Infantis affectum veluti incurabilem non tetigi.* Ex quibus clare intelligitur, oculi memoratos humores per corneæ foramen, de quo infra, magnam

gnam partem effluxiſſe. Infantis autem Mater ſic etiam alia recenſet Symptomata §.2. = *Oculus vnus cœpit fluere, & omnino obduci pellicula, cum deformitate magna, neque vllum dabat ſignum, quod illo oculo quandoque viſurus eſſet.* = Reliquæ duæ mulieres ſic teſtantur §. 7. = *Infanti non ſolum in dextro ocello pelliculam ſuccreſcere incepiſſe, & obduci, verum ego etiam, & alij, quaſi foramen in eodem vidimus oculo.* = Ac luculentius §. 13. = *Vidi eiuſdem Infantis dextrum oculum male adeo lippientem, & craſſa pellicula obductum eſſe, vt mihi magis diſplicere non poſſet*: & infra §. 15. = *Quod eiuſmodi ocelli pupilla rupturam, ſeù foramen habere videretur.* = Verum de ſingulis hiſce grauiſſimis Symptomatis ſingillatim, atque ordine dicendum.

Vlcus tunicæ, corneæ, ſeù pupillę ſatis oſtenditur, ex eo quod Teſtes affirmant, foramen in oculo, & pupilla ſe conſpexiſſe: nam vlcus nihil aliud eſt, quàm continui mollis ſolutio, ab humore exedente, vt paſſim docent Medici (*a*) huiuſmodi autem vlcus profundum fuiſſe, itaut tunicam prędictam omnino perforaret, ac rhexin efficeret, clare oſtendit immodicus contentorum humorum fluxus, quo oculus iam contabuerat, quare neceſſario viſus fuit abolitus, de quo Puellæ Mater. *Neque vllum dabat ſignum, quod illo oculo quandoque viſurus eſſet*: duplici enim cauſa cæcitas inferebatur, vlcere nimirum, & humorum inopia, exeſa enim tunica, perforata, ac ſanie perfuſa contrahitur, & corrugatur; hinc partim luminis radios excludit, partim eorumdem refractionem turbat, partim incluſos humores admiſto pute contaminat. Ex humorum vero inopia tunicę ſubſident, eorumque ſitus immutatur: quod quantum ad viſum perturbandum confundendum, ac delendum valeat, palam eſt apud mediocriter in dioptricis verſatos. Certiſſimum eſt enim, radios pro diuerſa corporis figura in quod incidunt, varie refringi, ac propius vel remotius coire, vel parallelos euadere, vel etiam diuergere. Cum igitur in eo potiſſimum clare, ac diſtinctè videndi facultas conſiſtat, vt radij copioſe pupillam tranſmittant, ac per humores refracti omnes, qui ab eodem obiecti puncto proficiſcuntur, in retinæ puncto conueniant, eorumdem ingreſſu cohibito, ac refractione ęnormiter deprauata, cæcitas naceſſario inducitur.

Quare, vt viſu rurſus potiretur Infans, oportuit, vlcus ità ſanari, vt nullum in cornea veſtigium remaneret, atque amiſſos humores ità reparari, vt oculus priſtinam formam recuperaret. Vtrumque vero arduum. Etenim omnia oculorum vlcera difficile curationem admittunt, difficilius autem corneę, pręſertim è regione pupillę. Sed quamuis coaleſcant, fieri non poteſt, vt maculam non relinquant: nam obducta cicatrice tunica denſatur, atque opaca fit. Maculam hanc leucoma ſeu albuginem vocant Medici (*b*) quæ cum pupillam occupat, radios luminis repellit, viſumque neceſſario lædit; id quod Medici longo vſu comperere: quorum Sententiam ſic exponit Riuerius (*c*) *Vlcera oculorum curatu difficilia,*

(a) *Galen. de method. med. lib. 4. c. 1.*

(b) *Riuerius Prax. Med. lib. 2. cap. 7.*

(c) *Prax. med. lib. 2. cap. 11. p. m. 242.*

cilia, & periculoſa ſunt, multo magis tamen in cornea quam in adnata. Vlcus, quod e regione pupillæ ſitum eſt, magis periculoſum eſt, quia in eo ſanato relinquitur cicatrix, quæ corneæ diaphaneitatem auſert, ſicque viſionem lædit.

Inducta autem corneæ cicatrix, non modo ſponte euaneſcit, ſed vix ac nec vix quidem admotis remedijs diſcuti poteſt: acribus enim, atque diſſoluentibus opus eſt collyrijs; quæ facile tunicam alioquin viuido ſenſu præditam irritare, & lacerare valent, nouumque vlcus inferre: quare plerique fere omnes Medici (*a*) partim difficillime ſanabilem, partim omnino inſanabilem affectionem hanc perhibent; ſic enim Mercurialis (*b*) *Albugines etiam ex cicatrice non ſanantur.*

(a) Sennart. pract. lib. 1. par. 3. ſect. 2. cap. 16. p. m. 209. *Riuerius prax. med. lib. 2. cap. 7. p. m. 212. Dolæus Encycl. Chirurg. rat. lib. 1. cap. 11. p. m. 70. col. 2. §. 11.*

(b) *De cogn. & cur. hum. corp. aff. lib. 1. cap. 17. p. m. 164.*

At longè difficiliùs reſtituitur humorum iactura: quamuis enim aſſiduè per ductus peculiares ab Houio deſcriptos, ex ſanguine per minimas arterias aduecto huiuſmodi humores ſeparentur: nihilominus fieri poteſt, vt tanta eorumdem copia effluat, vt difficillimè poſſit reparari, præſertim verò ſi cryſtallinus effluxerit, quemadmodum ſe obſeruaſſe refert Platerus (*c*) nàm pręterquamquod per tenuiſſimos canales tanta prędictorum humorum copia ſuggeri difficile poteſt, quæ vacuas tunicas impleat; facilè poteſt etiam euenire, vt oculi ſtructura organica vitietur, læſis nimirum tunicis proprijs, ac peculiaribus ſingulos humores continentibus: quod in noſtro Infante eueniſſe probabiliſſimum eſt, cum *ocellum eius penitus diffluere* animaduerterit Medicus, ac iure propterea curationem non admittere iudicauit: quod grauiſſimorum Scriptorum iudicio confirmatur. Sic enim Riuerius (*d*) *Incurabilis eſt plerumque hæc affectio, & viſus priuationem relinquit, quandoquidem humores oculi effuſi regenerari nequeunt*: Ac Dolæus (*e*) *Si verò corneæ fuerit rupta, & humor aqueus effluxerit, quod in vlceribus accidere ſolet omnis curandi ſpes euanuit.*

(c) *Obſeruat. lib. 1.*

(d) *Prax. med. lib. 2. cap. 73. p. m. 247.*

(e) *Encyclop. Chir. rat. lib. 1. cap. 11. p. m. 70.*

Sed hactenùs de vlcere, atque humorum effluuio, nunc venio ad pterygium, pelliculam nimirum à Teſtibus ſæpiùs memoratam oculum obducentem. Vocatur enim *pterygion* Græcis, quaſi parua ala, Latinis verò vnguis, pellicula, quæ à cantho oculorum exorta ad alium protenditur, adnatam principio, ac denique corneám, ac pupillam obtegens. Quæ quidem pellicula aliquando eſt alba dura, & neruea, aliquando vaſis ſanguineis perreptatur, ac tunc pannus ſolet apud nonnullos appellari, non nunquam ad cancri naturam accedit. Vitium hoc curari non poteſt, niſi remedijs exterioribus admotis, quæ ſenſim exedendo pelliculam abſumant, quod difficultèr, & longo tempore perficitur; non raró huiuſmodi auxilia ſunt inutilia; malumque curationem niſi chirurgicam, non recipit: imò aliquando præſtat, neque pharmacis, neque chirurgicis auxilijs vti, cum nimirum morbus ad cancrum vergit (*f*) vel eſt prauæ naturæ; qualem in oculo noſtri Infantis fuiſſe Matris verba demonſtrant: *Et omninò obduci pellicula cum deformitate magna*: nigrum enim oculi iam contectum fuiſſe indicant, ac propterea remoueri non potuiſſe

(f) *Riuer. prax. Medic. lib. 2. cap. 18. p. m. 260.*

vn-

vnguem, niſi Chirurgi opera, ex Riuerio (a) ſic docente: *Quæ verò aucta eſt ad nigrum oculi ſe excedens. & iam inueterata, non niſi manuali operatione curari poteſt.* At longe grauius malum declarat magna illa deformitas; vtpotè quæ non niſi à prauo, & fuſco colore magnitudine, ac peruerſa figura inducebatur; vel vt Riuerij (b) ſæpè laudati, verbis vtar: *Erat vngula craſſa euerſa eminens indurata, nigricans*: ac propterea (ex eiuſdem prognoſi) *curari non poterat*. (a) I

(b) *Ibidem.*

Nihil igitur mirum, ſi remedia non modò nullam opem attulerint; verum malum potiùs exacerbauerint, quemadmodum Pueri Mater luculentèr teſtatur. §. 2. = *Ego quidem varia adhibui remedia, & vndique conſilia exquiſiui, cum verò ea nihil profuiſſent, ſed in deterius res euaſiſſent &c.*

Sed inter alias morbi *periſtaſes*, illa quoque grauiſſimum, atque inſanabilem futurum fuiſſe oſtendit, quod morbus erat hæreditarius: nàm tùm ipſius Auus, tùm Pater eodem oculi vitio fuerunt excęcati. Quemadmodum ipſius Auia teſtatur. §. 9. *Quemadmodum Dominus illius Parens, ac etiam Auus vno oculorum ſunt priuati, vndè & Puer morbo hæreditario laborabat*. Et §. 18. = Notiſſimum enim apud Medicos, prauas corporis affectiones à Parentibus in filios traduci; præſertim verò podagram, luem celticam, epilepſiam, aurium atque oculorum morbos. Vt enim cæteros omittam, ſic Sennertus (c) *Ità podagrici podagricos generant, epileptici epilepticos, ſurdi ſurdos, muti mutos, cæci cæcos*.

(c) *Inſtit. Medic. lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 11. *p. m.* 362.

Hiſce propterea de cauſis ſollicita Mater, cum nihil præſidij videret neque à natura, neque ab arte, quin filius dextro oculo perpetuo orbaretur, ſuſcepto voto, ſe contulit ad Templum, vbi conditum erat Caput Ven. Serui Dei Fidelis, cumque expiato animo eiuſdem opem exoraſſet, illicò Infans viſum recuperauit, vt ipſa dilucidè narrat. §. 4. 5. & 6. = *Ego votum feci Infantem meum ad Templum Capuccinorum ad Sacrum eiuſdem Patris Fidelis Caput &c. portandi &c. Hinc præfata eius Martyrij die Infante accepto ad Templum foras Capuccinorum veni, vbi aliquantulum ceræ &c. obtuli, & preces meas, Confeſſione, & Sacra Communione peracta, fudi &c. Quo facto ſtatim Infans cœpit conualeſcere, & viſum recipere in prædicto ocello, & talitèr omninò conualuit, vt nunc ipſi in eodem nihil omninò deſit.*

Qua ſane in re multa eaque grauiſſima elucent Miraculi argumenta. Nàm primò complures, eaque firmiſſimæ ſuperiùs allatæ rationes ſuadent, malum fuiſſe inſanabile; deindè etiamſi curationem admiſiſſet, nulla fuit adhibita, nullam enim voco, quæ fuit inutilis: cicatrix autem, quæ neceſſariò ſanato vlcere ſuccreſcere debuit, & pterygium ſine remedijs, vt demonſtratum eſt non tollitur, neque niſi longo temporis ſpatio diſcutitur. Denique adeò multiplex, ac difficilis morbus nulla ratione potuit momento temporis euaneſcere: quemadmodum eueniſſe ſatis clarè Matris verba demonſtrant = *Quo facto ſtatim Infans conualeſcere cœpit, ac viſum recipere &c. & ità omninò conualuit &c.*

RESPON-

RESPONSIO

Ad Animaduerſiones Reuerendiſſimi Promotoris Fidei.

ARgumenta, quæ Reuerendiſſimus Promotor hic adducit, Miraculum nequaquam infirmare videntur. Quod enim primò contendit: *Infirmitatem fuiſſe humoralem, quæ naturaliter poterat diſſipari, & in totum euaneſcere*: facilè corruit ex ſuperiùs demonſtratis, quibus ſatis declaratum, quæ fuerit morbi natura, quæ vel nullam, vel ſaltem diuturnam curationem admitteret, nec ſine remedijs, nec ſtatim ſanari poſſet.

Secundò obijcit: *Sanationem non fuiſſe inſtantaneam, quia Infantulus paulatim melius ſe habere cœpit ex Matris confeſſione.* Verùm ſi eadem verba diligenter perpendantur, contrarium intellectum exhibebunt, atque Reuerendiſſimus Promotor ipſis accommodat; ſic enim ſe habent: *Quo facto ſtatim Infans cœpit conualeſcere, ac viſum recipere in prædicto ocello, & taliter omninò conualuit, vt nunc ipſi in eodem nihil omninò deſit.* Quæ apertè demonſtrant illicò Puerum ſanatum, non autem *paulatim ſtatim* enim inquit Mater *conualeſcere cœpit, & viſum recipere*. Neque verò quis dicat illud verbum *cœpit* alium intellectum facere, ac ſi abſolutè dixiſſet *conualuit*, ac propterea indicare non integrè conualuiſſe: nàm prædicta Mulier mox mentem ſuam clariùs aperit, priora verba quodammodo exponens, cum ſubiungit. *Et ità omninò conualuit &c.* Manifeſtum eſt enim, vno complexu hæc verba iungi: *Statim cœpit conualeſcere, & ità omninò conualuit*: Itaút ſtatim afficiat etiam *omninò conualuit*, cum priori verbo nectatur per & coniunctionem copulatiuam. Si enim *omninò conualuit* referri debuiſſet ad tempus poſteriùs, vtique aliquid addidiſſet, quod illud exprimeret, veluti deinceps, inpoſterùm progreſſu temporis &c. Hæc autem, cum per ſe clara ſunt, tùm maximè illuſtrantur ijs verbis: *Et viſum recipere*: quæ omnem dubitandi anſam tollunt, quin Puer ſtatim conualuerit. Qui enim videre potuiſſet, niſi prorſus ſanato corneæ vlcere, deleta cicatrice, pterygio remoto: quibus ſublatis nihil ampliùs vitij remanebat in oculo?

DISSER-

DISSERTATIO
SVPER VII. MIRACVLO
Acerbiſſimi, ac diuturni doloris Dorſi, cum graui motus læſione, ſanati.

Beatiſſime Pater.

EVidentiſſima in hoc Miraculo Diuina virtus eluceſcit: quæ niſi fuiſſet, haud vtique Gaſpar Stigher, implorato Patris Fidelis auxilio, ſæuiſſimo, perpetuoque Dorſi dolore, quo per quinque annorum ſpatium miſerè fuit diuexatus, ſtatim euaſiſſet. Non igitur opus erit multis; paucis enim morbi natura expoſita, Miraculi perſpicuitas innoteſcet.

Morbus, quo prædictus Gaſpar laborauit, arthritidi admodum fuit affinis, ſignis enim ſeſe prodebat manifeſtiſſimis; dolore nimirum vehementi, lancinante, ac pungente, in eadem ſede perpetuo fixo, diuturnoque, circa Dorſi, ſeù Spinæ articulos, quo dolore motus magnopere lædebatur, adiuncto ſtupore, & quodam veluti Paralyſis principio: quemadmodum luculenter oſtendunt Teſtes; ſic enim ipſe Ægrotus. §. 1. & 3. num. 8. = *Eſſer egli medeſimo Gaſpar Stigher da Ghiſing, che tempo fà lo trauagliò vn dolore eceſſiuo nella Schiena, che li durò per cinque anni intieri &c. li primi due anni queſta ſua Infermità non l'obligò a ſtare a letto, ma negli anni ſuſſeguenti li conuenne per lo più ſtarſene a letto, ſtraſcinandoſi alle volte qualche poco per la Caſa, con gran ſtento, e l'vltime cinque ſettimane reſtò del tutto inchiodato nel Letto* = Ac præter binos alios Teſtes §. 9. & 14., ità Pater Lucianus morbum deſcribit §. 19. = *Exindè grauem morbum paſſus, quinque annis inutilis ad omnes labores, plerumque etiam lecto affixus decumbebat, tanto tergoris dolore lancinatus, vt ad omnia opera ruſticana, imò ad domeſtica inhabilis euaderet &c. per quinque menſes ea ægritudo tale incrementum ſumpſit, vt lecto defixus hæreret, atque ingentes dolores, atque puncturas pateretur: ſi quando non nihil meliùs ſentiret, & ad menſam communem accederet, ſpaſmo, ſeù ſtupore membrorum inuaſus, ſe ipſum mouere non potuit.*

Definitur enim arthritis, quod ſit *dolor partium circa articulos à defluxu ſeroſi humoris, & acris, è venis, & arterijs in eas effuſi, excitati* (a) quem quidem dolorem, vt idem Sennertus (b) *comitatur motus impotentia, & motu articuli dolor* irri-

(a) *Sennert. tract. de Arthri. capit.* 1. *in eius oper. tom.* 4. *p. m.* 940.

(b) *Ibid. p. m.* 941. *col.* 1.

irritatur, *& augetur*. Præterea dolor, qui arthriticos vexat ſolet eſſe ſimul pungens, ac lacerans, qui à lancinante parum diſſidet, vt ſcribit Etmullerus (*a*) cuiuſmodi prædictus Gaſpar laborauit.

Quare tùm ex doloris ſæuitia, loco, contumacia, atque affligendi modo, tùm ex motus læſione, malum hoc parum ab arthritide differre apparet: nihil enim dubij eſſe videtur, quin articulos vertebrarum dorſi occuparit, tùm ex prædictis ſymptomatis, cum etiam ex Teſtium Dicto = *Lo trauagliò vn dolore eceeſſiuo nella Schiena* = Nam hoc vocabulum *Schiena* apud Italos locum fermè exprimit circa Dorſi vertebras, quod ipſius etymon declarat; dicitur enim *Schiena*, paucis immutatis, quaſi *Spina*, quemadmodùm obſeruat Menagius (*b*)

Verùm ſi quis malùm hoc catarrhi, vel rheumatiſmi ſpeciem, vel dolores articulorum lancinantes, quos Etmullerus (*c*) deſcribit, malit vocare, per me licet: hi enim ità arthritidi affines ſunt, vt facilè confundantur ab Auctoribus. Iſchias quippè à pleriſque (*d*) ad arthritidem, ab alijs (*e*) ad Rheumatiſmum refertur, vtcumque enim vocetur, retinet naturam, & vim.

Quod enim ad cauſas attinet, excitantur dolores lancinantes, & pungentes contumaces, tùm Arthritici, tùm Rheumatici, à ſero acri articulorum membranas præcipuè fodicante, vt animaduertit Etmullerus (*f*) & non rarò etiam neruos lædente, quæ quidem membranæ, ac nerui cum propinquis muſculis continentur, plerumque euenit, vt ijdem muſculi atque artus ipſis coniuncti ſimùl afficiantur. Hinc non rarò contingit in doloribus Arthriticis, ac Rheumaticis, maximè verò in Iſchiade, vt dolor proximos artus quoque occupet. Ex neruorum autem læſione ſtupor, ac paralyſis inducitur, quemadmodùm in noſtro ægroto demonſtratum eſt. Cum itaque huiuſmodi ſerum ſalibus acutis imbutum, diutiùs membranis inhæſerit, fieri nequit, quin earumdem fibras laceret, ac diuellat: vndè ex diſciſſis vaſorum tunicis humor profluit, qui ſenſim in articulorum finibus congeſtus, atque concretus artuum apophyſes extrudit, itaut ampliùs reſtitui non poſſint.

Quod ſanè vſu, atque experimentis comprobatum habemus in omnibus doloribus, ſeù Arthriticis, ſeù Rheumaticis: hi enim vbi diutiùs, ac vehementiùs articulum torſerint, inſanabilem ancycloſin, ſeù artus contractionem, vel luxationem, ex qua motus aboletur, efficiunt, quemadmodùm tradunt Medici (*g*) de dolore potiſſimum iſchiadico. Et Boerhaauus (*h*) in omnibus Rheumatiſmis, cuius hæc eſt ſententia = *Si durat*, *& augetur ſæpè poſt atrociſſima tormenta articulum motu priuat*, *ancycloſin creat*, *vix vllo cedentem remedio*.

Adhuc autèm grauiùs erat malum, quo Gaſpar cruciabatur; hærebat enim vertebris, ex quibus nerui quaqua verſus diſtribuuntur: his autèm neruis læſis, neceſſario muſculorum, ad quos diffunduntur, motus vitiatur, vel aboletur: quemad-

mo-

(a) *Colleg. Practic. lib. 2. ſect. 2. cap. 3. art. 8. p. m. 674. col. 1.*

(b) *Origine della lingua Italiana.*

(c) *Prax. lib. 2. ſect. 2. cap. 3. artic. 3.*

(d) *Mercurial. de cognoſc., & cur. hum. corp. affect. lib. 4. capit. 2. p. m. 443. Sennert. de Arthr. cap. 4., Etmull. lib. 2. ſect. 2. cap. 3. art. 8.*

(e) *Herman. Boerhaaue Aphor. de cog., & cur. morb. num. 1494.*

(f) *Colleg. Practic. lib. 2. ſect. 2. cap. 3. art. 2. p. m. 651.*

(g) *Hippocr. 6. Aph. 19. & 60., Galen. 10. de med. loc., Sennert. de Arthr. cap. 4., Etmull. Prax. lib. 2. ſect. 2. cap. 3. art. 8. p. m. 676.*

(h) *Aphor. de cogn., & cur. morb. nu. 1492.*

modùm in noſtro ægroto contigiſſe oſtendimus, atque animaduertit Etmullerus (*a*) ſic ſcribens de Arthritide = *Si articulos principio neruorum proximos afficit, & grauiora ſymptomata adiuncta habeat, difficiliùs curatur, & ſæpè mortem portendit*.

(a) *Prax.lib.2. ſect.2.cap.3. artic.8. p.m.6.76.*

Ex his facile intelligitur, morbum fuiſſe grauem, contumacem, permoleſtum, periculoſum, ac ferè inſanabilem: præſertim cum remedijs non leniretur, vt ipſe ægrotus aſſerit. §. 2. *numero* 8. = *Nè trouaua rimedij vmani per leuarſeli, ò almeno sminuirſeli* = Quarè non potuit Gaſpar Stigher niſi diuina vi, inuocato Ven. Seruo Dei P. Fideli, momento temporis eodem liberari, quemadmodùm ipſe luculentèr ſic teſtatur. §. 6. 7. & 8. *num.* 8. = *Quali doppo molte iſtanze, e ſuppliche, che eſſo Teſtimonio gli faceua, finalmente gli toccorno la Schiena con la Spada, con la quale diceſi ſia ſtato vcciſo il Beato Padre Fedele, & immediatamente ceſſarono li dolori, e doppo ſentita la ſanta Meſſa ritornò ſano, e forte a Caſa ſua, oue arriuò più preſto di vna mezz'ora: non contento di ciò volſe ancora quel dì vſcire al ſuo Campo da Ghiſingh, e fare l'opera da Contadino, come poi continuò per l'auuenire con la ſanità*. Quibus verbis nil clariùs ad Miraculi perſpicuitatem illuſtrandam. Quo enim tempore vehementiùs morbo opprimebatur, nulla interpoſita mora, *immediatamente*, poſt admotum Martyrij inſtrumentum integrè conualuit; itaut ſtatim, atque expeditè Domum reuerteretur trium millium paſſuum iter celeritèr conficiens, eodemque die ad ruſticos labores ſe conferret. Eo enim malum proceſſerat, vt partes ſolidæ, atque organa eſſent læſa, ac deprauata quemadmodùm demonſtrauimus, quæ propterea reſtitui niſi longo tempore, ac ſenſim, non potuerunt.

Quarè &c.

Petrus Aſſaltus.

REVISA

Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

C Con-

Digitized by Google

Conſtantien., ſeù Curien.

Beatificationis, & Canonizationis

S I V E

Declarationis Martyrij

VEN. SERVI DEI

FR. FIDELIS

A SIGMARINGA

Sacerdotis profeſſi Ordinis Sanƈti Franciſci Capuccinorum.

V O T A

ALEXANDRI PASCOLI

In Vrbis Archiatrorum Collegio Conſiliarij, totius Status Eccleſiaſtici Protomedici, & in Archigymnaſio Romano Praxis Medicæ Profeſſoris primarii.

Pro veritate ſcribentis ſuper tribus Miraculis, quæ examini ſubijciuntur.

Beatiſſime Pater.

NVM natura, num ſupra vires eius contigerit, vt ad ſuperos præcibus fuſis, ex diutinis, grauibuſque ægritudinibus quiſpiam illicò euaſerit, phyſicis, æquè, ac medicis rationibus per eiuſmodi lucubrationes extricando, ad id Venerabile Solium prouolutus aliàs, BEATISSIME PATER, humiliter acceſſi, ingenuè, ſanƈtèque, vt in rebus hiſce tam grauibus, tamque religioſis decuit, ſemper

 elo-

eloquutus meamque, vt in animo extiterit, candidè proferens ſententiam. Id idem impræſentiarum fermè præſtare conabor, quum in ſanationes, quæ prodigioſè ad Interceſſionem Ven. Serui Dei Fratris Fidelis à Sigmaringa ſucceſſiſſe dicuntur, acriter mihi, num profectò res, ità vt exponitur, ſucceſſerit, inquirendum ſit.

Tibi igitur, BEATISSIME PATER, qui, & acri polles ingenio, atque in humanis non minùs, quàm in Diuinis verſaris, ac proindè, qui perquàm optimè quamuis tutemet iſta diſcernas, vt meo tamen munere fungar, quicquid ea de rè, quam ſedulò, ſolerterque diù examinaui, intùs ipſe in corde ſenſerim, phyſicè, ac medicè paucis exponam.

Ex ſeptem itaque, inter plurimas in Proceſſus Summario deſcriptas; atque inter has, ex tribus ſelectis morborum ſanationibus, examinanda occurrit.

Prima, in ordine Quarta.

Inſtantanea Sanatio, ſiuè repentina phlegmonis extinctio in Mamilla Cæciliæ Muſingerin Sanctimonialis.

TAlem morbi ſolutionem Miraculis adnumerandam cenſeo, ſi quæ conciſa oratione, Sapienti quippè pauca, vt id comprobetur, exponam argumenta non improbabis.

Argumenta verò ſuppeditant,

Morbi qualitas.

Pars affecta.

Inſtantanea ſolutio.

Et primò, quod ad morbi qualitatem, ſiuè naturam attinet, cum dexteræ mammæ tumorem cum inflammatione, quem *Phlegmonem* Græci dixere, extitiſſe, non eſt cur dubitemus.

Mamillarum inflammatio cognoſcitur, inquit diſertiſſimus Boneti: (*a*) *Ex rubore, dolore, pulſu, & calore.*

Hæc autem ſymptomata acriter ægrotantem Sanctimonialem affeciſſe, ex eiuſdem narratione luculentiſſimè docemur: *Cum conſpexiſſem dexteram mamillam meam penitùs rubicundam eſſe* (*b*). *Adeò magni, & intenſi dolores me corripuerunt* (*c*). *Diebus decem, vel vndecim propter nimis auctas lancinationes &c.* (*d*). Nonne hæc dolorem, ruborem, pulſum, caloremque affectæ partis indicant?

(a) *Theſ. Med. Pract. tom.* 3. *cap.* 27. *de Mamil. Morb.*
(b) *Summ. n.*5. §.3.
(c) *Sum. loc.cit.*
(d) *Sum. loc.cit.*

Si

Si quis verò obijciet ex ægrotantis hiſce poſtremis verbis certiores nos non fieri de pulſu in mamilla affecta, nos id ei concedimus, dummodò, & nobis is concedat, quod celeberrimus in Chirurgia facienda Hieronymus Fabricius ab Aquapendente longa experientia edoctus edocet; *Inflammationi ſcilicet non ſemper adeſſe pulſationem, ſed quando inflammatio incrementum ſuſcipit, & ad ſuppurationem peruenit.* (*e*) Quamobrem id tantùm coniectare liceret phlegmonem, de quo verba facimus, nondùm ad ſuppurationem perueniſſe, ſuppurationem quamuis hìc expectandam fore oſtendunt, quæ inferiùs exponam. (e) *Lib. 1. de Tum. p. 2. cap. 5.*

Cæterùm de plegmone magis magiſque ſuadet aucta præter naturam mamillæ moles, atque in ea tactus ſummi doloris: *Illa multùm intumuit.* (*f*) *Mamilla, quam anteà ſine ſenſu doloris tangere nequiui* (*g*). Nihil autem in his eſt, de quo plena fides habenda non ſit; quandoquidem adamuſſim omnia confirmantur à duobus alijs Sanctimonialibus, quæ vt Teſtes de viſu in re tam facili cognitu decipi haud potuere (*h*). (f) *Loc. cit.* (g) *Summ. n. 5. §. 5.* (h) *Sum. d. n. 5. §. 9. & 14.*

Compertum igitur, firmumque ſit Sanctimonialis morbum phlegmonem in mamilla fuiſſe; cuius porrò gradus, vt innoteſcat, morbi tempora cum prælaudato Fabricio conſideremus oportet.

Tempora inflammationis, inquit Auctor, (*i*) *diſtinguenda ſunt. Principium eſt quouſque pars inflammata repletur ſanguine fluente. Augmentum, quando influxus ceſſauit, & pars affecta magis, quàm anteà augetur. Vigor, ſeù ſtatus eſt, cum pus conficitur, & dolores maximi hominem corripiunt. Declinatio eſt, cum omnia minuuntur, decreſcunt, & materia euacuatur.* (i) *Loco cit.*

Et quidem vna tantùm defuiſſe videtur febris, iuxtà illud Hippocratis (*k*): *Dum pus conficitur dolores, & febres accidunt*, vt indè dicatur morbus tertium iam cucurriſſe ſtadium. Vt verò exiſtimem hanc prorsùs defuiſſe, conſiderato reliquorum ſymptomatum gradu, & intenſione, non ità facilè animum induco. Sed iuuat in re tanti momenti, coniecturis ſepoſitis, ea tantùm, quæ patentia ſunt, & pluſquam certa in medium proferre, vt noſtrum argumentum, ſi fieri poteſt, penè demonſtratiuè procedat. (k) *Aphoriſ. lib. 2. aphoriſ. 47.*

Si itaque in memoriam reuocentur inflammationis huius ſymptomata. Si conſideretur in mamilla affecta, diù poſt morbi principium, maxima tumoris eleuatio: *Cum integro octiduo*, hæc de ſe loquitur Ægrotans, *hoc ità perduraſſet, doloreſque mamillæ ſemper creuiſſent, illa multùm intumuit.* (*l*) manifeſtum fiet ſecundum iam elapſum fuiſſe inflammationis tempus; id enim præſertim dignoſcitur, docente Hieronymo Fabricio, *quum pars affecta magis, quàm anteà adaugetur.* Sed & tertij temporis, ſtatus ſcilicet, iam ceptum fuiſſe curſum pro comperto habeamus oportet. Hoc etenim tempus trifariam diuidit Auctor præcitatus; in *principium, me-* (l) *Sum. d. n. 5. §. 2.*

diam,

diam, *poſtremamque partem* : *Principium ſtatus*, porrò inquit, *ſapit naturam augmenti*, ſecundi nempè temporis. Quadere, quum omnia hoc in caſu exaſperata olim ità fuiſſent, vt adhùc magis malum intendi non poſſe videretur : *Cum conſpexiſſem mamillam meam penitùs rubicundam affectam eſſe, & ego non aliud arbitrarer, quam quod illa exulceraretur &c.* Ad ſtatus principium iam perueniſſe, ſiuè in ipſo ſui morbum ſtetiſſe vigore iudicare non dubito.

Hæc omnia præmittenda iudicaui, vt inde certiſſimè firmetur, inflammationis ſolutionem, ſeù diſcuſſionem eo in caſu minimè ſeparandam fuiſſe, ſed eius potiùs expectandam ſuppurationem, quæ iuxtà eundem Fabricium, expectanda quidem eſſet, *quum ſigna inflammationis intenſa ſunt*; *quando ſcilicet inflammatio eſt magna*, & *dolores vehementes*, *qui quotidie fiunt intenſiores &c.*, vtì in noſtro caſu.

Et quidem ſanguis, quatuordecim diebus, vtì habemus in Summario (*m*), in vaſis ſtagnans, vitium, acoremque contrahi debuit. Debuit oppidò, & ſuos vitiare ductus; adeoùt ſolidis, fluidiſque in parte affecta vitiatis, nulla eſſet medicamentorum actio; qua ſanguis, iterum fluorem, naturamque ſuam ſibi nactus, in gyrum per meatus conſuetos agi potuiſſet; quaque ductus ſanguiferi, virtute, & facultate ingenita rursùs roboranti, ſanguinem longo iam temporis interuallo ſtagnantem vlteriùs promouere valuiſſent. Vna igitur erat morbi curandi methodus, eaque, quæ inflammationibus conuenit ad ſuppurationem venturis; quemadmodum hiſce in caſibus agendum eſſe ſuadent cum Hieronymo Fabricio Riolanus (*n*), Ettmullerus (*o*), Dolæus (*p*), & alij.

(m) *Sum.d.n.5.* §.1. & 2.

(n) *De Tumor. cap.9.*

(o) *Chyrur.Medic. cap.de tum. Sanguin.*

(p) *Chyrur. ration.lib.5.cap.2. de inflam.&c.*

His poſitis, neque inſtantanea, neque breuis, appoſitis licèt medicaminibus, erat morbi ſperanda ſolutio; quinimmmò neque facilem, neque ſine ægrotantis periculo, tum ratione præſentium, tum futurorum, eiuſdem curationem exercitati cuiuſque Chirurgi manus inſtituiſſet.

Nè quid tamen à me enunciatum, ratumque ſit, quod luculentiores indè videatur deſiderare probationes, affectæ partis, Mamillæ ſcilicet, naturam conſiderandum propono.

Eſt mammis glandularum compoſitio; glanduliſque eas annumeratas fuiſſe ab Anatomicis antiquum eſt. Exurgit earum ſubſtantia ex innumeris, vt ità dicam, vaſis ſanguiferis compoſita, quorum alia alijs extremis canaliculorum oſculis aptantur, &, vt dicunt, per anaſtomoſin, vniuntur, & continuantur, quæque varium in modum contorta, implicita, in ſpiras circumducta, inque glomerem circumuoluta multas inſtruunt glandulas. His abundè accedunt nerui. Accedunt lymphatica. Accedunt, & galactophora, minora, maiora, & maxima, quæ à glandulis ortum trahentia in vnam tendunt papillam. Eſt itaque mammis laxa, molliſque ſubſtantia, eaque ex multis minimis, gracilibus, diuer-

diuerſiſque generis vaſculis compoſita, quæ vt cum vaſculis aliarum partium communicant; vnde ex vaſorum communione pluribus cum partibus mammæ conſortium habent; vt experiuntur Mulieres; quodque haud difficile explicatu eſſet, ſed prætereundum puto, ne quid habeat minùs verecundi oratio.

Ex hac itaque ſui compoſitione mammæ, ſiuè à ſui ipſius, ſiuè ab aliarum partium vitio morbum facilè contrahunt, atque ex leui contuſione, compreſſione, facilè abortæ ſunt inflammationes, ſcirrhi, cancri &c., quemadmodum monumenta proſtant apud Medicarum obſeruationum Scriptores. Sed ex hac ipſa cauſa olim contracti mammarum morbi difficilè curantur. Neque inflammationes velim excipies, quæ, monente Boneto (q), *vt plurimùm ſuppurant*, magnumque ſuppuratæ Chirurgis negotium faceſſunt. Hinc de medicamentorum ſelectu hiſce in caſibus tot edocent, admonentque Artis Præceptores. At quid opus eſt hìc de medicamentis verba facere? Non etenim fotus; non vnctiones; non cataplaſmata Sanctimonialis mammæ appoſita ſunt, vt diſcuteretur inflammatio; aut vt ea ad ſuppurationem perduceretur, vel denique, vt ſuppurata digeſtis, euacuatiſque morbidis humoribus ſanitati pars affecta reſtitueretur. Verùm admoto vix fruſtulo ex laneo Fr. Fidelis indumento, poſthabitis prorsùs cuiuslibet generis medicaminibus; ità, diuinitùs fortaſſe afflata, Cœnobij Abbatiſſà ſuadente; mirabile dictu! protinus Ægra conualuit: *Poſtquam dicta mea gratioſa Domina* (hæc de ſe loquitur Cæcilia) (r). *Reliquias huiuſmodi, ſeù particulam de Patris Fidelis glorioſæ memoriæ habitu mihi tradidiſſet, ego hora octaua, antequam cubitum iui B. P. Fidelem inuocaui, ac dictis Reliquijs meam dexteram, ac multùm tumeſcentem, & rubicundam mamillam firma fide, & bona deuotione in forma Crucis liniui, ſeù tetigi, & poſtmodum deſuper poſui. Quamprimùm id præſtiti, incontinenti omnis dolor receſſit, itaut mamilla, quam anteà ſine ſenſu doloris tangere nequiui, inſinuata particula, ſeù Reliquijs poſtmodùm ſine vllo dolore, in modum Crucis hinc indè delinire potui; immò non aliter res ſe habebat; ac ſi illis Reliquijs omnem prorsùs defectum vberis abſtergerem &c.* Hæc mihi legenti, euidentiſſimi Miraculi luculentiſſima idea obuerſatur. Quid autem quæsò deſideremus vlteriùs, vt hæc ſanatio inter Miracula reponatur?

Primum, quod dicunt, *Extremum* ab expoſita morbi natura, & partis affectæ præſtantia ſatis ſuperque elucet. Non quod ex his morbum inſanabilem, ægramque ad certam necem perducturum eſſe pronunciem, ſed quod auctoritate Zacchiæ (ſ) grauem fuiſſe dicam *ex mala tolerantia, grauibuſque*, quibus ſtipabatur *ſymptomatibus*; doloribus nempè in parte acuto ſenſu prædita, Vigilijs &c. Neque tamen prorsùs ſine vitæ periculo id morbi genus habendum erat; poterat quippè, vti Ettmullerus admonet (t) ex inflammatione

(q) *Loc. cit.*

(r) *Summ. d. n. 5. §. 4. in fin., & 5.*

(s) *Tom. 1. lib. 4. tit. 1. quæſt. 2. num. 5.*

(t) *Coll. Pract. lib. 4. ſect. 9. cap. 3. art. 4.*

tione in abſceſſum, vlcera ſinuoſa, fiſtulas, ſcirrhum, cancrumque faceſſere.

Secundum æquè patet Extremum: inſtantanea nempè morbi ſolutio, quemadmodum inſons, ſoſpeſque repens facta Sanctimonialis verbis ijs, graphicè quidem, expreſſit: *Non aliter res ſe habebat, ac ſi illis Reliquijs: omnem prorsùs defectum vberis abſtergerem*. Hanc inquam, neque incipientis, neque declinantis morbi, ſed vel ex augmento, vel ex eius principio, ad ſtatum properantis, vt olim demonſtraſſe reor, extemporaneam ſolutionem naturæ vires exceſſiſſe exiſtimo; quandoquidem non, vt in incipiente morbo, fluens humor potuit alio auocari, non, vt in declinante, iam ſponte recedens, coadiuuante natura, promptiùs expelli. Quadere appoſitè Zacchias, vt Miraculo facta eſſe dicatur ſubita morbi ſolutio, *videtur*, inquit, *neceſſarium, quod morbus ſit adhùc crudus, & in augmento, quod accidentia adhùc augentur, & morbus vires acquirit; aut ſaltem neceſſe eſt, vt ſit in principio ſtatus* (u). Accedit etiam, vt hoc in caſu, in plegmone ſcilicet, quatuordecim dierum ſpatio, quod iam inualuerat, atque ad ſuppurationem tendebat, nullo prorsùs pacto ex improuiſo extenuari potuiſſet; potuiſſet quamuis in principio, aliorum auocato humoris affluxu.

(u) *Quæſt. Med. Legal. tom. 3. conſ. 9. p. 16. n. 8.*

Nihil autem eſt, quod de inuocatione verba faciam, quæ ſola, vt ex facti ſerie ſatis, ſuperque conſtat, omnibus reiectis medicis præſidijs, Cœciliam ſanitati reſtituit.

Hæc dum ſeriò mecum ipſe voluto, BEATISSIME PATER, morbi qualitate, partis affectæ præſtantia, inſtantaneaque ſolutione argumenta ſuppeditantibus, repentinam phlegmonis extinctionem, in quem acriter hucuſque inquiſiui, Miraculo adiudicandam fore procul dubio exiſtimo.

SE-

SECVNDVM MIRACVLVM

In ordine Quintum.

Repentinæ prorſus deperditi Oculi dexteri reſtitutionis in Infanti Paulo Franciſco Papuſſin.

SVbitam dextero Infantis huius oculò reſtitutam videndi facultatem, quum eas omnes, ex mea quidem ſententia, habeat circumſtantias, quæ vltra Naturæ vires ſucceſſiſſe commonſtrent, & ipſe quoque, BEATISSIME PATER, inter prodigia annumerandam cenſeo; eòque magis, quum *naturalem oculi ſtructuram; vitiumque, quo præter naturam hoc in caſu deſtruebatur*, ſedulo iam conſiderauerim.

Senſuum externorum organa, vtut ſingula concinnè, concinniùs tamen oculi fabrefacti videntur. Eos, vt ab iniurijs extrinſecis non ita facilè læderentur, in oſſeis antris reconditos ſolicita collocauit Natura; vtque pro rei opportunitate clauderentur, & aperirentur mollioribus contegit palpebris, quorum extremi margines muniuntur pilis, vt ita leuiorum arceretur occurſus. Vt verò à grauiorum læſionibus defenderentur eminentibus vtiliter circumſepti ſunt partibus; Supercilia quippe ſuperiùs eminent; inferiùs malæ, à lateribus oſſa temporum, naſuſque inter eos, vt cum Tullio loquar, quaſi murus interiectus eſſe videtur.

Hæc ſummo ſunt ordinata conſilio; talis etenim eſt oculi ſtructura, vt vel leui quaque de cauſa lædi, eaque læſa; viſionis ſenſus, aut alterari, aut imminui, aut prorſus adimi poſſet.

Eſt autem oculorum ſtructura ex membranis, humoribuſque compoſità. Membranæ præcipuè à neruo optico producuntur. Neruus ſcilicet opticus explicatur in tres membranas, quæ in ſphæram quaſi aptantur, itaut folliculus, vt ita dicam, exurgat, cuius capacitas humoribus impletur. Contenti humores diuerſam indolem habent. Nam qui poſteriora occupat portione maximus vitrum repræſentat fuſum, inque parte ſui priore ſinuoſa alium excipit, lenticularis figuræ, firmæ quidem, conſtantiſque ſubſtantiæ, quem humorem cryſtallinum dicunt. Quod ſupereſt anteriùs ſpatij limpidus habet aqueus humor.

D Per

Per humores iſtos non quantitate, non qualitate peccantes, dum traijciuntur obiectorum radij, continuè refringuntur, atque ad inuicem ſemper accedunt, tanquam ad axem coni, in cuius apicem coeuntes, poſteriora attingunt oculorum caueę. Vt id tamen appoſitè eueniat plurimùm tribuunt ipſę membranæ. Extima quippè ex tribus præmemoratis, æquè in figuram ſphœricam explicata, anteriùs limpida eſt, & vt cryſtallus pellucida. Media in parte priori inſigni foramine patula eſt, quod Oculorum pupillam conſtituit. Pupilla muſculo donatur, cuius actione pro rei exigentia coarctatur, & dilatatur. Quinimmo vniuerſus Oculus, vt opportunè radios pupilla excipiat, eoſque conuergentes intus appoſitè ad retinam immittat, aut deprimitur, aut circumcirca à lateribus compreſſus in oualem figuram ſeſe coaptat, quo fit, vt oculi poſteriora, & ipſe cryſtallinus humor, aut magis, aut minùs à pupilla recedat, prout exigunt obiectorum magnitudo, diſtantia, & ſplendor.

Tanto opificio, vt ſenſus, quem viſionis dicimus, in anima excitaretur, organum, quo elicitur viſio, componere oportuit; cui præterea accedunt muſculi, vaſa, nec non & aliæ membranæ, quæ in eundem finem omnia collimant; tantiſque oportuit ſedulò munire partibus inſeruientibus, quæ, vel declinarent, vel arcerent quicquid ab exterioribus in oculos irruens, eorum facilè ſtructuram læderet, ac videndi facultatem aut euerteret, aut prorſus adimeret.

Verùm enim verò tale dexter oculus huius Pueri vitium contraxerat ob labem ab intrinſeco aduenientem, vt perturbata, euerſa, ac penitus deleta eius forma, nulla adhuc ſupereſſet vel leuis ſpes, vt oculus in naturalem concinnitatem reſtitueretur. Quid autem, rogo, ſupereſſet ſpei, vbi oculi anterior membrana, cornea ſcilicet, lacera; humores partim effuſi, partim euerſi? Vbi præter naturam contexta, ſuperinducebatur tunica? Vbi id recens nato contigerat? Vbi ex morbo fortaſſe hæreditario tantum oculus exceperat noxam? Ne tamen hæc temerè dicta videantur; neque ſupinè in hanc me deſcendiſſe ſententiam quiſquis exiſtimet, ſingula exactiùs in examen reuocare iuuabit.

De lacera, ſeù perforata extima Oculi membrana certiores nos faciunt Teſtes duo de viſu; Auia nimirum Infantis, necnon & Barbara à Broſvvalden, quarum altera hæc inquit (a). *Ego & alij quaſi foramen in eodem vidimus oculo*. Altera verò (b). *Conſiderando Mater, quod huiuſmodi ocelli pupilla rupturam, ſeù foramen habere videretur, ſimilibus remedijs, aqua* nempè chelidoniæ, & verbenæ, *vti voluit*.

(a) *Summ. n. 6. §. 8.*
(b) *Sum. d. n. 6. §. 15.*

Exeſa igitur, laceraque cornea, aqueus effluxit humor. Aqueum effluxiſſe humorem hiſce verbis narrat Infantis Mater (c). *Cum Infantem peperiſſem poſt tres dies eiuſdem Filij oculus vnus cœpit fluere*. Id Auia confirmat (d). *Eramus in anguſtijs, & curis magnis, ne oculus deflueret*. At luculentiſſimè præcæteris id ipſum exponit Clariſſimus Berger Medici-

(c) *Sum. d. n. 6. §. 2.*
(d) *Sum. d. n. 6. §. 8.*

dicinæ Profeſſor (*e*). *Accerſitus ocellum eius penitus diffluere, atque adeo de eo iam actum eſſe ratus &c.* (e) *Sum. d.n.6.* §.1.

Ab aqueo effuſo humore, cæteros, cryſtallinum, vitreumque, è propria ſede deturbatos eſſe certiſſimum eſt; at cur potiùs per apertam corneam, & ipſi effuſi non ſunt? Id apertiſſimè indicauit præcitatus Berger, *ocellum eius penitus diffluere ratus*. Nihilotamen minùs effuſi, eiecti non ſint; ſed loco amotor eſſe, oculique continentes membranas à contentis humoribus nondum æquè æxplicatas, inde contractas, & corrugatas fuiſſe non dubitabimus. Vnde viſus organo hac in parte deſtructo, atque euerſo, oculo captus, obcœcatuſ-vitam tracturus erat Ægrotans.

Id autem adhùc magis timendum erat, quòd *oculus cepit omnino obduci pellicula*, hæc teſtatur Infantis Mater, (*f*) *cum deformitate magna*. (f) *Sum. d.n.6.* §.2.

Duplicis generis eſſe membranam, quæ oculis exteriùs inhærens, eoſdem præter naturam obuelat, obſeruant Practici (*g*). Altera eſt, quæ alba, & neruoſæ ferè ſubſtantiæ, ab oculi, vt plurimùm, cantho interiori exorta, ad iridem vſque producitur. Hanc Latini dicunt *vnguem*, & *alam*, Græcis *Pterygion* fuit. Altera craſſior, carnoſa, pluribus conſperſa, quinimmo contexta, venulis, ab eodem angulo interiori egreſſa vniuerſum inde obtegit oculum. Hanc noſtri *Pannum* vocant; ab Avicenna *Sebel* eſt dicta. (g) *Bonet. Theſ. Med.Pract. tom.* 1. *lib.2. cap.37.*

His iccirco conſideratis, collatiſque maturè cum ijs, quæ de morbo Infantuli leguntur in Summario. Mater ſcilicet, *cepit*, inquit, *oculus omnino obduci pellicula cum deformitate*. Barbara verò à Braſvvalden (*h*) Teſtis de viſu affirmat eundem oculum *craſſa pellicula obductum eſſe*. Si hæc, inquam, cum ijs, quæ de Panno nuper diximus conferantur, ex deformitate, craſſitie, extenſione, pannum potiùs, quàm vnguem oculo affecto inſtratum fuiſſe credendum. (h) *Sum. d.n.6.* §.13.

At hæc non differunt, niſi ſecundùm magis, & minùs, eandemque propemodum cauſam agnoſcunt in ſui productione. *Oritur*, docet Riuerius (*i*) *hic affectus ab exulceratione carnis, quæ eſt in angulo oculi, aut tunicæ adnatæ, vnde ſcabrities partis, & inæqualitas emergit, quam, dum facultas nutriens adæquare, & complanare enititur, copioſorem ſanguinem affundit, eique incrementum præternaturale producit; aut quoddam veluti integumentum ei ingenerat.* Platerus porrò, atque Stranſſius apud Bonetum (*k*) id non tantùm vitio carunculæ prædictæ adſcribunt, verùm etiam membranarum, quum ſcilicet ab erodentibus humoribus exulcerantur, ſanguiſque per eorum tubulos accreſcens hyperſarcoſin, & chemoſin producit. Vnde liquet ex quanam cauſa pannus exortus ſit in oculo Infantis; ab erodente nimirum humore, qui corneam ipſam ita exeſerat, vt foramine patula fieret. (i) *Prax. Med. lib.2. cap.18.* (k) *Loco ſupracitato*.

Hæc breuibus de natura morbi dixiſſe ſufficiat; nunc quid præſagiendum eſſet breuioribus itidem exponam. Et qui-

dem calculum noſtrum adijciendum, eſſe ducimus Sententiæ clariſſimi Berger Medicinæ Profeſſoris, quem, quum conſuluiſſent ægrotantis Parentes, & vt ſi quid eſſet præſidij ſuppeditaret, rogauiſſent. *De Pueri ocello iam actum eſſe ratus*, inquit, *medicamenta fruſtra eſſe adhibenda duxi; adeoque Infantis affectum veluti incurabilem non tetigi* (*l*). Quid vtique, rogo, eſſet præſidij, quod diſſipatos humores reficere, fractam corneam reſarcire, inſtratum pannum extenuare, oculo denique euerſam compagem reſtituere potuiſſet? Id experientia oſtendit; & nobis palam facit Mater: *Ego*, inquit, *adhibui remedia, & vndique conſilia exquiſiui, cum verò ea nihil profuiſſent &c.* (*m*).

Neque vlla habenda erat futuræ ſanationis opinio, præſertim quum morbus fuerit hæreditarius. *Illius Parens, ac etiam Auus vno oculo ſunt priuati* (*n*). Hæreditario autem vitio accreſcentem pannum oculis inhærere nouum non eſt. Id adnotauit Sennertus (*o*). *Malum hoc* (pannus) *interdum*, inquit, *hæreditarium eſt*. Hæreditarios verò morbos *inſanabiles* omnes prædicant. Hoc obuium eſt obſeruare non tantùm in morbis, in quibus vniuerſa partis alicuius ſtructura peruertitur, atque deſtruitur, verùm etiam in ijs, qui per interualla accedunt, & recedunt, vt *podagra, arthritis &c.*, quos medicamentis ſanare haud poſſumus, ſed *per vſum tantùm*, vt ait Ettmullerus (*p*) *ſex rerum nonnaturalium poſſumus impedire, vt minùs efflореſcant*. In quorum confirmationem duas affert Borrichius (*q*) hiſtorias auitarum ægritudinum, alteram de digitorum in manu paralyſi, ſuperueniente Viro trigeſimum ſextum annum agenti; alteram de oculi ſuffuſione in vetula ſexageſimum ſeptimum iam annum emenſa, quarum curationes conſtantiſſimè reſpuerunt ægrotantes, eo quòd per experientiam nouiſſent eorum Parentes, quum id attigiſſent ætatis tempus, ijſdem morbis affectos, non ſine maximo impendio, quæcumque in Artis poteſtate ſunt fruſtra tentaſſe.

Quod autem id morbi accidiſſet recens in lucem edito inſperabilem adhuc magis, multiplici quidem ex cauſa, hanc reddidit ſanationem.

Primò ratione partis affectæ, quæ quum mollioribus in Infanti componeretur fibris, faciliùs iccirco morbum contraxit. Secundò ratione medicamenti præſcribendi ad panni conſumptionem, quod, quum erodenti virtute pollere oporteret, fieri haud potuiſſet, quin agendo ipſas ocelli membranas acriter læſiſſet. Tertiò, quod in morbis hæreditarijs, *ſi radices eorum cum vitæ* (verbis vtor Ettmulleri (*r*), *immo in vitæ primordijs inſertæ ſint, vbique Medicina eſt imbellis*.

Auſpicatò itaque Genetrix, quum *remedia nihil profuiſſent*, emiſit Votum luſcum deferendi Filiolum ad Templum Capuccinorum, vbi Caput Ven. Patr. Fidelis cuſtoditur, itidem-

(l) *Sum. d. n.6.* §.1.

(m) *Sum.d.n.6.* §.3.

(n) *Sum. d. n.6.* §.9.

(o) *Pract. lib.1. p.3. ſect. 2. cap.* 15.

(p) *Tom.* 1. *de diff.morb. cap.*2 §.*Hoc negotium.*

(q) *Apud Bonet. Med. Septentr. tom.*1.*de cap.affect.ſect.*18.*cap.* 23.

(r) *Diſert. de Chirurg. infuſ. concluſ.*8.

demque quotannis, dum viueret, illud viſitandi, recurrente ſcilicet memoria Martyrij prædicti Ven. Serui Dei; quandoquidem Voti rea, quum primùm illud ſoluere cepit, quod diu fruſtra optauerat, protinus eſt aſſequuta. *Præfata Martirij die* (hiſce verbis ipſa narrat mirabilis ſanationis euentum (s) *Infante accepto ad Templum foras Capuccinorum veni, vbi aliquantulum ceræ cum velamine viridi holloſerico obtuli, & præces meas, Confeſſione, & Sacra Communione peracta, fudi, meum etiam aureolum nuptiale obtuliſſem, ſi Capuccini illud acceptaſſent. Quo facto ſtatim Infans cepit conualeſcere, & viſum recipere in prædicto ocello, & taliter omnino conualuit, vt nunc ipſi in eodem nihil omnino deſit, ſicuti ad oculum euidenter patet.*

(s) *Sum. d. n.6. §.5.*

Nihil eſt itaque, cur in euidentia iſtius Miraculi diutiùs mihi titubare liceat. Morbi magnitudinem, cuius inſperabilem ſanationem nuper demonſtrauimus, nemo inficiabitur. Magnus quippe morbus is eſſe videtur, per quem quis turpiter luſcus viuere cogitur. Inſtantaneam ſanationem luculentiſſimè narrat Mater, cui non officit quod dicitur *cepit viſum recipere*; non etenim videre cepiſſet, niſi contentis reſtitutis humoribus, niſi continentibus reſtauratis membranis, niſi præter naturam extrinſecùs hærente ſublato panno. Id in puncto temporis prodigioſè euenit, quandoquidem in puncto temporis cepit viſum recipere. Si quid verò extrinſecùs ſuperfuit morbifici, quod paullatim deinde extenuatum eſt, id turpitudinem potiùs, quàm morbum eò temporis, vti opinor, fecit; neque Miraculi euidentiam adimit; quippe iuxta Zacchiam (t) *dummodo incontinenti recedat morbus, licèt remaneant conſequentiæ morbi, puta laſſitudo, debilitas, cicatrix, dolor &c., euidens Miraculum eſt.*

(t) *Quæſt. Med. Legal. tom. 1. pag.330. num.9. tit.1. quæſt.43.*

Hæc ſunt, BEATISSIME PATER, quæ meum in hanc Sententiam animum impulere. Hæc ſi rationi, ac veritati conſona ſint certiori iudicio Ipſe decernes.

TERTIVM MIRACVLVM

In ordine Septimum.

Inſtantaneæ Sanationis Gaſparis Stigher à longo, enormique Dorſi dolore.

NON minùs, quàm in præcedentibus, in hac Sanatione Miraculum elucefcit, eaque magis magiſque Sanctimonia illuſtratur, vt reor, Ven. Patris Fidelis, quo opitulante tantùm, à longo, & enormi Dorſi dolore Gaſpar Stigher inſons, & ſoſpes euaſit. Id nobis ſuadet, BEATISSIME PATER, & *Morbi*, quo acriter is conflictabatur, *Natura*, & inſtantanea eiuſdem *Solutio*.

In exponenda igitur morbi natura, quem *Catarrhum* appellare iuuat, paucis vt immorer mihi in limine datum ſit.

Catarrhus, ſi græcè vocis etymologiam ſpectemus, *fluentem* ſignificat *humorem*. Hunc à capite tantùm in ſubiectas partes delabi debere nonnulli dicunt; alij verò, inter quos Bruno (a). *Catarrhus*, dicunt, *generaliter denotat omnem fluxum, aut delapſum materiæ peccantis à quacumque parte, & ad quamcumque fluat partem, & in hac ſignificatione comprehendit omnem rheumaticam affectionem, & rheumatiſmum.*

(a) *Lexic. Med. Caſtelli. V. Catarrhus.*

Iuxtà nominis iccirco etymologiam Catarrhum talem morbum diximus, quandoquidem, delabente præter naturam humore in Dorſi partes, ea orta eſt ægritudo, quam idem Gaſpar Ægrotans hiſce verbis exponit: *Tempo fà mi trauagliò vn dolore eccesſiuo nella ſchiena, che mi durò per cinque anni intieri; nè poteua ſapere da che foſſe venuta infermità sì doloroſa, nè trouaua rimedij vmani per leuarmela, ò almeno per iſminuire i dolori, auendo applicato qualcuno de' remedij naturali &c. Li primi due anni la ſudetta infermità non mi obligò à ſtare à letto; mà negl'anni ſuſſeguenti mi conuenne per lo più ſtarmene à letto, ſtraſcinandomi qualche volta per caſa con gran ſtento, e l'vltime cinque ſettimane reſtai del tutto inchiodato nel letto (b).*

(b) *Summ. n.8. §.1.2. & 3.*

Et quidem Catarrhi nomine non is humoris fluxus deſignatur tantùm, qui frequentiſſimè à capite in nares, in fauces, in pectus deſcendit; verùm etiam in alias quoque partes. Hoc ab Hippocrate docemur, penes quem (c) *Fluxiones de capite ſeptem ſunt in nares, in aures, in oculos &c.* At longè plures deſignat Foreſtus (d). *In externas corporis partes*, inquit,

(c) *De Loc. in Hom. n.18.*

(d) *Obſeru. lib. 10. obſer. 128. de Catarrho.*

inquit, *fertur deſtillatio; in oculos, in maxillas, in dentes, in ceruicem, in ſcapulas, in brachia, in latera, in dorſum, & lumbos, in coxendicem, in crura, in omnes denique articulos: eaque tum omnis arthritis, tum omnis ferè externi doloris cauſa eſſe deprehenditur.*

A capite autem in Dorſi partes, in articulos nempè ſpinæ, eiuſque finitimos muſculos delapſum eſſe morbidum humorem id potiſſimùm ſuadet; quod ſcilicet ex graui animi perturbatione morbus ortum traxerit, hoc indicante imprimis P. Luciano (*e*). *Contigit, vt Eliſabetha dicti Gaſparis vxor abortum pateretur, vnde Maritus graui terrore obrutus ſucceſſiuè in melancholiam decidit, exinde &c.*

(e) *Sum. d. n.*8. §.19.

In præfatas ergo partes paulatim decidente catarrhali humore, atque in ijs tandem congeſto, chronius, diutinuſque exortus eſt morbus, qui, fixis penitus radicibus, enormiter, peruicaciterque hunc diuexauit ægrotum. Id euenire conſueuiſſe jamdiù adnotauit Hippocrates (*f*). *Si autem*, inquit, *Senex, modicus fluxus fuerit, coxendicum, & articulorum diuturnam affectionem facit.*

(f) *De loc. in Hom. n.*19.

Ab hac diuturna affectione neque ſine efficacioribus præſidijs, neque, vel horum opera, in inſtanti poterat Gaſpar euadere.

Chronici morbi, quum in aliqua corporis particula altas firmauerint radices, etſi ex vitiatis humoribus primo extiterint, ipſas deinde lædunt ſolidas partes. Solidæ partes vitio eo temporis laborare iudicantur, quod, docente Riuerio (*g*), dicitur *intemperiei*, quodque, ſi diuturnitate temporis confirmetur, *hecticum* euadit, nempe *habituale*, ferè indelebile; quandoquidem apud Zacchiam (*h*) *morbus in habitu idem eſt ac connaturalis*.

(g) *Inſt. Med. lib.* 2. *ſect.* 1. *cap.*3.

(h) *Tom.*3. *pag.* 163. *conſul.* 80. *num.*1.

Verùm id experientia luculentiſſimè demonſtrauit. Non enim vllam attulerunt opem præſidia, quæ adhibuit. *Non trouaua rimedij vmani per leuarſeli, ò almeno ſminuirli i dolori, auendone applicati qualcuno de' rimedii naturali.* Non temporis lapſus, aut tempeſtatum opportunitas ſubſidio fuit. *Durò per cinque anni intieri.*

Ipſe quidem morbum hunc deſperatæ ſolutionis haud iudicauerim. Non ſine tamen medicamentorum vſu, quæ congeſtos, fixoſque humores paulatim extenuarent, educerentque, ſolui potuiſſe crediderim. Hinc præſcribenda ſeſe eo temporis obtuliſſent decoctiones diaphoreticæ, hypocauſta, vaporaria, aquarumque medicatarum balnea. Sed quis præfatis medicamentis tantùm virtutis tribueret, vt ijs huiuſmodi morbi peruicaciam paucarum hebdomadarum curſu euincendam fore ſperaret?

Ea nihilominus in inſtanti, nullis omino medicis præſcriptis ſubſidijs, euincitur. Atque ita euincitur, vt qui nuper magnitudine, ac diuturnitate morbi confectus, impotens, eneruis, inexpeditos, debileſque mouebat greſſus, tacta vix parte affecta gladio, quo Ven. P. Fidelis interem-

ptus

ptus fuiſſe creditur, protinus ſedatis doloribus, in ſanitatem reſtitutus, expeditè, inſons, & ſoſpes Domum rediit: *Arriuò con ſommo ſtento dopo trè ore da' Padri Capuccini à Veldkurch, quali dopo molte iſtanze, e ſuppliche, che eſſo teſtimonio gli faceua, finalmente gli toccorono la ſchiena colla Spadà, con la quale diceſi, che ſia ſtato vcciſo il Beato Padre Fedele, & immediatamente ceſſarono li dolori, e dopo ſentita la Santa Meſſa ritornò ſano, e forte à Caſa ſua, oue arriuò più preſto di vna mezz'ora. Non contento di ciò volſe ancora quel dì vſcire al ſuo campo di Ghiſingh, e fare l'opera da Contadino &c.* (i).

(i) *Sum. d. n.* 8. §. 6. 7. & 8.

An id Naturæ, quæ morborum quidem optima medicatrix eſt, accenſendum eſſet, animo diù exagitaui, at inſtantaneam chronici morbi ſolutionem, nulla apparente criſi, illicò parte diutiùs affectæ corroborata, ſoli naturæ tribuendam non eſſe ſuaſerunt rationes.

Et primò id neutiquam ità factum fuiſſe euincebat ipſa natura chronicæ ægritudinis, quæ quum à craſſis, inertibuſque producatur humoribus, in inſtanti extenuari natura haud potuit. Quadere auctoritate Galeni (l) ſcripſit olim Zacchias (m): *Repentinæ mutationi non eſt de ſe apta materia frigida, & craſſa, ex qua morbi longi dependent.*

(l) *Lib.* 2. *de Criſib. cap.* 11.
(m) *Tom.* 3. *conſ.* 5. *pag.* 9. *n.* 1.

Secundò, quum morbi ideò; vel repente, vel gradatìm ceſſant, quod vel aceruatìm, vel paulatìm morbifici diſcutiuntur humores. Vndè penès Medicos vulgatum illud *morbi ſoluuntur, aut per criſin, aut per lyſin*, debuit, hoc extemporaneè ſoluto morbo aliqua criſis apparere, quam tamen nullo prorsùs pacto apparuiſſe conſtat. In acutis porrò ægritudinibus criſis eſt expectanda, non verò in chronicis, quæ, quum à craſſis, vti diximus, producantur humoribus, repentinam haud patiuntur mutationem.

Ea denique partis affectæ, totiuſqoe corporis ex improuiſo in integrum reſtitutio naturalem, vti opinor, excludit operam. Muſculi quippè membranæ, atque oſſium articuli quinque annorum curſu labefactati, educta licèt cauſa morbi, diutinæ ægritudinis effectus naturaliter experiri debuiſſent; ſolidarumque partium fibræ, aut violenter diſtractæ, aut humoribus præter naturam oppletæ non ità de repente in naturalem ſtatum, ad ſuas obeundas actiones, vt aptè ſufficerent, poterant reſtitui. Quomodo autem fractæ vires, totiuſque corporis languens, & eneruatum robur ità viguit, vt qui nuper miſerè diù iacuit, mox confirmata valetudine ſuam ruri valuerit operam præſtare? *Volſe ancora quel dì vſcire al ſuo Campo di Ghiſingh, e fare l'opera da Contadino* (n). Hæc naturę adſcribenda non ſunt; *Natura* quippè, docente Ariſtotele, (o) *operatur per alterationes, & icciró operatur in tempore.*

(n) *Sum. d. n.* 8. §. 8.
(o) *Lib.* 6. *Phyſ. Text.* 74.

Seriò itaque conſiderata huius natura morbi, eiuſque ſeriò conſiderata inſtantanea ſolutione, non medicamentorum virtute, non operæ naturæ, ſed diuinitùs plane per Interceſſionem Venerabilis Patris Fidelis, Gaſparem Stigher in primam protinus reſtitutum eſſe valetudinem iudicamus.

Hæc, BEATISSIME PATER, circa tres propoſitas morborum ſanationes excogitaui. Hæc ipſe ſentio; hæc, ſi id exegerit, iureiurando firmabo.

Alexander Paſcoli.


R E V I S A


Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

A01 1470498
Digitized by Google

174
K
20

Digitized by Google





Digitized by Google